Donaciones eciam, que per mortem hominum post se heredes non relinquencium, sive a Regia Maiestate sive a domino Locumtenente titulo defectus seminis impetrate, numerum Quinquaginta aut Sexaginta Colonorum non excedentes, in huiusmodi Judicijs secundum consvetudinem antiquam publicentur, et publicata iuxta formam Generalis Decreti continue judicentur.

Domino Locumtenenti personalis presentie Regie Maiestatis pro expensis, quas facere debet Judicia celebraturus, offerimus Subsidium denariorum Quinque, penes contribucionem floreni unius per portas ubique exigendorum et manibus dicti domini Forgacz administrandorum.

Dominus Locumtenens Regie Maiestatis gentibus, que ad Nostram defensionem, iuxta limitacionem eiusdem domini Locumtenentis et aliorum ad id electorum, conscribi debent, Capitaneum ex Hungaris idoneum et Nobis utilem preficiat.

Dominus Comes Posoniensis et dominus Franciscus Forgacz de dispensatione Contribucionis prioris, coram duobus dominis ex Magnatibus et totidem Nobilibus ad id electis, dominis eciam Camerarum Regie Maiestatis, racione unius floreni adhibitis, quamprimum racionem reddere teneantur.

Rectificationem item illam prioris contribucionis, Maiestas Regia clementer admittat, et nos, miserosque colonos nostros

ab illa pecunie summa, que per ipsam rectificationem defalcata est, exemptos reddere dignetur graciose; ubi vero Maiestas Eius id facere gravaretur, ne cogamur eam interim reddere, donec domini Magnates de eorum Bonis exolvant.

Moneta in liga Crempniciensi procusa, in hoc Regno citra ullum dampnum ubique suum habeat usum. Si qui autem in recipienda moneta huiusmodi se rebelles exhiberent, per Judicem fori, qui ad id in omnibus Comitatibus quamprimum deligi debet, pena debita puniatur.

Dominus Capitaneus motu proprio, privati commodi causa, sine voluntate et commissione domini Locuntenentis in adverse partis dicionem nullam incursionem faciat, sed defensionem dumtaxat fidelium subditorum Regie Maiestatis diligenter curet.

Dominus Sigismundus Forgacz, dum ad censuram militum proficiscitur, cum domino Capitaneo una collatis consilijs, de precio commeatus ponat ordinem fori.

Idem Dominus Forgacz pro Sallario et conservatione mense sue, singulis mensibus habeat florenos Quinquaginta, pro expensis autem, quas ad censuram Militum proficiscendo, et eciam ad alia publica negocia Nuncios expediendo facere debebit, rationem teneat.

Computi Magistrum solvat ex pecunia quam vocant Racionis, id est, que excipi solet ex militum solucione.

Assessores Sedis Judiciarie, quamdiu in Judicijs occupabuntur, quilibet eorum singulis ebdomadibus habeat florenos quattuor.

Dominus Capitaneus Milites eo ordine teneat, ne cuipiam dampna inferant, si vero aliquibus dampna intulerint, rescita per Judicem nobilium super huiusmodi damnis mera rei veritate, ijdem Judicem nobilium de quantitate damni, per quos eciam, quibusque damna huiusmodi illata fuerint, ipsum dominum Sigismundum cerciorem reddant, idemque dominus Forgacz ex ea solucione, quam deberet hijs, per quos damna illata extiterint, de huiusmodi damnis acceptis lesum contentum reddat, de alijs autem violentijs dominus Capitaneus justiciam administret.

Peditibus publico stipendio conducendis dominus Forgacz, de Consilio domini Capitanei, idoneum eligat Prefectum, qui Juramento sit obligatus, quod in omnibus ad mandata domini Locumtenentis sese obedientem exhibebit.

A liga illa Civitatum Montanarum et aliorum federatorum, quam ad defensionem partium illarum pro temporis conditione initam esse intelligimus, Nos omnino liberos esse denunciamus, nec in eam, certis et racionabilibus ex Causis libertatem nostram concernentibus, ullo pacto ingredi volumus. Cum tamen et ipsi non abiicienda membra sint Regni, rem nostram cum eis communem, eam nempe, que ad publicam tranquillitatem restituendam atque tuendam pertinent, pro virili nostra juvare non negligemus, idque libertius commodiusque facturi, si ijdem confederati, in ipsa re communi curanda, necessitate postulante nobiscum una conjunctis viribus se mature paratos exhibuerint.

Denique publico nomine humiliter supplicamus Sacratissime Regie Maiestati, domino Nostro Clementissimo, dignetur nostram hanc Constitutionem ratam habere gratiose.

(Egykorú példány a bécsi titkos levéltárban.)

II.

1537. November 30.

A nyitrai részleges gyűlés megbízólevele, Ferdinánd királyhoz küldött követei részére.

Sacratissime princeps et domine domine clementissime, fidelium seruiciorum commendacionem. Misimus ad Maiestatem Vestram Sacratissimam hos fratres nostros, egregios Thomam de Kÿstapolchan et Melchiorem Posar de Marczelhaza, nuncios nostros, presencium ostensores. Supplicamus Maiestati Vestre, tanquam domino nostro graciosissimo, dignetur eosdem nuncios nostros clementer exaudire et pro perpetua fidelitate nostra cum optata relatione ad nos remittere graciose. Cum ijs servicia nostra fidelia in graciam Maiestatis

Vestre commendamus. Nitrie in festo beati Andree Apostoli. Anno domini M. D. XXXVII.

Ejusdem Maiestatis Vestre Sacratissime
fideles servitores
Domini et nobiles in presenti particulari Dieta Nitrie congregatj.

Kivül: Sacratissime Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regie Maiestati, Domino nostro clementissimo.

(Eredetije, tíz gyürű-pecséttel ellátva, a bécsi titkos levéltárban.)

III.

1537. Deczember 10.

Thurzó Elek királyi helytartó jelentése, a nyitrai részleges gyülésről.

Sacratissima Maiestas Regia, domine clementissime.

Premissa fidelium serviciorum meorum humillima commendacione. Ex literis meis, quas proxime dedi, potuit Maiestas Vestra cognovisse, quod proximis diebus istis dominos et nobiles vicinorum aliquot comitatuum, nomine et auctoritate Maiestatis Vestre, convocaverim, tractaverimque cum eis de contribuendo aliquo subsidio, quo hec dicio Maiestatis Vestre ab adversariorum insultibus defendi et tuta reddi posset.

Conscripti sunt in eo conventu nonnulli articuli, quos jampridem ad Maiestatem Vestram misissem, nisi putassem homines publico nomine ad ipsam destinatos, niaturius iter arreptüros fore, quos tamen, quum eciam nunc, ob certas causas, cunctari videam, volui articulos illos presentibus annexos, Maiestati Vestre dirigere. Satis profecto laboravi apud nobilitatem, cum qua tot altercationes et difficultates sustinui, vt vix tandem septimo die tractatuum finis esset. Aderant et domini camerarij Vestre Maiestatis, qui et ipsi non ignorant, quanta cum difficultate hec contribucio extorta sit a nobilibus, qui nonnisi *sub condicionibus in articulis expressis ad hoc descendere voluerunt.*

Egi tanto studio, quantum maximum adhibere potui, verum amplius extorquere non potui quam obtulerunt, jdque cum tanta difficultate, vt vix putem amplius obtineri potuisse, eciamsi majoribus conatibus et per complures tentata res fuisset; verum nobiles et hoc, quod conferre voluerunt, *ad propriam ipsorum defensionem traxerunt, ad hoc et pro arbitrio suo eligerunt, qui pecuniam tractaret ac dispensaret, mihi vero et alijs in ordine baronum constitutis imposuerunt, vt partem consuete solucionis militum*, quam salarium vocant, de privata quisque sua pecunia daret, nec amplius duobus florenis menstruis in equitem postularet, quod quamquam sit ninis onerosum, obluctari tamen publicis postulacionibus et clamoribus non potui. Et licet non defuturos putem, qui interpretentur hic nihil Maiestati Vestre oblatum esse, nihilque in suum commodum cedere; omnia tamen si recte perpendantur in Maiestatis Vestre commodum sunt instituta. Inprimis siquidem defensionis fidelium atque dicionis Maiestatis Vestre racio habita est, et cum vndique turbatores et hostes jmmineant, fideles sui defensionem nonnisi a Maiestate Vestra expectare coguntur; preterea poterit inde fieri solucio et aulicorum suorum, qui certo equitum numero serviunt hic, et Nazadistarum, quorum opera carere non potest hec provincia; (ab) eorum eciam molestacione, qui pro solucione essent ipsam tocies interpellaturi, liberabitur Vestra Maiestas, quamdiu hec ipsa contribucio durabit; quare dignetur Maiestas Vestra *hanc ipsam ordinacionem et articulos ratos habere*, publiceque fidelium suorum postulacioni et supplicacioni pocius, quam privatorum quorundam verbis acquiescere graciose; ne si ista in toto, vel in aliqua parte mutentur, reddantur regnicole ac nobiles imposterum ad contribuendum duriores; maxime vero vel saltem quoad Maiestas Vestra de harum partium defensione melius prospiciet, videtur publicum commodum exigere, vt hos articulos et constituciones istas *in toto observandas jubeat ac decernat* Maiestas Vestra, cui fidelia servicia mea humiliter recommendo. Ex Sempthe 10. die Decembris, anno domini 1537.

fidelis servitor
Thurzo.

Vocati fuerant ad conventum hajusmodi domini et nobiles ac eciam cives illi, qui ligam confederacionis jam antea confecerant, vt aut ipsi venirent, aut suos nuncios cum plena informacione mitterent; verum illorum nuncij, ob brevitatem temporis, negarunt se certam informacionem habere potuisse; propterea, vt cum illis novi aliqui tractatus fiant, *terminum certum constitui, meosque homines eo mittam, vt publica hec defensionis* cura vno consilio rectius procederet. Scio quosdam cupere, vt vinculum illius confederacionis dissolveretur, attamen interim, dum Maiestas Vestra defensionis modum solidum jnveniet, nescio an expediat dissolutam esse illam confederacionem.

Preterea ex comitatibus istis intelligo quosdam *et inter alios Posoniensem,* qui ad conventum miserat suos homines, consensitque ad ea, que sunt conclusa, nunc quorundam inductione id agere velle, vt ex numero aliorum exemptus esset, nec ijs, que decreta et conclusa sunt, teneretur; quod si Maiestas Vestra illis permiserit, futurum est, vt ceteri quoque comitatus sese retrahant, nec stent conclusis articulis, qui tamen non incommode possent servari, quoad generali conventu per Maiestatem Vestram indicto, cercior defensionis via jnveniretur; nihilominus si Maiestati Vestre videbitur, ita comprobet et ratos habeat articulos. Nos qui vna fuimus, alium modum defensionis quam istum jn eo conventu non potuimus reperire.

Kivül: Sacratissime Maiestati Regie, domino meo clementissimo.

(Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

IV.

1537. Deczember 16.

A magyar tanácsosoknak Ferdinánd királyhoz, a nyitrai részleges gyűlés végzései tárgyában, intézett felterjesztése.

Sacratissime rex, domine domine clementissime.

Humillimam serviciorum nostrorum commendacionem. Voluimus Maiestati Vestre Sacratissime significare, oblatos esse nobis hic Posonij articulos quosdam, in conventu, in nostra absencia, Nittrie, per dominum locumtenentem celebrato, confectos, in quibus tametsi reperiuntur quedam, commune bonum, nostro quidem judicio concernencia, que eciam admitti poterunt, tamen non potest non plurimum displicere, quod videamus ita decretum esse paucorum (vt ajunt) accedente consensu, vt de singulis colonis nostris, singulum florenum et denarios quinque solvamus, idque non ad cameram Vestre Maiestatis, cui vni nos tributarios esse opportet, sed ad manus cujusdam nobilis Sigismundi Forgach, ab vno domino locumtenente dependentis, ad dispensacionem harum pecuniarum constituti; preterea illi quinque denarij, qui ad centum sunt adjecti, dari sunt decreti domino Francisco Rewaÿ, eam ob causam, vt *vbicumque locorum in arcibus suis dominus locumtenens conversabitur, ille ad latus suum* commorans judicium subditis Maiestatis Vestre celebret. Que res videtur Sacratissime rex, non solum nobis, sed alijs eciam multis absurda vehementer, et magnam rerum statim allatura confusionem; tum quod ad arbitrium paucorum, dum collibuerit, colonos nostros, contra Maiestatis Vestre authoritatem, nostramque libertatem, taxandos permittamus, tum quod subsidium, quod vni Maiestati Vestre dare tenemur, ipsaque sola id a nobis petere potest, non ad Maiestatis Vestre cameram contribuatur, sed alteri, pro voto quorundam privato electo; *Servitoresque ejusdem negligantur, quos ad servicia Maiestatis Vestre et regni facta* solucione paratos esse oportet; tum quod *judicia non hic Posonij, loco ad id per Maiestatem Vestram constituto, sed ad* latus domini locumtenentis celebrentur: nobis nequaquam ad-

mittenda esse videntur; et quod peius est, hec constitucio plane adversatur juribus et privilegÿs domini Strigoniensis et aliarum ecclesiarum dei. Nichil est enim Sacratissime rex constitucionis, cui nos non benivole consenciamus, modo id fiat citra authoritatis Maiestatis Vestre detrimentum, bono ordine, et ad communem tranquillitatem juvandam; neque vero sumus jmmemores dedisse Maiestatem Vestram hac racione authoritatem domino locumtenenti, vt si ad gencium conservacionem aliquod oblatum fuerit subsidium, illud non ad solucionem aliorum, sed servitorum Maiestatis Vestre ex camera sua converteretur; nullam eciam hic habitam esse videmus racionem Nazadistarum, qui quantopere in partibus Danubio vicinis sunt necessarij, jncole parcium istarum vniversi testes esse poterunt. Hac igitur racione hec constitucio nobis admittenda minime esse videtur. Ideo, vice protestacionis, dictum esse apud Maiestatem Vestram volumus, nos huic ordinacioni nequaquam consentire velle; parati enim sumus non vnius floreni subsidium solum, pro commodo Maiestatis Vestre offerre, sed eciam capita quoque nostra exponere; modo id futurum esse videamus ad Maiestatis Vestre et regni huius tranquillitatem et salutem. Eam ob rem supplicamus, ne articulos ipsos, confirmari a Maiestate Vestra rogatos, confirmet; plane enim vergunt in apertum derogamen Maiestatis Vestre, prout lacius hac de re eandem informabit dominus Paulus Bornemÿza Secretarius, cui fidem adhibere dignetur. Maiestatem Vestram deus optimus maximus conservet felicem et jncolumem. Datum Posonÿ 16. die Decembris anno domini 1537.

Sacratissime Maiestatis Vestre fideles servitores

Consiliarÿ ejusdem Posonÿ constituti.

Kivül: Sacratissime Regie Maiestati, domino nostro clementissimo.

(Eredetije, négy gyűrű-pecséttel ellátva, a bécsi titkos levéltárban.)

V.

1537. Deczember 17.

Várday Pál esztergomi érseknek Ferdinándhoz, a nyitrai részleges gyűlés végzései tárgyában, intézett felterjesztése.

Sacratissime rex, dominè clementissime.

Orationum devotarum et fidelium servitiorum meorum humillimam commendationem. Scripsi ad Maiestatem Vestram cumprimum huc appulj, de adventu meo, deque alÿs, que pro tempore occurrebant. Inveni non multo post apud camerarios Vestre Maiestatis quosdam articulos confectos super ÿs, que in conventu celebrato Nittrie per dominum Locumtenentem, dum nos alÿ apud Maiestatem Vestram ageremus, sunt deliberata, in quibus illud continetur precipue, ut taxa centum et quinque denariorum Hungaricalium, et decime decimarum ex archiepiscopatu meo et alÿs ecclesiasticis benefitÿs exigantur, tradanturque ad manus nobilis cuiusdam Sigismundj Forgach. Quod profecto vergit apertissime in detrimentum authoritatis Maiestatis Vestre in regno, et ecclesiarum et dej libertatis. Id quod ego, cum quibusdam consiliariis Maiestatis Vestre, solitus sum contendere in conventibus etiam de communj omnium consilio celebratis; neque enim dica in regno, ex antiqua consuetudine, potest cuiquam imponj, nisi ea Maiestati Vestre exigatur, et si quando, ex necessitate, dica exercitualis, quam vocant, imposita est, ex ea, que de bonis suis provenirent, dominj omnes, gentes per se alere debent. In hac vero constitutione, cum nulla fiat mentio, ut ex dica administretur quippiam Vestre Maiestati, aut etiam ad solutionem capitaneorum aliorumque convertatur, quorum servitio Maiestas Vestra in defensione ditionis sue uti possit, certe hoc in detrimentum dignitatis Maiestatis Vestre, subditorumque incommodum cedit non mediocre. Equidem, si intellexero dicam hanc vel omni vel aliqua ex parte ad usum Maiestatis Vestre exigi, et ad necessitates convertj, prior offero curaturum, me illam de bonis meis ad cameram Maiestatis Vestre administrarj.

Alioquj non videtur ullo pacto, quod penitus absurdum est, preter libertates tum regni tum ecclesie mee, fierj tributarius cuiusquam. Ita vero me geram, ut tam ratione proventuum decimalium ecclesie mee, quam etiam dice ipsius, si quid mihj per Maiestatem Vestram concedetur, ex eo tum defensionem dicionis sue, tum reliqua servitia summa diligentia et solertia sum curaturus; nihil enim ago, nihil molior in dies magis, quam ut, post deum, Maiestati Vestre toto animo et cogitatione inserviam. Prout de his plura hic dominus Paulus Bornemÿza Maiestati Vestre relaturus est, meo nomine, cuius verbis, tanquam meis, eadem fidem prestare dignetur. Quam Deus optimus maximus felicem faustamque conservet, quam diutissime.

Posonÿ XVII. die Decembris. Anno domini M. D. XXXVII.

Sacratissime Maiestatis Vestre fidelis servitor et Capellanus
Paulus archiepiscopus
Strigoniensis manu propria.

Kívül: Sacratissime Maiestati Regie, domino meo clementissimo.

(Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

VI.

1537. Deczember 21.

Thurzó Elek királyi helytartónak Ferdinándhoz, a nyitrai gyülés végzései tárgyában, intézett felterjesztése.

Sacratissima Maiestas Regia domine clementissime.

Premissa fidelium serviciorum meorum humillima recommendacione. Scripseram proximis diebus ad Maiestatem Vestram, direxeramque literis meis adiunctos articulos, Nitrie in conventu particulari regnicolarum Maiestatis Vestre, confectos, et simul indicaveram, venturos quosdam nuncios, publico nomine ad ipsam electos, suplicans, vt Maiestas Vestra ipsam ordinacionem fidelium suorum ratam habere dignaretur. Erant

quidem nuncij ipsi jam expediti, verum cum ad me venissent, dixerunt se tantummodo vsque Kremps esse expeditos, intellixisse tamen Maiestatem Vestram XVII huius mensis in Bohemiam abituram, se vero cum ea, quam haberent, expedicione, sequi Vestram Maiestatem non posse; vnde rogarunt me, vt meo nomine pro confirmacione editorum articulorum, in persona ipsorum et aliorum statuum, laborarem. Quamvis ex prioribus literis meis, atque eciam articulis, cuncta cognoscere Maiestas Vestra potuit, nescio tamen quo casu pretermissum fuerat, quod Maiestas Vestre de numero gencium, que interteneri deberent, et ex presenti contribucione solvi, informata non fuerat; igitur inclusi nomina eorum, qui gentes habere debuerant, et eciam gencium numerum descripsi. Scripseram preterea, non defuturos, qui hanc ordinacionem turbare et irritam reddere conarentur, quod jam cercius cognitum est. Miserat namque Reverendissimus dominus Strigoniensis homines suos in medium comitatus Posoniensis, vbi aperte testatus est, se ordinacionibus illis Nitriensium articulorum tenere nolle, nec consentire velle, qua occasione arrepta ipse comitatus Posoniensis, forsitan non dissenciente eciam domino Joanne Zalaÿ, sentenciam domini Strigoniensis arripuit, et se retraxit. Memoria equidem teneo Maiestatem Vestram, cum me Vienna dimitteret, dixisse mihi, vt modus aliquis quereretur, quo pro defensione hujus terre certus equitum numerus aleretur. Egi satis diligenter et contuli cum ijs, qui milites alere solent, verum nullus modus alius inveniri potuit, omnibus circumspectis, nisi vt contribucione *indicta*, *pecunia* cogeretur *ad solucionem militum necessariorum, neque enim solis equitibus,* sed *et peditibus et Nazadistis opus esse videbatur; igitur ad hanc contribucionem est descensum, et ita limitata est solucio, vt militibus omnibus equestris ordinis non plus duobus florenis in mensem solveretur, vt scilicet solucio et pecunia dicalis diucius publicis necessitatibus sufficeret; verum quum tolerare miliciam duobus* in mensem florenis eques non posse videretur: voluerunt nobiles, vt de ea porcione stipendij, quam salarium vocant, Maiestas Vestra *aulicis et servitoribus suis aliunde satisfaceret,* domini vero suos *equites de ea porcione solucionis, ex privatis facultatibus,* redderent contentos. Hic Maiestas Vestra plane

considerare potest, an privatis commodis quisquam illic studuit. Audio plerosque hoc calumniari, quod nihil in eo conventu Maiestati Vestre oblatum esset; qui si servitorum Maiestatis Vestre, si Nazadistarum denique solucionem inde fieri debere animadverterent, forsitan aliud dicerent, quum ea ipsa solucio majorem dice tocius partem absumat. Dominus Strigoniensis quamobrem se ordinacioni opponat? nescio; hoc scio, quod si licebit comitatibus sese subtrahere ab ijs ordinacionibus, que publice fiunt, presentibus nuncijs ipsorum, hanc occasionem multi comitatus, non solum nunc, sed et imposterum arripient, vt se contribucionibus exonerent. Forsitan egre tulit dominus Strigoniensis, quod decimarum mencio facta est in articulis; ego prohibere non potui, quominus illum artiuulum nobilitas insereret, attamen graviora illo articulo de decimis nobiles exposcebant, et profecto non me auctore; jactabant enim numerosas decimas annone, mensis principum ademptas, et applicatas ecclesie illi, dominum Strigoniensem colligere, eum vero numerum gencium, quem divi reges, Maiestatis Vestre predecessores, prescripsissent, nullo modo servari; jtaque instandum clamant, vt Maiestas Vestra ad se decimas illas reciperet, et pro defensione regni numerum debitum in ea regione teneret, vnde decime darentur. Mitigavi ergo clamancium ferocitatem et impetum, ne ea a Vestra Maiestate peterent.

In ista dica, atque alijs conclusis, nondum eo quisquam processit, vt Maiestas Vestra, pro suo arbitrio, aut mutare aliquid, aut totum cassare non posset. Omnia sunt salva, et in arbitrio Maiestatis Vestre posita. Dignetur id potissimum fieri jubere, quod magis conducere videbitur. Nihil est populo magis optabilius, quam exactionem remitti, nihil eciam facilius observari poterit, quam esse liberos a contribucione. Si Maiestas Vestra aliam viam defensionis huius terre novit, aut si modum alendarum gencium meliorem Reverendissimus dominus Strigoniensis ostendet, ejus sentenciam admittat Maiestas Vestra, et constitucionem Nitriensem, simul cum dica oblata casset; stant enim in voluntate et arbitrio suo vniversa hec. Ego, vt magis conducere putabam, ita egi, et si quis aliter calumniatus fuerit, dignetur Maiestas Vestra verbis ejusmodi

hominum minime locum dare; quod enim nihil privatis commodis studuerim, articuli ipsi et plerique, me invito inserti, abunde docere poterunt. Defensio quidem huic terre necessaria est plurimum; audio enim ex plerisque locis adversarios sese multum apparare, vt sub exitum jnduciarum fideles invadant, prout et Maiestas Vestra potuit de ijs, eciam ex aliorum literis, informari. Itaque totus ex Maiestatis Vestre mente pendeo; si visum sibi fuerit observandos esse articulos, et colligendam ipsam dicam, nescio, quomodo se comitatus Posoniensis retrahet, vt hoc exemplo et alijs similia faciendi detur occasio; quod si vero Maiestati Vestre placet, vt omnia in irritum eant. dignetur informacionem dare. Si, vt dixi, observari tractata et conclusa placuerit, Maiestas Vestra et generaliter ad omnes, et specialiter ad comitatum Posoniensem, mandata sua seriosa dare dignetur, ne quam illi in observandis illis articulis difficultatem faciant. Preterea promiserat dominus Strigoniensis, se ex decimis 50 equites armigeros servaturum, et quidem ceperat iam antea aliquot servare Trincinij; nunc tamen ad vnum omnes discesserunt, nec est, qui decimarum nomine servetur, in aliquo loco necessario.

Quare digentur Maiestas Vestra graciose curare, ne aboleatur mos servandi milites ratione decimarum, per Maiestatis Vestre predecessores institutus; nam non jmmerito fuerunt ista olim ordinata. Me et fidelia servicia mea in graciam Maiestatis Vestre humiliter commendo. Ex Sempthe 21. die Decembris anno 1537.

Ejusdem Maiestatis Vestre Sacratissime

fidelis servitor
Thurzo.

(Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

VII.

1537. Deczember 23.

Thurzó Elek királyi helytartónak, a nyitrai gyűlés követei részére szóló ajánló irata.

Sacratissima Maiestas Regia, domine clementissime.

Fidelium seruiciorum meorum humillimam commendacionem. Ibunt ij, presencium exhibitores, nobiles missi per nobiles et comitatus, quos convocaveram nomine Maiestatis Vestre; ijbunt, inquam, vt supplicent, in persona eorum omnium, per quos missi sunt, vt Maiestas Vestra dignaretur articulos editos, in toto confirmare, et mature istos cum optato responso remittere; nam si res extrahetur, suspensa Maiestatis Vestre sentencia, tenebit eciam eos suspensos, qui gentes paratas habent; et aut dimittent, aut, si non dimittent eciam per aliquot dies, tamen vti illis nemo potest, antequam de solucione certi fiant, quam quidem solucionem sciunt aliunde non futuram, nisi ex dica ista, qua turbata, omnia opinor turbari. Verumtamen stat in Vestre Maiestatis arbitrio, quid fieri velit: hoc *tantum supplico, nolit Maiestas Vestra cum quorundam verbis* fidem habere, vt putet, in eo conventu aliqua contra dignitatem Maiestatis Vetre acta esse; quoniam persuasum habeat, quod ego nollem in tali loco, vbj eiusmodi tractaventur, neque interesse, nedum precesse. Expecto a Maiestate Vestra informacionem graciosam, et me, meaque fidelia servicia humiliter recommendo. Ex Sempthe XXVIII. die Decembris anno 1537.

Ejusdem Maiestatis Vestre Sacratissime

fidelis servitor
Thurzo.

Kivül: Sacratissime Maiestati Regie, domino meo clementissimo.

(Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

VIII.

1538. Január.

A nyitrai részleges gyűlés követeinek emlékirata.

Reverendissime atque Illustrissime princeps, et domine nobis graciosissime.

Supplicamus Reverendissime atque Illustrissime dominationi Vestre, tanquam domino nobis graciosissimo, dignetur apud Sacratissimam Regiam Maiestatem, dominum nostrum clementissimum, in rebus Sue Maiestatis, et nostre patrie, nobis talem se promum exhibere, vt per Maiestatem ejus Sacratissimam mature expeditj, cum optata graciosaque simul, ab Maiestate eius Sacratissima relacione, ad nostros fratres redire queamus; jd et erga Sacratissimam eius regiam Maiestatem, et erga Reverendissimam atque Illustrissimam Dominationem Vestram, omnibus fidelium serviciorum officijs ac generibus, sedulo ac fidelissime, conabimur emererj, simul cum fratribus et amicis nostris; quoniam nostra mora, non nobis tantum, sed toti nostre patrie periculo est, imo Maiestati sue plurimum officit, ideo quod domi existentibus adhuc nobis adversarij ipsi, non cum levi apparatu, adversum nos insurrexerant.

Ejusdem Reverendissime atque Illustrissime dominationis Vestre

obsequentissimi servitores

Nuncij regni Hungariae nobiles
de particulari conventu missi.

Hátlapján: „Memoriale nunciorum particularis conventus regni Hungarie.“

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

IX.

1537. November.

A nyitrai részleges gyűlésnek utasítása, Ferdinánd királyhoz küldött követei részére.

Informacio data Egregijs Thome Tapolchani et Melchiori Posar Nuncijs dominorum et Nobilium in Conuentu particulari Nitrie congregatorum data ad Regiam Maiestatem.

Ante omnia dicant. Quod domini et Nobiles Nitrie congregati fidelitatem et seruicia ipsorum commendant Majestati Regie, tanquam domino eorum gratiosissimo.

Declarabunt deinde, Quod Spectabilis et Magnificus dominus Comes Alexius Thurzo Judex curie et locumtenens Maiestatis suae Ad festum beate Catherine Virginis et Martyris iam elapsum, Dominos et Nobiles Comitatuum Posoniensis, Nitriensis, Barsiensis, Honthensis, Comaromiensis, Strigoniensis et Trinchiniensis conuocaverat, Qui quidem Domini et Comitatus, ut Maiestatis sue voluntatem et mandatum ex domino locumtenente cognoscerent, Nitriam convenissent, ubi idem dominus locumtenens proposuisset, Maiestatem suam cupere et velle, ut interea dum per Maiestatem suam de defensione huius terre vel generali alia dieta indicta, vel alio modo prospiceretur, Domini ac Nobiles huius provincie partim personaliter, partim per homines ipsorum electos convocati curarent, et modum aliquem invenirent, quo ab Impetitione vicinorum adversariorum tuti esse possent. Quando quidem Maiestas sua Regia hoc tempore alendis et contra Turcas et circa Cassoviam atque alijs locis exercitibus abunde satis occuparetur et gravaretur.

Quamvis autem domini et Nobiles considerarent miserem plebem, cum ab externis hostibus, tum, etiam ab internis violentiis, maxime esse oppressam, et signanter preterita contributione trium florenorum, ad hoc usque enim inaudita, exhaustam. Nihilominus gravioribus Maiestatis sue ad alendos

exercitus sumptibus consideratis, volentes quantum possent Maiestati sue in dicione et fidelibus eius defendendis omnem operam et diligenciam exhibere, multis, que ad hanc rem faciebant perpensis, constituissent certum Equitum et peditum Numerum conscribendum et alendum, ut copijs instructis et paratis Adversariorum Insultibus occurri posset, vel saltem tantisper, donec ejus Maiestas de alio cerciori et magis solido modo defensionis huius terre et fidelium suorum cogitaret.

Difficultatibus igitur publice necessitatis consideratis visum esset dominis et Nobilibus predictis, ut ad conscribendas gentes, quando alia corradende pecunie via nulla esset, Dica unius floreni secundum numerum colonorum conferretur, et inde cura defensionis huius terre ageretur, quamvis et hec ipsa contribucio obtentas superiorum annorum oppressiones pene gravissima et vix tolerabilis videtur, visum tamen esset melius et consulcius fore, ut hec contribucio fieret, cum eaque defensio procuraretur, quam, ut hostibus et adversarijs vicinis hec provincia, Nudata presidio, populanda et vastanda relinqueretur.

Gentes autem, quia et pedestres et Equestres necessarie vise sunt, deliberatum ab omnibus congregatis est, ut secundum quod ipsa Contribucio toleraret et se extenderet, modo in articulis conscriptis expresso tenerentur.

Et ne pecunia in publicam defensionem conferenda inordinate distrahatur, statutum esse, ut domini imprimis de Bonis suis hanc contributionem conferrent, denique ex bonis Nobilium exactio fieret; ne scilicet fieret, quod alias sepe solitum esset, ut plerique pro se ipsis retinerent, quod in commune fuisset conferendum.

Dispensacionem vero pecunie et gencium solucionem iuxta modum in articulis expressum uni ad hoc electo demandatam esse, nempe Egregio Sigismundo Forgach, cui nemo addi collega placuisset, ne ex tam modica summa in salarium officialium et Racionistarum multum detraheretur et usui publico amplius decederet.

In ijs itaque omnibus ijdem Nuncii edoceant Maiestatem suam, quod fideles sui in tantis et tam arduis sue Maiestatis occupacionibus, sicuti et alias ita et nunc in publicum commodum et propriam defensionem non fuissent pigri, obtulisse

vero pro presencium temporum racione et necessitatibus ipsorum quantum potuissent, et hoc ipsum dispensandum eo modo decrevissent, quo maxime et dicioni sue Maiestatis et ipsorum proprie saluti ac defensioni expedire vidissent.

Quod habita fuisset racio Maiestatis sue in hoc maxima, vidisse siquidem eius Maiestatis aulicos et servitores, quique certum equorum Numerum ad seruitia sue Maiestatis alerent, postulare solucionem ex Camera sue Maiestatis, Esse preterea Nazadistas, qui item solucionem efflagitarent, ob id visum fuisse istorum opera utendum esse, et eos tantisper donec ipsa contribucio duraret et se extenderet solvi debere ita, ut huius contribucionis pars magna ad eorum solucionem Converteretur, qui ad eius Maiestatem etiam alioquin pro solucione recurrerent, ut eius Maiestati perspicuum esse posset, sue imprimis Maiestatis respectu et fidelium defensionis causa hanc dicam esse institutam.

Nota. Verum hec ita colligata et comparata esse, ut si domini non contribuerent, neque Nobilitas esset contributura, et sic omnis racio defensionis in irritum abiret, quando citra administrationem totalem defensio curari non posset contra hostes, qui se eciam modo parare dicuntur.

Propterea Maiestati sue in persona omnium ijdem domini Nuncij supplicent humillime, ut eius Maiestas dignetur ordinacionem totam in articulos descriptam confirmare ratamque habere graciose, et mandare omnibus statibus in predictis Comitatus existentibus, ut absque contradictione observare debeant.

Et licet non defuturi putentur, quibus hec ordinacio placere forsitan vix posset, arbitrari tamen dominos ac Nobiles, quod tales propterea improbent ipsa statuta et ordinata, quod tales nollent fortassis administrare hanc dicam in manus eius, qui ad hoc designatus est, et per consequens neque tenere numerum gencium quem deberent, quoniam idem collector pecunie lustrare eciam gentes continue et recensere debebit.

Quod si tamen illi in causa erunt, quominus et exactio ipsa et ea que decreta sunt in effectum perducantur, et per hoc sine presidio hec terra hostibus diripienda obiiciatur: Maiestas sua illis, qui huic confusioni et publico detrimento occasionem dabunt, imputare dignetur, Et non Dominis ac Nobi-

libus congregatis et ad articulos consentientibus, qui viderent, quod absque gencium conseruatione terra hec salva esse non posset, et opus foret, ut Maiestas sua aliter de defensione cogitaret ac prospiceret, si presentibus postulacionibus non acquiesceret.

Quod putassent domini ac Nobiles futuram difficultatem de decimis decimarum, pro quibus teneri gentes pro provincie defensione postularent, de quibus eciam articuli mentionem faciunt; tamen si domini prelati hoc facere aliquo modo gravarentur (quod quidem credibile esset), Maiestati Regie supplicent domini Nuncij, ut si hoc dominis prelatis grave videtur, eius Maiestas cogat illos tenere eum Numerum gencium, quem racione totalium decimarum ex Regni decretis debent, Cum decimas fere durius, quam unquam antea nunc exigere soleant, et omnino eius Maiestas non dignaretur abolere consvetudinem alendorum Militum racione decimarum, per predecessores suos felicis memorie Reges ordinatam.

Hoc autem proponant Maiestati Regie ad tempus et necessitate expostulante esse statuta et ordinata, Nam de generali defensione alium et certiorem modum eius Maiestas excogitare, indicta publica dieta, dominus locumtenens significasset: hec autem eo modo, quo in articulos descripta sunt, confirmari ab eius Maiestate supplicent, Nam si quid variatum fuerit, et domini ac Nobiles a constitutione resilient, nihilque contribuent, Et cum hoc gentes jam conscripte dimittentur, hostesque irrumpent elapsis Inducijs, et depopulabuntur dicionem sue Maiestatis.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

X.

1538. Január.

Ferdinánd király válasza, a nyitrai részleges gyűlés végzései tárgyában.

Responsum super articulis in dieta particulari Nitrie conclusis.

Sacra Regia Maiestas Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc., dominus noster Clementissimus, egregios Thomam de Kystapolchan et Melchiorem Posar de Marczelhaza, nuntios dominorum et nobilium, qui in dieta particulari, de mandato Maiestatis Sue, per locumtenentem eius, Spectabilem et Magnificum comitem Alexium Turzo de Bethlenfalwa, Nitrie nuper celebrata, congregati fuerunt, clementer audiuit, articulosque ibidem communi sententia, consensuque confectos, accurate perlegit, et ad eos ex ordine, prout sequitur, respondet.

Primum, illorum obedientiam et fidelitatem, in eo, quod (contra) domesticos patriae hostes, ad defensionem suam communem, nec non ad tuendam et conservandam Maiestatis Suae ditionem, vnius floreni contributionem sponte obtulerint, pollicitique sint, se, pro viribus suis, nunquam defuturos, praesertim, si, necessitate postulante, eis alius conventus indictus fuerit, non solum approbat, verum etiam pergrato animo suscipit, putans se tamen vel in maximis occupationibus eorum paternam curam semper perpetuoque habuisse, et posthac etiam habere velle.

Articulus secundus, de accipienda et dispensanda pecunia contributionis per egregium Sigismundum Forgach, placet Maiestati Sue; sed ita, vt illi adiungatur vnus ex camera Hungarica Maiestatis Sue, qui, veluti collega, istiusmodi officium, vna cum dicto Sigismundo, communi voluntate disponat et administret; et quod computuum lustratio continua et justa fiat, tam per camerarium et capitaneum Maiestatis Suae, quam dictum Sigismundum Forgach; praeterea, vt, sicuti in illorum jnstructione est expressum, ratio dignitatis Maiestatis Suae ha-

beatur, vt eius aulici et servitores, quique certum equorum numerum ad servitia Maiestis Suae habent, simul cum Nazadistis, ex ista contributione tantisper, donec durabit et se extendet, interteneantur prae ceteris, illorumque potius quam novorum conducendorum opera vtantur.

Tertius articulus itidem Suae Maiestati non displicet, modo et dicatores eligantur ex camera Maiestatis Suae et comitatibus aequali ratione; cui accedit quartus articulus, ita vt contributio manibus aeque camerarij Maiestatis Suae, quam Sigismundi Forgach administretur, et idem fiat in regestis connumerationis transmittendis.

Quintum articulum non potest probare Maiestas Sua, vt inde incipiatur contributio, vnde exempla sumi debent a nobilibus, quo promptiori animo in commune conferant, volens Maiestas Sua, ut domini primores offitium suum in reddenda pecunia et conservandis gentibus non negligant, et vt absque personarum acceptatione exigatur istud subsidium, ne per majores, vel mediocres nobiles in eroganda pecunia subsidij defectus aliquis appareat.

Quo ad sextum articulum, videtur Maiestati Suae justum et dignum esse, vt quaevis personae decimas habentes earum decimam partem soluant, vel vt domini praelati eum gentium numerum teneant, quem ratione totalium decimarum ex regni decretis debent.

Septimus placet, vt dictum est. Quantum ad octavum, Maiestas Regia juditia more solito fieri vult censetque.

Nonus et decimus articulus probantur a Maiestate Sua, prout sonant

Quo ad vndecimum, Maiestas Sua praecipiet locumtenenti, vt Maiestatis Suae nomine et auctoritate, eligat capitaneum, videlicet vel Franciscum Nyari, vel Balthasarem Bamffy, vel, si neuter eorum suscepturus sit istam provintiam, aliquem alium idoneum et vtilem.

XII. articulum Maiestas Sua non improbat. Quoad XIII. articulum respondet Maiestas Sua, dignum et justum esse, vt, quemadmodum novissime Viennae decretum et conclusum est, ita fiat, nempe vt tam dominj, quam nobiles exsolvant restantiasprioris contributionis.

XV. articulus placet.

Articulum XVI. Maiestas Regia ita mutat, vt capitaneus in adversae partis ditionem nullam faciat jncursionem, nisi vel ex commissione Maiestatis Suae, vel locumtenentis ipsius, aliorumque consiliariorum.

Reliqui articuli similiter placent Maiestati Suae, sed de peditum praefecto locumtenentis et capitanei sit decernere.

Quare Maiestas Sua Regia, praemissos articulos, cum correctione, additioneque illa sua, ratos gratosque habet, vultque omnino, atque adeo jubet, eosdem debite executioni, in supradicta forma, quam celerrime demandari.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

III.

A POZSONYI

ORSZÁGGYŰLÉS.

1538. Júniusban.

A pozsonyi országgyűlés 1538. Júniusban. [1])

Az alkudozások, melyeket Ferdinánd János királylyal évek óta folytatott, végre 1538. február 24-én szerencsés eredményre vezettek. E napon írták alá a két fél biztosai a *nagyváradi békekötés* oklevelét. Ezt azonban egyelőre szoros titokban kellett tartani, nehogy a török szultán haragját magára vonja mindkét fél. És a titkot jó ideig sikerült megőrizni. Az ország rendeinek több hónappal utóbb sem volt tudomásuk arról, hogy régi hő ohajtásuk valósult. Mindazáltal előre volt látható, hogy a porta előbb utóbb értesülni fog a békekötésről, s bosszúját fogja az országra idézni. [1])

Ily körülmények között, 1538. tavaszán Ferdinánd udvarában felmerült a magyar országgyűlés összehívásának eszméje; annál inkább, mert szükségesnek látszott az ország rendeinek hozzájárulását, eszközölni ki a békekötés azon pontjához, mely János király halála után az egész ország birtokát Ferdinánd részére biztosítá, ki alkalmasnak tekintette ezen időpontot arra is, hogy házának *örökösödési jogát* a magyar trónra elismertesse. [2]) A király magyar tanácsosainak véleményét kérte ki aziránt: vajjon hirdesse-e ki az országgyűlést, vagy nem? Ezek egy pillanatig sem haboztak igennel válaszolni. A részletekre áttérve, javasolták, hogy az „ország összes rendei," továbbá a koronához tartozó várak parancsnokai és a kulcsos városok bírái is hívassanak meg. Ellenben, bár a király azon nézetben volt, hogy az alsó nemesség fejen-

[1]) Eddig ezen országgyűlésről csak a meghívólevél volt ismeretes. És *Kovachich* (Supplementum. III. 165. l.) még kétségben volt aziránt: vajjon valóban megtartatott-e ezen országgyűlés?

[2]) Ez kitünik a magyar tanácsosok alább említendő felterjesztéséből.

ként jelenjék meg; a tanácsosok ajánlották, hogy minden megye nemessége követek által képviseltesse magát. Ohajtották, hogy a király személyesen jelenjék meg. És – mily alapon? nem tudjuk — reménlették, hogy János király is a pártján levő rendek kíséretében meg fog jelenni. Mivel pedig János az ország területének nagyobb részét bírja, s előre láthatólag a hozzá szító rendek többségben leendnek; figyelmeztették Ferdinánd királyt, hogy méltósága és biztossága érdekében, de azért is, mert a gyűlés feladata az ország fentartása, s főleg gyermekei örökösödésének megerősítése: mellőzhetlenül szükséges, hogy tekintélyes számú idegen urak által környezve jelenjék meg. Tanácsos az is, hogy az országgyűléssel összefüggésben levő kérdéseket előlegesen Jánossal tisztába hozza. Végre az országgyűlés helyéül *Pozsonyt* vagy *Sopronyt* hozták javaslatba. [1])

[1]) A király által tanácsosaihoz intézett kérdőpontokat nem ismerjük. Csak a „Responsio Dominorum Hungarorum, Consiliariorum Regie Maiestatis" című, dátum nélküli felterjesztés áll rendelkezésünkre. „Ad conuentum vero generalem — olvassuk itt többi között — conuocandos esse censent omnes Ordines et Status Regni Hungarie, cum hiis simul, qui arcium ad coronam pertinencium, vel ciuitatum muratarum sunt prefecti et judices; veniendum autem erit hiis omnibus ea facultate, ut que tandem in conuentu ipso publice fuerint decreta, illis consenciendi et eadem ipsa confirmandi facultatem a ciuibus eorum habeant. . . Videtur eis, fore optimum, si de numero et apparatu, aliisque rebus ad hoc necessariis Maiestas sua cum Joanne concordabit. . . Ex quo . . . Maiestas sua proposuit, unicuique per singula capita esse veniendum; alioqui enim visum dominis fuisset, dominos duntaxat Prelatos et Barones, officiales eciam finitimarum, quam eciam aliarum arcium . . per singula capita fuisse vocandos, de comitatibus vero ex precipuis electos saltem homines. . . De preparacione autem ad futurum conuentum, videtur dominis, ex quo Joannes maiorem habeat multo dicionem in Regno maioremque numerum Regnicolarum ex utroque ordine et statibus secum aduehet, quam Maiestas sua ex Hungaris habitura est; conuentusque iste futurus sit pro conseruacione Regni, *maxime vero confirmacione successionis Maiestatis sue et liberorum eiusdem in Regno Hungarie*, videtur ergo dominis Consiliariis, esse valde necessarium . . . ut habeat secum certum numerum exterarum quoque nacionum ex Prouinciis et Regnis suis ad eum diem conuocandarum." Egykorú irat, aláírások nélkül, a bécsi titkos levéltárban.

A király csakhamar elhatározta magát az országgyűlés kihirdetésére. Május 16-án küldötte szét a meghívóleveleket, melyek az ország rendeit június 15-re *Pozsonyba* hívták egybe. A gyűlés feladatáról csak általános kifejezésekben szól. „Sokféle, és pedig fontos ügyek merültek fel, — írja — melyek az országnak megmaradását és üdvét, mindnyájatoknak védelmét illetik.“ Ezeknek tárgyalására lesz hívatva az országgyűlés, melyre személyesen fog megjelenni, s ha ebben gátoltatnék, biztosokat küldend. [1])

Azonban Ferdinánd nem vélte tanácsosnak, hogy János király és hívei megjelenjenek. Csak saját híveit hívta meg. Felhagyott azon szándékkal is, hogy fontos államjogi érdekeket hozzon szőnyegre. Egy kívánsága volt: újabb *pénz- és hadisegélyt* eszközölni ki.

A király nem jelent meg személyesen Pozsonyban. *Thurzó Elek* k. helytartót és *Várday Pál* esztergomi érseket rendelte biztosaivá. Mint egyébkor, most is igen csekély számban jelentek meg a rendek. Csak *öt megye* küldött követeket. A Dunán túlról alig jött valaki. A kik megjelentek, azok is rosz hangulatban voltak. A bajok, melyek őket és küldőiket évek óta zaklatták, a törökök ujabb készületeiről érkezett hírek, komoly aggodalmakat keltettek. [2]) És a biztosok nem voltak felhatalmazva őket a békekötés titkába avatni. [3])

Június 19-én a királyi biztosok megnyitották a gyülést. Az esztergomi érsek adta elő a király üzenetét. Ő felsége — ez volt beszédének lényege — biztosan értesült, hogy a török még e jelen évben meg fogja támadni Magyarországot. Mivel pedig ő felsége lehetőleg erős hadsereggel akarja készen várni az ellenséget, felhívja a rendeket, szavazzák meg a közfelke-

[1]) A Soprony városához intézett meghívólevél *Kovachichnál.* Supplementum. III. 164. l. — L. **Irományok.** I. szám.

[2]) Thurzó Elek június 25-én Pozsonyból írja Ferdinándnak: „Conueneramus ad terminum constitutum; licet minor numerus subditorum comparuerit, quam sperabam. . . . Quid profecerimus apud eos, qui et externi mali metu consternati, et per internas tantopere molestati sunt,“ a gyülés követei fogják előadni. Eredetije a bécsi titkos levéltárban.

[3]) Ezt emliti Várday Pál, Ferdinándhoz intézett dátum nélküli levelében. Eredetije ugyanott.

lést, fegyverezzék fel jobbágyaik egy részét, ajánljanak meg pénzsegélyt, és intézkedjenek Komárom várának megerősítéséről. [1])

Ezen előterjesztés felett rögtön megkezdődtek a tanácskozások. A jelenlevő urak egyike hangsúlyozván, hogy nem méltányos a rendektől hadakat és pénzt is kívánni, indítványozta, hogy csak a rendes 20 dénárnyi adót szavazzák meg minden jobbágytelek után. Egy másik úr támogatta. Ekkor felkelt Thurzó Elek. Azzal kezdette, hogy a 20 dénárnyi adó ő felségének rendes jövedelmét képezvén, annak megszavazása által segély-kérelmét még nem teljesítették. Első sorban — folytatta ezután — a mi ügyünk forog kérdésben; és fontoljuk meg azt is, mennyit áldozott már ő felsége védelmünkre, s mily buzgón gondoskodik rólunk jelenleg is.

Azonban beszédét a nemtetszés jelei szakították félbe, s Thurzó nem látta tanácsosnak daczolni a többséggel. Elhallgatott. [2])

Ezután a tanácskozások mind zajosabb jellemet vettek fel. Az alsó nemesség soraiból szenvedélyes kifakadások emelkedtek. „Mi — így szólottak — mindenkor készek valánk ő felsége rendeleteinek engedelmeskedni, és most is készek vagyunk. Azonban, a mit, ő felsége ismételt felszólítására, szorult helyzetünk daczára, a közjó érdekében, ő felsége területének védelmére, áldoztunk, némely főurak maguk között szétosztották; úgy, hogy, miután számadásaik bemutatását eredmény nélkül sürgetjük, azt sem tudjuk, vajjon fordítottak-e valamit közczélokra?“ Mások ismét az ellen panaszkodtak, hogy a

[1]) Az országgyűlésnek Ferdinándhoz küldött követei részére adott utasításából, melyről alább szólunk.

[2]) Thurzó Elek június 21-én Pozsonyból írja Ferdinándnak: „Cum conuentum incepissent in vigilia Corporis Christi, Rmus D. Strigoniensis mandatum, quod habebat ad Comitatus a Maiestate V., pronunctiauit. Post ceperunt domini ipsimet consultare, de auxilio Maiestati V. S. faciendo, cum unusquisque suam proferret sententiam, cum ad unum, qui proximus D. Strigoniensi assidebat, sors pronunctiandi venisset, dixit, non conuenire, ut et gentem et subsidium pecuniarium darent, sed ut prouentum, quem iure tantum dare deberent, id est ut singuli 20 denarios hung. numerarent. Hanc cum et huius proximus diceret sententiam, dixi, hoc non fore sub-

király igéretei és a törvények világos rendeletei daczára, több erősségben idegenek parancsnokolnak.

Az esztergomi érsek, Thurzó Elek és Peregi Albert pécsi prépost csak nehezen voltak képesek megnyugtatni és lecsillapítani a háborgókat; mentvén a királyt, és sérelmeik orvoslását igérvén. [1])

Végre a rendek hajlandóknak nyilatkoztak minden 100 jobbágytelek után *három* lovast állandón tartani, és veszély esetében jobbágyaik ötödrészét fegyverezni fel. Egyúttal minden jobbágytelek után 50 dénárt ajánlottak meg a királynak segélyül, melyet egy körükből választott nemesnek, Szentmihályi *Chwzy Tamásnak* kezeihez kell augusztus 11-ig fizetni, ki a befolyó összeget a kamarának szolgáltatja át. De kikötötték, hogy az urak is hiány nélkül szolgáltassák be, mert ha csak egy főúr is megtagadja azt, ők, a nemesek, soha többé nem fognak a kamarának adót fizetni. [2])

A komáromi vár megerősítésére külön segélyt ajánlani nem voltak rábírhatók; arra hivatkoztak, hogy miután ezen várnak külön jövedelmei és számos jobbágyai vannak, nincs ok, miért vállalnának magukra ily „*szokatlan*“ terhet. Ezzel kapcsolatban azon kívánat nyilvánult, hogy a király Komáromot és a többi várakat, melyek az ország szabadságainak és a magyar nemzetnek sérelmére, idegenek parancsnoksága alatt állanak, bízza hű magyarok gondjaira. Továbbá, Komárom-, Mosony- és Zólyom-megyébe magyar főispánokat nevezzen,

sidium, sed esse iustum prouentum Maiestatis V. S. Cum itaque, inquam, de nostro quam maxime ageretur negotio, considerare deberemus, quantum iam pro liberatione nostra Maiestas V. S. exposuerit, quantum item et nunc susceperit curam. Haec cum dicerem, iussus silere, conticui.“ Eredetije a bécsi titkos levéltárban.

[1]) Várday 1538. június 28-án Ferdinándnak írja: „Quantum ego laboraverim, ut omnia prestarentur ad vota Maiestatis V., malo ex aliorum relacione eandem intelligere.“ Eredetije ugyanott. Hasonló módon nyilatkoznak Thurzó és Peregi, alább említendő leveleikben.

[2]) Peregi Albertnek 1538. június 26-án Ferdinándhoz intézett levele. — Gerendi erdélyi püspöknek szintén Ferdinándhoz intézett, dátum nélküli levele. — A pozsonyi országgyűlésnek Ferdinándhoz küldött követei részére adott megbízólevele. Mindhárom irat eredetije a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** II., III., IV. szám.

mert nem hajlandók a mostaniakat tovább elismerni, s azoknak engedelmeskedni.

Az érczpénz ügye, mely a korábbi országgyűléseket gyakran foglalkoztatta, ismét szőnyegre került. Miután ugyanis sokféle károk és nehézségek merültek fel abból, hogy Magyarország némely részeiben és határain kivül is, a magyar érczpénz elfogadása betiltatott; a rendek azon kérelemmel fordúltak a királyhoz: parancsolja meg összes alattvalóinak, hogy a magyar pénzt fogadják el. Felhozták, hogy a körmöczi érczpénz jobb ércztartalommal bír, mint a németországi. És utaltak arra, hogy ha a király kérelmüket nem hallgatná meg, többé sem Pozsonyban, sem Nagyszombatban nem lehetne országgyűlést tartani, mivel e két város polgárai a magyar érczpénzt nem fogadják el.

Egyébkint elismerték, hogy az országban még mindig sok hamis pénzt vernek. [1]) Emiatt szükségesnek látták, hogy a királyi helytartó a vétkesek ellen kímélet nélkül járjon el. Ezek, úgy szintén másnemű gonosztevők kinyomozására és megfékezésére a következő eljárási módot hozták javaslatba: a helytartó minden megyébe küldjön, katonai fedezet alatt, egy országbírói helyettest, ki maga mellé vevén az alispánt, a szolgabírákat és a megyei közönség által választott négy jogtudós nemest, ezekkel, minden kifogás és felebbezés kizárásával, itéletet mondjon.

A függőben levő peres ügyekre nézve kívánták, hogy a törvénykezés Nyitrán, augusztus közepén vegye kezdetét, és megszakítás nélkül folytattassék.

Ezek mellett számos más köz- és magánügyek merültek fel a tanácskozások folyamában, melyek iránt rövid idő alatt megállapodásra jutottak; határozataikat végrehajtás végett, kérelem alakjában, a királyhoz terjesztették fel.

Miután naponkint fenyegető hírek érkeztek, hogy a szultán nagy készületeket tesz, és Budát megvívni, az egész országot meghódítani tervezi: a király mielőbb vezesse hadait személyesen az országba, Slavóniában akadályozza meg a törökök

[1]) Különösen bizonyos „Péter tudort“ nevezték meg, mint pénzhamisítót.

dúlásait, és a magyarországi várakban helyezzen el erős őrségeket. Ha pedig, a király fontos okok miatt, kényszerítve volna személyes megjelenését elhalasztani, küldje haladék nélkül hadvezérét, tekintélyes sereg élén. Ugyanis az ország, hadak hiányában, nyitva áll az ellenség támadásai előtt. És a tapasztalás bizonyítja, mennyire nehéz visszaszerezni azt, a mi egyszer elveszett.

A rendek — miként fennebb említettük — nem bírtak tudomással afelöl, hogy *négy hónap előtt* megköttetett a nagyváradi béke. Innen magyarázható két további kérelmük. Az egyik az: gondoskodjék a király, hogy a János királylyal fennálló *fegyverszünetet* az ellenfél is lelkiismeretesen tartsa meg, uralmát ne terjeszsze ki Ferdinánd területén, s ennek híveit ne kényszerítse adófizetésre. Mivel pedig a békealkudozások János királylyal, Ferdinánd részéről, a magyarok kizárásával, idegenek által vezettetnek, nehogy emiatt a magyar nemzetet végső veszedelem érje: ő felsége, mielőtt a béke létrejő és kihirdettetik, a magyar rendek közül néhányat avasson be a tárgyalások titkaiba.

Az elmult évek zavarai között erőszakosan elfoglalt birtokok visszaadását, a jogos tulajdonosok, ismételt országgyűlési végzések daczára, eredmény nélkül sürgették. A rendek most újra felkérték a királyt, eszközölje ki, hogy azok, kik a lefolyt zavarteljes időkben önkényesen elfoglalt jószágokat még nem adták vissza a törvényes birtokosoknak, július 25-ig feleljenek meg ezen kötelességüknek: a győri püspökséget és más egyházi javadalmakat szabadítsa ki a világi urak kezei közül és adományozza érdemes egyháziaknak; rendelje el a túróczi prépostság elidegenített birtokainak visszaadását.

Tiltsa el magyar udvari embereit a jobbágyoknak elnyomásától, parancsolja meg nekik, hogy hadaikat a maguk, s ne mások birtokaiból élelmezzék, a mennyiben pedig másoknak károkat okoztak, adjanak megfelelő kárpótlást.

Parancsolja meg Alsó-Ausztria kormányzóságának, hogy ne engedjen senkit magyar alattvalók ügyeibe avatkozni, vagy az ország határait megsérteni; ha alsó-ausztriaiak magyarországiakkal egyenetlenségbe bonyolódnak, a k. helytartó előtt indítsanak keresetet. A király pedig mielőbb tegyen rendelke-

zést, a határoknak egyrészről Magyarország, másrészről Morvaország és Stiria között kiigazítása és megállapítása tárgyában.

Az esztergomi vár élelmezési felügyelője által behozott új harminczadot szüntesse meg.

A bányákat és harminczadokat — a királyi jövedelmek főforrásait — szabadítsa ki azoknak kezeiből, kik tényleg bírják, és bízza a kamara kezelésére; különben nem lesz képes, egyedül a szegény jobbágyok adójából, fedezni az ország számos szükségeit.

Figyelmét felhívják koronázása alkalmával tett, de ekkorig nem teljesített igéretére, „hogy az ország jogait és törvényeit alkalmas férfiak által szabályoztatni és rendeztetni fogja."

Egyes megyék, városok, káptalanok, urak és nemesek követeik által, illetőleg személyesen is előadták magán sérelmeiket és kívánataikat, s felkérték az országgyűlést, hogy azokat a trón zsámolyánál, ajánló szavaikkal támogassák. A rendek készséggel teljesítették ezt.

A király kegyelmébe ajánlották: a bányavárosokat, melyek, kérelmeik előterjesztésére, külön követet küldöttek az udvarhoz; Győr-, Sopron- és Vas megye, úgy szintén a győri káptalan folyamodását, hogy őket Török Bálint hatalmaskodásai- és zaklatásaitól mentse meg. Mivel pedig ezen főúr készneknyilatkozott a kezei között levő Ferdinánd-párti foglyokat szabadon bocsátani, ha a veszprémi püspök szabad lábra helyezi a kezei között levő János-párti foglyokat; a rendek kérték a királyt, hogy ez irányban hasson a püspökre. Ugyancsak a veszpremi püspök ellen a győri káptalan és a veszprémi apáczák panaszt emeltek, hogy több jószágukat lefoglalta és barmaikat elhajtotta.

Még súlyosabb volt azon panasz, melyet ellene *Petheő Ferencz* özvegye emelt. Az elökelő hölgy, gyermekei, testvérei, sógorai és barátai által környezve, személyesen jelent meg a rendek színe előtt. Itt maga beszélte el, miként *Kecheti* Márton püspök Tátika várát, árulás segélyével, önkényesen elfoglalta, az itt talált, százezer forint értekü, drágaságokat, melyek csak részben a panaszlót illetik, részben egyházak és magánosok által, biztosság kedvéért, helyeztettek el a vár falai között, lefoglalta; magát az özvegyet egy ideig szigorú

fogságban tartotta, majd gyalázattal tetézve, háznépével együtt a várból kiutasította. A rendek megfeledkeztek, ezen és más ügyekben is arról, hogy a másik felt is meg kell hallgatni. Nem kételkedvén, hogy az előadás minden részeiben megfelel a valóságnak, felkérték a királyt, hagyja meg helytartójának, hogy haladék nélkül szolgáltasson igazságot, és az özvegyet helyezze vissza a vár- s ingóságainak birtokába.

Egy másik úrhölgy is kisérletet tett személyes megjelenésével hatni az országgyülésre. Ez *Pekry Lajos* neje volt, *Zsófia*, massóviai herczegnő. Hivatkozván első férjének, Báthory Istvánnak érdemeire és szolgálataira, előadta szerencsétlen helyzetét, melybe férjének elfogatása által jutott [1]), és kikérte az országgyülés közbenjárását, Pekrynek szabadon bocsátása érdekében; igérvén, hogy férje, az általa elkövetett sérelmeket, mihelyt szabadságát visszanyeri, jóvá fogja tenni. Az országgyülés nem késett Pekry Lajos részére a király bocsánatáért eredezni, utalva ama lényeges szolgálatokra, melyeket korábban a királynak és az országnak tett.

Egy bizonyos *Rothmestorffer Erasmus* is személyesen hívta fel a gyülés figyelmét azon jogigényekre, melyeket neje Zalonok várára bír, s kérte, hogy ügyét ő felségének ajánlja. Megtörtént.

Ellenben *Országh László*, bár az országgyülésre külön megidéztetett, vonakodott megjelenni. Ez, túltéve magát az ország törvényein és a király rendeletein, bizonyos jószágot önkényesen lefoglalt és annak birtokosát, egy nemes embert, fogva tartotta. A rendek kérték a királyt, parancsolja meg neki, hogy a jószágot adja vissza, a foglyot bocsássa szabadon; ha nem engedelmeskedik, a k. helytartó példásan büntesse meg.

Batthyányi Ferencz és *Puchheim Longinus* között hosszú idő óta per folyt Rokonok vára tárgyában. A törvényszék Batthyányinak itélte oda, de ez nem volt képes magát a vár birtokába helyezni, valamint egy más Polhaim Erhard ellenében nyert itélet végrehajtását kieszközölni. Nem maradt egyéb hátra, mint a király közbenjárásáért folyamodni.

[1]) Ferdinánd 1537. utolsó napjaiban vetette fogságba, hatalmaskodásai és az ellenpárttal való conspirálása miatt.

A *Lipcsei* családnak még nehezebb volt jogigényeit hasonnevű ősi várára érvényesíteni, mert azt Mária királyné bírta. Mindazáltal az országgyűlés felkérte a királyt, hogy vagy rendelje el a vár visszaadását, vagy pedig bocsássa az ügyet mielőbb törvényre.

A János pártján levő urak hatalmaskodásai ellen Ferdinánd király híveinek még mindig elég okuk volt panaszkodni. Különösen *Podmaniczky Ráfael* egész rablóhadjáratokat szervezett az ország felső megyéiben, melyek a nyitrai gyűlést is komolyan foglalkoztatták. Hasonlag *Laszky Jeromos* a Szepességben űzte erőszakos tetteit. A pozsonyi rendek azon kérelemmel fordúltak a királyhoz, eszközölje ki, hogy az elrablott jószágok törvényes birtokosaiknak adassanak vissza.

Végre felhívták a király figyelmét *Bánffy Boldizsárnak* és *Horváth Ferencz* szarvaskői várnagynak hűséges szolgálataira, kiket megjutalmazás végett kegyelmébe ajánlottak. [1])

Mindezen nagyszámú ügyek alig *nyolcz nap* lefolyása alatt intéztettek el. A gyűlés június 26-án két főúrból s két nemesből: *Gerendi Miklós* erdélyi püspök-, *Batthyányi Ferencz-*, *Ostffy László-* és *Maythéni Bertalan*-ból álló küldöttséget bocsátott a királyhoz, hogy határozatait és kérelmeit terjeszsze elő. [2]) Mire a rendek rögtön szétoszlottak. [3])

A küldöttség július első napjaiban megjelent a királyi udvarnál, mely ez idő szerint *Olmüczben* tartózkodott. [4]) Itt az adandó válasz tárgyában hosszu ideig folytak a tanácskozások. A követek kifogytak a türelemből és költségből. Hogy mielőbb visszatérhessenek lakhelyeikre, hová hihetőleg a gazdászat legfontosabb teendői is vonzották őket, — július első

[1]) Instructio oratorum ex conuentu Posoniensi pro festo bb. Viti et Modesti celebrato, ad Regiam Maiestatem expeditorum. — A rendeknek és a küldöttségnek dátum nélküli felterjesztései. Egykorú iratok a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** V., VI., VII. szám.

[2]) A rendek 12 pecséttel ellátott megbízólevele ugyanott. — L. **Irományok.** IV. szám.

[3]) Thurzó Elek június 26-án már Semptéről ír a királynak.

[4]) Ferdinánd 1538. június 30-án Olmüczből írja Thurzónak: „Nuntiorum Ordinum Regni istius nostri, ad nos expeditorum, aduentum expectabimus.“ Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.

felében valának — sajátszerű javaslattal léptek elő. Meg fognak elégedni — mondák — ha ő felsége egyelőre a csekélyebb jelentőségű ügyek iránt (milyenek Petheő Ferenczné, a túróczi prépostság, győri káptalan és a veszprémi apáczák birtokügyei, a foglyok szabadonbocsátása, sat.) közli velük most elhatározását, a többiekre nézve pedig utóbb a helytartó útján közlendi a rendekkel. E mellett kérték a királyt, lássa el őket költséggel, mert különben nem képesek tovább várakozni.

Nem tudjuk, vajjon teljesítette-e utóbbi kivánatukat? De előbbi javaslatukat nem fogadta el; válasza a pozsonyi gyülés felterjesztésének összes pontjaira terjeszkedett ki.

Kegyelmesen fogadja — úgy mond — a pozsonyi országgyűlés küldötteinek előadását, melyből meggyőződött, hogy a rendek mint hű alattvalók, az ország védelmét illető kötelességüknek lelkiismeretesen meg kívánnak felelni. Megelégedéssel értesült határozatukról, melyben, a régi szokás szerint, minden 100 jobbágyporta után *három nehéz* fegyverzetű lovas kiállítására ajánlkoznak; de óhajtja és „*kéri*", hogy azok helyett inkább *négy könnyű* fegyverzetű lovast, vagy is huszárt, állítsanak ki; ugyanis a tapasztalás bebizonyította, hogy ilyenek a török ellen viselt háborúkban jobb szolgálatot tesznek. E lovasokat, tekintettel a törökök fenyegető magatartására, haladék nélkül állítsák ki, és tartsák készen, hogy mihelyt a szükség követelni fogja, a király által, *az országgyűlés küldötteinek tanácsával*, megállapítandó helyre egybegyülhessenek. Ha pedig a törökök, akár Magyarországot, akár Slavóniát nagyobb haderővel támadnák meg, a magyarok legyenek készen arra, hogy mindannyian személyesen felkeljenek.

Viszont ő, a király, szintén mindent megteend az országot fenyegető veszély elhárítására. A véghelyekre már is útnak indított 1000 gyalogot, és elrendelte 2000 gyalognak toborzását, kiket Slavóniába fog küldeni. Saját országainak és tartományaitól nem jelentéktelen segélyt eszközölt ki, s ezek készeknek nyilatkoztak, nagy veszély esetében, személyesen felkelni.

A megajánlott adó behajtása és kezelése tárgyában hozott határozatokat jóváhagyja. De megújítja kívánságát a komáromi vár megerősítésére ajánlandó külön segélyre vonatkozólag. A jelen veszélyes időben nem mentheti fel őket e

tehertől; annál kevésbbé, mert a vár jövedelmei a költségek fedezésére elégtelenek. Egyúttal, a rendek teljes megnyugtatása végett, kész megengedni, hogy a komáromi erődítményekre megszavazandó segélyt, egy, a rendek által választandó külön egyén kezelje, s csak is a kitűzött czélra fordítsa. Ágyúkkal és más hadiszerekkel ő maga fogja ellátni a várat.

A komárommegyei idegen főispán kinevezése által nem volt szándéka a magyar nemzetet és szabadságait megsérteni, s mihelyt békésebb idők következnek be, ezen, és más irányban is, tiszteletben fogja azokat tartani; várják be ezt türelemmel. Zólyom- és Mosonymegyében magyar főispánok kinevezése iránt Mária királynéval, — ki ama megyék várait és a terület legnagyobb részét bírta — tárgyalásokat fog kezdeni, és azon lesz, hogy a rendek kívánsága mielőbb teljesüljön.

A király még most sem látta időszerűnek a nagyváradi béke megkötésének titkát felleplezni. S ezért kitérőleg nyilatkozott „A rendek azon kérelméről, hogy ő felsége ne engedje a béketárgyalásokban teljesen kizáratni a magyarokat, kegyelmesen meg fog emlékezni, nehogy ez ügyben bármi, becsületük vagy érdekeik sérelmére történjék; sőt inkább, miként hasznosnak és tanácsosnak látandja, úgy fog eljárni, hogy ki ne zárassanak.“ És ehez azon nyilatkozatot csatolta, hogy *a fegyverszünet* lelkiismeretes megtartása iránt az ellenfélnél megtette a kellő lépéseket.

Szívesen teljesítene a magyar érczpénz forgalmára vonatkozó kérésüket is; de előbb szükségkép tanácskoznia kell azon tartományok rendeivel, kiknek felhívására a tilalmat kibocsátotta volt.

A hamis pénzverők és más gonosztevők megbűntetését illető végzést jóváhagyja. Azonban, a rendek által kölcsönösen okozott károk és jószágfoglalások tárgyában eszközlendő igazságszolgáltatás iránt, fentartja magának, hogy a megfelelő rendelkezéseket megtehesse. Egyúttal azon lesz, hogy az egyházi jószágok eredeti rendeltetésüknek adassanak át, s névszerint a túróczi prépostság visszanyerje elfoglalt birtokait.

A magyar udvarnokoknak meg fogja parancsolni, hogy óvakodjanak a jobbágyokat elnyomni, és hadaikat mások birtokaiból élelmezni; a helytartót utasítandja, hogy az

engedetleneket, szükség esetében, fegyver hatalmával fékezze meg.

Arról, hogy az alsó-ausztriai kormányzóság magyar alattvalókra kiterjesztette hatóságát, nincs tudomása; ha ez ügyben felvilágosítást nyer, kész a nevezett kormányzóságot rendre utasítani.

A határok kiigazítására már kitűzte a határnapot.

Az esztergomi harminczad tárgyában hiteles értesítéseket fog követelni, és ha meggyőződik, hogy törvény és régi szokás ellenére hozatott be, meg fogja szüntetni.

Az elidegenített királyi jövedelmek visszaszerzését mindenek felett kívánatosnak tartja; de erre költség hiányában nem képes, s csak azon igéretre szorítkozhatik, hogy maga idején gondja lesz rá

A helytartót meg fogja bízni, hogy az ország törvényeinek revisiójára alkalmas férfiakat jeleljen ki.

A bányavárosoknak kegyelmes választ helyez kilátásba.

A Podmaniczky és Laszky által elrablott jószágok visszaadásáról gondoskodni fog.

A mit a rendek Tátikának a veszprémi püspök által történt elfoglalásáról előterjesztenek, feltéve, hogy a valósággal megegyezik, ő felsége nehezteléssel veszi tudomásul. Mivel azonban a püspök is mint panaszló lép fel, a várat egyelőre a k. helytartónak fogja átadatni. A béke helyreállítása után a király személyesen fog a hely színén megjelenni és igazságot szolgáltatni. A veszprémi püspöknek továbbá meg fogja hagyni, hogy a kezei között levő foglyokat szintén a k. helytartónak adja át, ki azokat szabadon bocsátandja, ha Török Bálint ugyanezt megtette a maga foglyaival.

Országh Lászlót is fel fogja hívni, hogy foglyait és az önkényesen elfoglalt birtokokat bocsássa ki. Lipcse vára visszaadása iránt Mária királynéval tárgyalásokat fog kezdeni. Intézkedni fog a Batthyányi Ferencz pereiben hozott itéletek végrehajtásáról.

A rendek közbenjárását Pekry Lajos érdekében kellő tekintetbe veendi, s az igazság követelései szerint fog irányában eljárni.

Bánffyt és *Horváthot*, tekintettel érdemeikre és a ren-

dek ajánlására, kész minden alkalommal kegyelmében részesíteni. [1])

A király *Thurzó Elek* k. helytartóhoz küldötte e válaszát, oly czélból, hogy a megyékkel közölje, ki csakhamar megtette ezt. Azonban kedvezőtlen hatást gyakorolt, mivel az országgyűlés kívánatainak nagy részét tényleg teljesíttetlenül hagyta. A kevéssé határozott igéretek irányában pedig nagy bizalmatlanság uralkodott. Ennek folytán, több helyen, mind az adó behajtása, mind a hadak kiállítása körül komoly nehézségek merültek fel; s bár a király Thurzó Elekhez intézett, későbbi iratában megnyugtatóbb s világosabb nyilatkozatokra is készneknek nyilatkozott: a remények, melyeket a pozsonyi országgyűlés végzéseihez csatoltak, jó részben füstbe mentek. [2])

[1]) Responsum ad Hungariam. Dátum nélküli, eredeti fogalmazat a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** VIII. szám.

[2]) Thurzó Elek 1538. július 26-án Galgóczról írja Ferdinándnak: „Direxeram exemplum responsi Maiestatis Vestre ad Comitatus vicinos, quibus, ut video, non undequaque illa placerent, et ob id hactenus fecerunt nonnullam dilacionem ac difficultatem, tam in copiis instruendis, quam conferendo subsidio Maiestati Vestre oblato. Dicunt optasse se articulorum Posoniensium confirmacionem, quam tamen non haberent, cum nec sigillo Maiestatis munitum esset responsum, et pleraque in dubio et ancipiti relicta forent.“ Eredetije a bécsi titkos levéltárban. — A király augusztus 15-én Linczből válaszol e levélre. „Quod responsum nostrum — írja többi között — ad articulos in Conuentu Posoniensi erectos, Nunciis Regnicolarum datum, Comitatibus non undequaque placuerit, deque eo non satis contensi fuerint: non existimassemus illos super eiusmodi dato responso ulla grauamina aut difficultates pretendere debuisse, cum iuxta qualitatem temporis . . . in omnibus articulis satis clementem deliberationem et resolutionem nostram acceperint; nihilominus adhuc gratiose inclinati sumus, si quas difficultates seu grauamina se habere arbitrantur, in quibus latiorem declarationem et decretum a nobis postulent, illa ipsa cum de iis informemur, tollenda et emendanda curare, ne ullus scrupulus, seu dubitatio relinquatur eis, quasi eorum postulata simplici responso transmittamus; cum potius statuta illorum, recte et ordine facta, rata et grata haberi velimus et intendamus. Quod autem queruntur, responsum nostrum ne sigillo quidem munitum fuisse, est id sane preter consuetudinem Cancellarie nostre, ut cum ad nos Nuncii mittuntur, demus illis responsa sigillo corroborata.“ Eredeti fogalmazata, ugyanott.

ORSZÁGGYŰLÉSI IROMÁNYOK.

I.

1538. Május 16.

Ferdinánd királynak Soprony városához intézett meghívólevele, a pozsonyi országgyűlésre.

Ferdinandus diuina fauente clemencia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Rex semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austrie etc.

Prudentes circumspecti fideles dilecti. Sunt pleraque et quidem ardua negocia, que statum et salutem istius regni nostri, omniumque vestrum conseruacionem concernunt. Pro his igitur tractandis, expediendisque, necessarium visum est fideles regnicolas nostros conuocare, ut communi consilio ac deliberacione, ineatur aliqua racio, qua eiusmodi negociis ac periculis in tempore mederi possit. Itaque vobis mandamus, ut vos quoque aliquos ex vobis maturiores, ad proximum festum Viti et Modesti martyrum, Posonium mittere debeatis, tractaturos cum ceteris fidelibus nostris de iis, que ad regni istius salutem pertinere videbuntur; quem ad diem, Deo concedente, vel nos ipsi, si per negocia reipublice christiane licebit, in medio vestri aderimus, vel nuncios nostros speciales, qui ea ipsa negocia vobis exponent, mittemus. Secus ne feceritis. Datum Prage feria quinta post Dominicam Jubilate, Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo octauo.

Ferdinandus.

Wylaky.

Kivül: Prudentibus et Circumspectis Magistro Ciuium, Judici ac Juratis Ciuibus Ciuitatis nostre Soproniensis, fidelibus dilectis.

(Eredetije Soprony sz. k. város levéltárában.)

II.

1538. Június 26.

Peregi Albert pécsi prépostnak, a pozsonyi országgyűlésről szóló, Ferdinánd királyhoz intézett jelentése.

Sacratissime Rex, domine domine mihi clementissime.

Humilimam servitutis mee perpetue, in graciam Maiestatis Vestre, commendacionem. Finito hic conventu subditorum Maiestatis Vestre, heri tandem dominus locumtenens ad domum suam se recepit; in quo conventu *magnus clamor, magnaque nobilitatis querela est* audita, acerbissime expostulantis, se se fuisse semper paratos ad omnia mandata Maiestatis Vestre obeunda, foreque deinceps etiam, verum eos pessime hoc unum habere, ut quod sepius Maiestatis Vestre nomine, ad tuendum publicum comodum, dicionemque Maiestatis Vestre conservandam, ab eis petitur, ipsique libenter offerant, quamuis sint vehementer gravati, id *domini primores inter se dividere, ut ne sciri quidem possit, si quid insumptum* ex ea sit in usum reipublice; nam hactenus ne ad subducendam quidem racionem eos potuisse induci, ut cognosci potuisset, quo data per nobilitatem pecunia devenisset. Hijs ac alijs multis querelis in faciem prolatis, tandem nobilitas consensit *ad contribuendam Maiestati Vestre quinquaginta denarios, ea tamen lege, ut quisque dominorum pure eam dicam de bonis suis exolvat, quod si vel unus recusaverit*, nil amplius vellent ipsi ad cameram Maiestatis Vestre dare, sed totam perturbate constitucionis causam graviore querimonia contra eos Maiestati Vestre deferrent. Electus insuper est unus de medio nobilitatis, ad cuius manus hec pecunia nove dice dabitur, per eundem tandem certo numero ad cameram Maiestatis Vestre assignanda; de quibus omnibus coram lacius informaturi sunt Maiestatem vestram reverendissimus dominus Transsilvanicnsis et Magnificus dominus Franciscus Bathÿanÿ et alij, qui domina-

rum nomine, atque eciam nobilitatis, oratores ad Maiestatem vestram venient.

Ceterum, videor mihi quorundam odium in me exarsisse, eo quod in promouendo Maiestatis Vestre negocio fuerim cum meis collegis solicitus, indeque futurum suspicor, me occulta forte aliquorum accusacione apud Maiestatem Vestram deferri, cui tamen, ut ne fidem adhibere eadem dignetur, priusquam de tota eius rei racione experiatur, Maiestati Vestre eciam atque eciam, summa humilitate, suplico. Quam deus optimus maximus foelicem et incolumem conservet. Datum Posonij, 26. Junij Anno domini 1538.

Eiusdem sacratissime Maiestatis Vestre

seruitor humilimus
Albertus de Pereg
prepositus Quinqueecclesiensis.

Kivül: Sacratissime Regie Maiestati, domino meo clementissimo.

(Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

III.

1538. Június.

Gerendi Miklós erdélyi püspöknek, a pozsonyi országgyülés végzéseiről szóló, Ferdinánd királyhoz intézett jelentése.

Sacratissime rex, domine domine clementissime.

De gentium conseruatione dominorum et nobilium consensus est, ut de singulis centum portis colonorum tres equites interteneant, in militiam continuam. Facta est mentio, quod hunc in numerum solebant tenere equites armatos, et sunt verba facta, ut augeant numerum, ut de singulis centum portis quaternos equites leuis armature expedirent; licet senserint multi, expediendo armigeros et instaurando pristinam militiam, hoc tamen tarde fieret. Gratiose itaque Maiestas Vestra hoc tempore periculoso exigat quaternos Huzarones de singulis centum colonis. Numerum opinatiuum ego descripsi, ut scini, exacte tamen affirmare non ausim. Promiserunt se,

tam de his, quam quinta parte colonorum et numero nobilium exactum numerum Maiestati Vestre sacratissime missuros.

Maiestatis Vestre sacratissime seruus

Nicolaus de Gherend
Transsyluaniensis.

(Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

IV.

1538. Június 26.

A pozsonyi országgyűlésnek, Ferdinánd királyhoz kiküldött követei részére adott megbízólevele.

Sacratissime Rex, domine clementissime.

Premissa fidelium serviciorum nostrorum humillima commendatione. Expedivimus ad Maiestatem Vestram sacratissimam, pro declarandis coram negocijs ac necessitatibus nostris publicis et privatis, statuque huius afflicti regni, hos dominos et fratres nostros: Reverendissimum dominum Nicolaum de Gerend electum Transylvaniensem, magnificum dominum Franciscum Battyanÿ, ac egregios Ladislaum Osthfy de Azzonfalva et Bartholomeum de Maythen. Supplicamus Maiestati Vestre, quam humillime, dignetur ipsos clementer exaudire, et nobis fidelibus suis iam tandem super hijs, de quibus nostro nomine agent nuncij isti, gratiosam facere relationem, quod nos fidelibus et perpetuis servicijs nostris a Maiestate Vestra emereri studebimus. Deus optimus servet Maiestatem Vestram ad vota felicissimam.

Posonij XXVI. die Junij, anno domini MDXXXVIII.

Eiusdem Maiestatis Vestre sacratissime

fideles servitores et subditi
Prelati, Barones ac nobiles in conventu
Posoniensi congregati.

Kivül: Sacratissime Regie Maiestati, domino nostro clementissimo.

(Eredetije, 12 gyűrű-pecséttel ellátva, a bécsi titkos levéltárban.)

V.

1538. Június 26.

A pozsonyi országgyülés utasítása, Ferdinánd királyhoz küldött követei részére.

Instructio oratorum ex conuentu Posoniensi, pro festo beatorum Viti et Modesti celebrato, ad regiam Maiestatem expeditorum.

Imprimis referent oratores regie Maiestati, nomine dominorum prelatorum, baronum et nobilium, ceterorumque ordinum, in prefato conuentu, de mandato sue Maiestatis, congregatorum, humilia ac fidelia eorum seruicia in graciam sue Maiestatis.

Deinde subiungent, quod ijdem domini nobiles, statusque omnes, in conuentu prescripto existentes, jntellexerunt ea, que reverendissimus dominus Strigoniensis ac spectabilis et magnificus dominus locumtenens eisdem jussu sue Maiestatis retulerunt.

Agunt propterea omnes unanimiter Maiestati sue gracias jmmortales, tanquam humiles et fideles seruitores ac subditi eiusdem, de omni gracia, quam sua Maiestas per prefatos dominos ipsis significauit.

Quod autem nunciauit Maiestas sua, se accepisse certo jmperatorem Thurcarum valido exercitu hoc anno Hungariam jnuadere proposuisse, eique propterea velle Maiestatem suam, quam maximis potuerit copijs se opponere, ac propterea hortatur fideles et subditos suos, ut tum ipsi per singula capita insurgere, et Maiestatem suam, juxta consuetudinem et decreta regni sequi, tum vero ex colonis quoque certum numerum contrahere, et in expedicionem mittere, jnsuper et pecuniarium subsidium contribuere velint; dicti fideles et subditi sue Maiestatis respondent: sese, quamuis per diuturna hec mala incredibilibus damnis iam pene confecti sint, more tamen maiorem suorum, paratos esse ad omnia Maiestati sue pro viribus prestanda, eruntque presto sequi suam Maiestatem, cum persona-

liter ipsa aduenerit, capitaque ipsorum penes eandem et sanguinem, ut debent, profundere, ex colonis quoque, quantum fieri potuerit, contrahere, et quantocius in ordinem redigere; quodsi eciam sua Maiestas personaliter non venerit, gentes tamen, quas poterunt, capitaneis et copijs sue Maiestatis adiungent, pecuniarium quoque subsidium, quantum in tanta omnium penuria corradi posse existimarunt, offerunt Maiestati sue, videlicet denarios quinquaginta per singulas portas, ad festum beati Laurencii martyris proxime venturum exoluendos; hoc modo, ut judices nobilium singulorum comitatuum de bonis omnium dominorum prelatorum ac baronum, nobilium et aliorum statuum subsidium huiusmodj integre exigant, et ad diem predictum illud idem ad manus egregij Thome Chwzy de Zenthmyhal, vnanimi omnium voto ad hoc specialiter electi, velut fideles ad manus assignare fideliter debeant; quod quidem subsidium de bonis omnium dominorum prelatorum ac baronum et aliorum statuum integre exolutum, simul cum pecunijs nobilitatis, prefatus Thomas Chwzy manibus camerariorum regie Maiestatis perfecte presentare et assignare tenebitur.

Que quoniam dicti domini nobiles ceterique status pro debito ipsorum eciam supra vires prestare sunt parati, vt premissum est, supplicant Maiestati sue humillime, quatenus ad infrascripta dignetur graciosam eis facere relacionem.

Primum autem omnium petunt, vt cum varij quottidie de aduentu imperatoris Thurcarum increbrescant rumores, certoque feratur nunc Thurcas jugiter in Sclauonia de dicione Maiestatis sue noui aliquid occupare, perque prouinciam illam grassari libere, nemine occurrente, propediem autem Thurcam ipsam obsessurum Budam, eaque expugnata, si possit, regnum sibi totum subditurum, idque perfacile sit futurum, nisi occuratur mature, et primus aditus aduenienti jntercludatur: Maiestas sua consideratis hijs, atque alijs quam pluribus periculis, que jmpendent regno, velit ipsa quam citissime, vti obtulit, *aduentare cum exercitu suo, et tum in Sclauonia quamprimum cu et Thurcarum excursiones retardari*, tum in hijs partibus collocet presidia opportuna, quo facilius, auxiliante deo, leuius ipsa hostem fugare, quam ipse adueniens quicquam possit op-

primere; quod *si aduentus persone sue Maiestatis, aliqua de causa, differri deberet*, velit tamen e uestigio ex suis prefectis *aliquem cum bono exercitu expedire;* patent enim hec regiones omnes et Sclauonia inprimis, vel leuissimis quibusque hostium insultibus, nullis vsquam gentibus collocatis; amissa autem semel quam sit difficile recuperare, experimento probe edocti sumus.

Deinde committat Maiestas regia firmiter omnibus, qui alias in medio comitatuum pro conseruacione gentium contribuere soliti sunt, vt, ne gentes comitatuum in expedicione diminuantur, pecunias exercituales iuxta solitum soluere teneantur.

Supplicant insuper, vt cum negocium pacis inter suam Maiestatem et partem alteram per extere nacionis homines, semotis Hungaris, penitus tractetur, dubiumque sit propterea, ne nostra hec nacio in extremum aliquod malum corruat: Maiestas sua dignetur, quemadmodum et antea sepius supplicatum est, *certos ex dominis prelatis ac baronibus et eciam ex ordine nobilium, antequam pax* concludatur et publicetur, in tractatus huiusmodj iam tandem admittere graciose.

Jubet pretera Maiestas regia fidelibus et subditis suis, vt arcem Comaromiensem muniendam curemus; cum itaque arx ipsa in medio regni sit sita, habeatque prouentus honestos et bonum quoque numerum colonorum, non videtur necessarium nostris illam colonis, vndique alioqui afflictis, communiri. Proinde supplicant obnixius fideles et subditi omnium ordinum sue Maiestati, nolit nobis *insucta huiusmodj onera jmponere*, quin pocius arcem ipsam Comaromiensem et alias municiones, quas alienigene, siue pro officio, siue alio quocumque titulo, contra patrie libertates, que per Maiestatem suam juramento solemni sunt confirmate, in jniuriam tocius nacionis Hungarice tenent, eliberare, et pro fidelibus nostris seruicijs, manibus fidelium suorum Hungarorum assignare dignetur.

Item, in comitatibus Comaromiensi, Zoliensi et Mosoniensi regia Maiestas, iuxta regni decreta, post plurimas supplicaciones, *comites Hungaros iam tandem prefficere* dignetur; nolumus enim amplius eos, contra libertates et decreta regni, pro comitibus recognoscere, neque judicio earum parere.

Ceterum, quemadmodum et alias sepe supplicatum est, quia varia et maxima redundant dampna et jncommoda regnicolis omnium ordinum ex eo, quod multis in locis in regno Hungarie, et extra in omnibus, *vsus Hungarice monete non admittitur*; cum facta experiencia liquido compertum sit, monetam, que Crempnicie cuditur, aliqua ex parte melioris lige esse, quam germanicam: dignetur Maiestas regia serio mandare vbique subditis suix ex omnibus prouincijs, vt, more ab antiquo consueto, vbique monetam Hungaricam recipiant, alioqui preter alia multa jnconueniencia, que succedent, necesse erit conuentus regnicolarum nec Posonij, nec Thÿrnauie, vel alijs locis, vbi moneta Hungarica non exponitur, celebrari, sed in alijs longinquioribus; insuper et victualia ex locis predictis prohibebuntur ab omnibus, ne ex Hungaria importentur.

Item, quia sunt permulti cusores false monete. et inprimis est Petrus doctor, in quem pariter, et in eos, qui cum eodom, vel alijs huiusmodj vsum et commercium habent, Maiestas regia domino locumtenenti committat, vt absque omni gracia eo, qui sequitur, modo animaduertat.

Modus autem procedendi, tam contra prescriptos monete adulterine cusores, et qui ea hactenus vti sunt ausi, vel deinceps vterentur, quam eciam alios quoslibet insignes malefactores, is est: vt dominus locumtenens, authoritate regie Maiestatis, qua fungitur, ad omnes comitatus dicionis Maiestatis sue, in quibus videlicet temporis condicio pacietur, vice-judicem curie regie, vtpote judicem et capitaneum, ad id specialiter deputatum, vna cum magistro suo prothonotario, ipso eciam judice ad id delegato, gentibus bene jnstructum, citra vllam moram, expedire; et in eo commitatu, in quem venerint, eligantur quattuor probi viri nobiles jurisperiti, qui juxta formam juramenti in generali decreto regni expressam, jurare debebunt, quos posteaquam jurauerint simul et vice-comites et judices nobilium, ijdem vice-judex curie et magister Prothonotarius in omnibus judicijs tanquam assessores adhibeant, vbi, justa et conscienciosa cognicione cause habita, factique veritate inspecta, juxta facinorosorum demerita, eosdem in personis et bonis puniant et castigent, appellacione, contradictione, inhibitione et repulsione quorumcumque non obstante.

Malefactores autem ipsi nobiles et possessionati in termino, ad quem fuerint citati, personaliter et non per procuratorem compareant, rusticos vero domini eorum terrestres modo simili personaliter, coram prefatis vice-judice curie et magistro Prothonotario, absque vlteriori dilatione, in termino prescripto juri sistere debeant.

Alia item judicia, juxta articulos pro festo beate Elizabeth anno 1535 in couuentu particulari regnicolarum Posonij confectos, vigesimo die festi beati Jacobi apostoli proxime futuri, Nittrie celebrare incipiant, et continuentur absque intermissione. Quicumque autem dominorum ac nobilium, vel alterius cuiusuis status et condicionis hominum, bona aliorum, per hec disturbia occupata, contra constitucionem in predicta dieta Posoniensi factam, spoliatis hactenus reddere et remittere non curauerint, hij omnes eadem bona vsque festum beati Jacobi apostoli proxime futurum, sine pena violencie, cum restitucione saltem et refusione damnorum illatorum et prouentuum perceptorum, remittere teneantur; si vero infra dictum festum beati Jacobi apostoli temere remittere neglexerint, postea de pena violencie pariter et de damnis illatis, prouentibusque perceptis respondere teneantur.

Episcopatus item Jauriensis ae alie ecclesie et bona earum, in manibus hominum secularium habita, liberentur et in priores ordines ecclesiasticos redigantur.

Maiestas regia presentes jndicias generales per partem aduersam obseruari facere curet, quandoquidem pars ipsa conatur fideles subditos sue Maiestatis in comitatibus Castriferrei, Jauriensis, Soproniensis, Thrinchiniensis, Wesprimiensis, Zaladiensis, et Honthensis, fere in totum sue dicioni subicere, dicas violenter exigendo, et omnem Tyrranidem in eisdem comitatibus exercendo.

Dignetur preterea Maiestas regia *aulicos suos Hungaros ab opprimendis* miseris colonis *prohibere, et mandare* eis, ne gentes suas in aliorum bonis alere presumant, sed in suis proprijs conseruent, de dampnis autem per eos hijs disturbiorum temporibus illatis in singulis comitatibus, per juratos nobiles

ad id deputandos, jnquisitionem facere, et dampnificatos contentos reddere jubeat.

Dignetur insuper Maiestas regia dominis regentibus regiminis Austrie committere, ne permittant quemquam ad jurisdictionem subditorum regni Hungarie, potencia mediante, se jngerere, aut *metas regni aliquomodo per vim turbari*; sed si quis ex subditis prouincie alterius, contra subditos regni Hungarie, racione metarum, vel alterius negocij differenciam habet, juxta constitucionem regie Maiestatis et libertates regni, requirat coram domino locumtenente et consiliariis justiciam, que eis haud dubie recta administrabitur; inprimis autem Maiestas sua *metas inter Hungariam, Morauiam et Stiriam iam tandem faciat* rectificari, ne ob hanc racionem inter subditos sue Maiestatis perpetua dissensio alatur.

Queruntur eciam domini et regnicole regie Maiestati, quod *magister victualium* eiusdem, in arce Strigoniensi constitutus, ab omnibus fidelibus sue Maiestatis et subditis, contra libertates regni, autthoritate capitanei eiusdem arcis, *tricesimas inconsuetas facit exigere*, vnde subditi omnes regie Maiestatis vltra modum grauantur; dignetur iccirco Maiestas sua eisdem capitaneo et magistro victualium mandare, vt deinceps ab huiusmodj exactione tricesimarum insolitarum cessent, ne cogantur subditi propterea sue Maiestati hac de re expostulare.

Dignetur Maiestas regia prouentus suos ordinarios, tam ex montanis, quam tricesimis, de manibus omnium eliberare, et camere sue Hungarice, pro libertate regni et comodo sue Maiestatis, applicare; alias sua Maiestas non poterit negocia regni, in extremo nunc periculo posita, subsidio duntaxat pauperum colonorum curare, nec diucius jmposiciones huiusmodj taxarum poterunt per miseros colonos iam vndique adflictos supportari.

Ceterum perspicuum est regie Maiestati, quo pacto causa inter dominum *Franciscum Batthÿanÿj ac dominum Longinum de Puckham, racione* arcis Zalonok acta fuerit, et quomodo arx cum attinentiis, judicio facto, domino Francisco Batthÿanÿ fuerit legittime adiudicata; cum antem idem dominus Batthÿanÿ possessionem predicte arcis nondum potuerit assequi,

¡dque in dətrimentum authoritatis Maiestatis regie, et diminucionem jurium regni vergat, si quidem tunc maxime justicia suas habet vires cum judicia facta exequucioni demandantur: dignetur sua Maiestas efficere, vt castrum predictum, absque vlteriori dilacione, prefato domino Batthÿanÿ libere restituatur, ne maiores tumultus et contenciones hinc suboriantur; cogentur ettenim quam plures jura et libertates patrie et apertam domini Batthÿanÿ justiciam pro viribus secum vna defendere quoquomodo.

Queritur eciam idem dominus Batthÿanÿ, quod dominus Erhardus de Pwlham, non curata sentencia illa, que racione quarundam terrarum et aliorum negociorum, inter ipsum dominum Batthÿanÿ et dictum dominum de Pwlham pronunciata, et subscripcione manus regie Maiestatis roborata est, ab vsu terrarum huiusmodj ipsum dominum Batthÿanÿ prohibere nititur; cum autem prescripte terre intra veras metas regni Hungarici continentur, quod et ipse dominus de Pwlham aperte fatetur: dignetur Maiestas regia, pro communi justicia, et fidelium subditorum suorum dissensione auertenda, prohibere, ne dominus de Prolham in prescriptas terras amplius quouismodo audeat sese ingerere, alioqui, pro libertate patrie, cogentur omnes, pro virili ipsorum, domino Francisco Batthÿanÿ in suis juribus assistere et auxiliari.

Illustris domina consors domini Ludouici Peckrÿ miserat in medium nostri quosdum speciales seruitores suos, in causa domini et mariti sui, nos commonefaciens inprimis de seruicijs prioris domini et mariti sui, condam domini Stephani de Bathori palatini, et miserie sue, in qua nunc, ex captiuitate mariti sui, versaretur, orauitque propterea, vt pro eiusdem Ludouici Peckrÿ eliberacione apud Maiestatem regiam intercederetur, offerens domina prefata dictum dominum et maritum suum, simul atque libertati fuerit restitutus, illis omnibus, quos jniuria affecit, sese citra omnem difficultatem, reconciliaturum. Proinde supplicant regie Maiestati, domino eorum clementissimo, fideles et subditi eiusdem, quatenus, habita racione seruiciorum ipsius domini Ludouici Peckrÿ, eorum nempe, que Maiestati regie probe et fideliter, cum summa con-

stancia, impendit, dignetur eas iniurias, quibus Maiestatem regiam et plerosque eius subditos idem Peckrÿ affecisse dinoscitur, ex innata eius benignitate eidem condonare, ipsumque liberum pronunciare graciose, id quod nos quoque apud Maiestatem promereri contendemus.

Venerat eciam in medium nostri Egregius dominus *Erasmus Rothmestorffer*, qui et ipse nos admonuit de juribus vxoris sue in predicta arce Zalonok, et iniuria sibi illata, per prefatum dominum de Puekham, pecijtque, vt nos ea de causa penes ipsum apud Maiestatem suam intercederemus; dignetur itaque Maiestas sua, racione quoque justicie illius, tam in reddendis literis per dominum de Puekham prescriptum violenter retentis, quam in alijs juribus suis eidem graciose patrocinari.

Item generosa domina relicta condam egregij Francisci Petheo vnacum liberis, fratribus, amicis et affinibus suis, et presertim nobilibus aliquot ex familia Petheo, exposuit in conuentu, graui cum querela, qualiter superioribus mensibus episcopus Wesprimiensis arcem *Thadÿka*, liberorum et affinium dicte domine exponentis hereditariam, in diciono regie Maiestatis sitam, quibusdam proditoribus in ipsam arcem subornatis, penam in generali decreto expressam non formidans, per suos homines intercepisset, in eaqua res quam plurimas prefatorum exponentium et aliorum hominum ac ecclesiarum in arce ipsa, propter iniuriam temporum, repositas, prout ipsi asserunt, plus quam centum millium florenorum in valore, repertas, sibi vsurpasset, ipsosque cum tota eorum familia ex arce ipsa miserabiliter et ignominiose eiecisset, retentis prius aliquandiu in vinculis domina prefata exponente et Anthonio Petheo in compedibus, alijsque varijs iniurijs affectis; supplicant propterea domini et nobiles statusque omnes, ut regia Maiestas, habita racione indignitatis huius facinoris, dictos miseros exponentes, premisso modo spoliatos, in integrum restituere dignetur graciose, jubeatque domino locumtenenti suo, vt ex parte episcopi prenominati, nulla prorogacione obstante, judicium et justiciam administret, ad quod vel illud maxime hortatur, quod egregius Petrus Petheo fidelis seruitor regie Maiestatis, in seruicijs eisdem, dum apud dominos Bakyth ageret, in capitiuitatem Valentini Therek incidit, vbi et nunc in diris vinculis detinetur.

Dominus *Ladislaus Orzag* presenti conventui noluit interesse, neque alijs constitucionibus dominorum et regnicolarum, admonicionibusque domini locumtenentis, hactenus voluit parere, quin potius possessionem quorundam nobilium occupauit, ac filiam nobilis Joanis Kwzÿ (?), vi abductam, cuidam sartori suo jgnobili nuptui dedit, et preterea patrem eiusdem Joanis, Ladislaum, captiuum tenet, et licet Maiestas sua Prage, superioribus diebus, de occupata possessione remittenda firmissimum ad euudem dederit mandatum, ipse tamen hactenus jd omnino neglexit; dignetur igitur Maiestas regia eidem iterum committere firmiter, *vt nobilem captum liberet, possessionem occupatam remittat, et de jllata jniuria jure* respondeat, alioqui dominus locumtenens habeat in mandatis, vt ipsum ita authoritate sua curet puniendum, vt ceteris cedat jn exemplum.

Nunccij preterea dicti ciuitatum montanarum venerunt jn medium dominorum et nobilium, in conuentu existencium, asserentes sese diuersis grauaminibus oppressos, eorumque fodinas adeo decreuisse, vt cogantur jnnumeris expensis eas nunc colere, vnde non lucrum, sed damnum in dies suscipiant; porrigentur igitur certe eorum supplicaciones regie Maiestati, dignetur sua Maiestas graciosam eisdem facere relacionem, ne montana ipsa tempore sue Maiestatis cum damno eiusdem et regni detrimento perire contingat.

Supplicauerunt eciam sepenumero domini de Lÿpche pro remissione *arcis ipsorum Lÿpche;* dignetur sua Maiestas, juxta libertates regni, jam tandem arcem ipsam dictis supplicantibus remitti, aut superinde rectum judicium administrari (facere), ne cogantur ipsorum supplicacionibus aures sue Maiestatis diucius obtundere.

Maiestas regia jubeat possessiones quattuor *prepositure Thwrocz*, quarum tres dominus Ludouicus Peckrÿ, quartam vero dominus Christofforus de Thurri tenet, preposito eiusdem ecclesie remitti, quatenus ecclesia illa et conuentus ad laudem dei possit reformari.

Non ignorat preterea Maiestas regia, quanta fide et constancia, ab jnicio regiminis eiusdem, inseruierit eidem *dominus*

Balthasar Banffij, et quod nullum vnquam officium pretermiserit, quod ad virum militarem et fidelem Maiestatis sue seruitorem spectaverit; dignetur iccirco Maiestas sua seruiciorum illius habere racionem, et prouidere, *vt ordinacio secum facta in Gracz* effectum sorciatur, vt possit idem jn posterum, vti est paratus, ad jnteritum vsque, sue Maiestati inseruire.

Constat eciam, qua constancia perseuerauerit in fide, quam regie Maiestati debet. *Franciscus Horwath prefectus arcis Zarwaskw*, pro eo igitur, rogati, supplicamus Maiestati regie, dignetur, juxta seruiciorum eiusdem merita, ipsum gracia et liberalitate sua prosequi graciose.

Postremo id quoque supplicamus Maiestati regie, domino nostro clementissimo, vt cum *Raphael Podmanijczkij*, subditus partis alterius, soleat sepius varia pecorum genera de bonis fidelium Sue Maiestatis per vim, predonis in modum, facere abduci, oblataque huiusmodj dominis et jncolis regni Morauie ex composito vendi faciat, dignetur Sua Maiestas precipere in generali ijs omnibus, qui hec furta coëmere non dubitant, vt imposterum huiusmodj negociacionibus sese non audeant jmmiscere, quin pocius precia quoque illorum, que hactenus emerunt, ijs, a quibus sunt abducta, rectificent, alioqui necesse erit curare, vt damna huiusmodj ab incolis Morauie eciam per arestum recuperentur.

Que quidem omnia et singula domini oratores, pro ipsorum dexteritate ac prudencia, quibus melioribus poterunt modis, Sue Maiestati coram explicare debebunt.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

VI.

1538. Június 26.

A pozsonyi országgyűlés felterjesztése Ferdinánd királyhoz.

Scratissima regia Maiestas, domine domine clementissime.

Annis transactis magnificus dominus Hieronimus Lasky, dum adhuc partj aduersarij Maiestatis Vestre adherebat, ad *arces Kezmark et Nedecze certa bona* et possessiones fratrum nostrorum, fidelium Maiestatis Vestre, videlicet *Joannis et Ladislaj Dobrawiczkÿ*, *Ladislaj Segnej et fratrum suorum, ac Petrj Radwansky, in comitatu Scepusiensi,* occupauerat, ex eo, quod fidelitatem Maiestati Vestre exhibebant, qui dominus Lazky, licet iam ad fidelitatem Maiestatis vestre ante aliqua tempora redijt, bona tamen ipsa, aliquocies requisitus, restituere recusauit et noluit, ea hucusque tenendo, sicutj antea, cum egit aduersarium; cum itaque absurdum sit, vt fideles Maiestatis Vestre aliquorum eciam fidelium eiusdem Vestre Maiestatis bona, per jnjuriam, teneant: supplicamus Maiestati Vestre obnixe, dignetur ipsi domino Lasky et eciam domino preposito Scepusiensi, qui ab eo quodam inscripcionis titulo arcem prefatam *Nedecze tenet,* committere et mandare, quatinus bona fidelium Maiestatis vestre prescriptorum de facto, sine vlteriori procrastinacione, restituant, et eis resignent, graciosam exspectámus relacionem.

Eiusdem Maiestatis Vestre fideles subditj, prelatj, barones et nobiles, ceterique regnicole in dieta Posoniensi constituti.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

VII.

1538. Július.

A pozsonyi országgyűlés küldötteinek Ferdinánd királyhoz intézett felterjesztése.

Memoriale Oratorum Nobilium.

Quod Sua Maiestas de parcialibus articulis et supplicationibus, prout sunt negocia castri Tadyka, bona ecclesiarum Jauryensis, Wesprimyensis, Sanctimonialium, prepositure Thwroczyensis, de captiuis liberandis utrinque, exceptis generalibus articulis, prout expedicio gencium et similia, dignetur facere nobis relacionem; de aliis dominos regnicolas per locumtenentem informare potest, qui ad omnes comitatus perscribat. Alioqui Sua Maiestas dignetur dare expensas, nam cogimur abire sine relacione.

(Egykorú másolat a bécsi titkos levéltárban.)

VIII.

1538. Július.

Ferdinánd király válasza, a pozsonyi országgyűlés küldötteinek felterjesztésére.

Sacra Regia Maiestas Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. dominus noster clementissimus, perbenigne audiuit dominorum prelatorum, baronum ac nobilium, ceterorumque ordi-

intelleximus ea, que circa pecuniarium subsidium contribuendum, gentesque expediendas et alia petita nostra conclusistis. Et, quamuis omnino speraueramus, regnicolas illos nostros, consyderata presentium necessitatum et periculorum magnitudine, que ipsis, patrieque sue omnium maxime incumbere videntur, cum promissum dimidij florinj subsidium aucturos, tum gentium quoque numero, ad petitionem nostram, aliquid amplius addituros, accumulaturosque fore, presertim cum temporis huius ratio longe maiores, ad defensionem regnj istius contra Turchas, vires exposcat; tamen, cum ad hoc adduci noluerint, aequo id animo feramus oportet, confidentes se nihilominus totis viribus succinctos, paratosque futuros, vt afflicto regno suppetias ferant. Ex quo autem certissimis pene explorationibus constare videtur Turchas ad subiugandam Moldauiam, inuadendamque Transsylvaniam magna vi, potentiaque contendere, nosque prorsus statuerimus pro defensione dicte Transsyluanie, vt que haud postremum regni nostri Hungarie membrum merito habeatur, Joanni, primo quoque tempore auxilium, succursumque dare: visum est nobis consultum fore, quingentos illos equites leuis Armature, quos circa Epperyes hactenus sustinuimus, subito versus Transsyluaniam, cum alijs auxilijs nostris expedire, vtpote quibus amplius in partibus istis non admodum necesse habeamus, et cum sint iam instructi et ad manum, ac simul coniuncti, ipsaque necessitas efflagitet, vt eiusmodi auxilium sine omni mora fiat, in mentem nobis venit expediens, accomodumque fore, vt ad celerem et repentinam expeditionem jntertentionemque illorum quingentorum equitum promissum auxilium, videlicet quatuor equitum, pro centum quibusque colonis prestandum, in numerata pecunia porrigatur, et de reliqua summa, que supererit ad jntegrale complementum promissi equitum subsidij Magnificorum Francisci Nyari et Balthasaris Bamffy, aliorumque equites suscipiantur, interteneanturque, vt tanto commodius festinantiusque auxilia nostra in Transsyluaniam mitti possint; ita enim constitutum a nobis est, quod prefati quingenti equites circa Epperyes necnon aliorum, qui de residuo ad complendum numerum dicti auxilij, vt prefertur, conducendi sunt, gentes, cum ceteris copijs nostris, tam Hispanicis, quam Germanicis, quas

conduximus, conjungi, et in auxilium Joannis ad Transsyluaniam quantocyus transmitti debeant; quapropter tibi, maiori quo possumus studio, iniungimus et committimus, vt nomine nostro quam diligentissime cures et efficias, quo dictum gentium subsidium de singulis centum portis, in numerata pecunia, ad expeditionem scilicet et intertentionem prescriptorum equitum, absque omni dilatione, nunc prestetur, vt, sicuti a vobismet ipsis petitum est, in tempore prefato Joanni suppetias ferre possimus; presertim, cum tantum in mora vel minima periculum existat, quantum si longius differatur, tardeturque, recuperari, haud facile queat.

Quod vero ad pecuniarium subsidium attinet, mandamus tibi, vt illud quantocyus ab omnibus exigi, et in cameram nostram importari cures, quandoquidem mens nostra est, vt in ea exactione nemini parcatur: Nam etsi nonnullis, propter vrgentissimas rationes aliquam solutionem stipendiorum suorum ex presenti dica fieri ordinauerimus, et presertim comitatum Comaromiensem ab ea exemerimus, vt pro munitione scilicet Arcis illius postulatum a nobis subsidium impendere debeat: tamen cure nobis erit, vt pecuniam illam tantum in defensionem regni istius nostri necessariam dispensemus et conuertamus.

Nassadistarum opera quamuis vti decreueramus, cum Turcas versus Budam progressuros audiuissemus, tamen quia omnis belli moles in Transsyluaniam declinat, seruitijs eorum nunc minus opus esse videmus; sed cum primum vsus veniet, non omittemus eos, pro rerum temporisque exigentia, adhibere.

Ceterum leginus literas tuas, de 20. et 21. Augustj iam preteriti ad nos datas, de quarum receptione te obiter admonendum putauimus. Datum in oppido nostro Gmonden die prima Septembris 1538.

Az irat élén: Turzoni.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

V.

A POZSONYI

ORSZÁGGYŰLÉS.

1539. Szeptemberben.

A pozsonyi országgyűlés 1539. Szeptemberben.

A török támadás, melytől 1538. nyarán az udvar és a nemzet rettegett, elmaradt. Azonban a szultán magatartása a következő év elején megújította az aggodalmakat. És miként az ország védelme, úgy megzavart belső viszonyainak rendezése ismét kívánatossá tette az országgyűlés összehívását. E tárgyban a király és helytartója között már 1539. április havában folyta levelezés. Thurzó Elek javasolta, hogy az országgyűléssel egy időben az országos törvényszék is kezdje meg tevékenységét, mi a rendeknek régi jogos kívánságát kielégítendi, és azoknak nagyobb számban való összegyülekezését előmozdítandja. A helyre nézve megjegyezte, hogy a távoli megyék rendei nem szívesen jönnek az ország nyugati szélén fekvő Pozsonyba, hol különben is nagy drágaság uralkodik; de nem volt képes más várost ajánlani. [1])

[1]) Thurzó Elek 1539. április 30-án Semptéről írja Ferdinándnak: „Cupiebat Maiestas V. ex me cognoscere, quem potissimum terminum et diem conuentui . . . indicendum probarem? Quod ego decernere facile non posse videbam . . . Dignetur . . . decernere, quo die conuentus fidelium peragatur, ubi de subsidio agendum erit, quod ad solucionem militum inprimis est necessarium. . . . Modum autem tractatuum habendorum poterit Maiestas V. descriptum huc mittere, qui facile ex rerum presencium, temporumque et necessitatum racione peti et conscribi poterunt. Judiciis vero ego non alium terminum deligendum censeo, quam congregacioni. Facilius enim et numerosius confluerent, et in ipsa frequencia subsidium obtineri cicius posset, modusque exaccioni cercior imponi. Maiestati V. si hoc non displicet, poterit literis, quibus conuocantur nobiles et hoc inseri, quod sub ipsum congregacionis tempus judicia essent inchoanda, que auide ab omnibus expectantur.“ Eredetije a bécsi titkos levéltárban.

És a király csakugyan Pozsonyba, 1539. szeptember 21-re hívta össze a rendeket. [1]) Kik, és mily számban jöttek össze? nem tudjuk.

A király *Gerendi Miklós* erdélyi püspököt és *Batthyányi Ferencz* vasmegyei főispánt nevezte biztosaivá. Ezek nyitották meg a gyűlést. Előadásukban a királynak Magyarország iránt viseltető jóakaratát hangsúlyozván, kiemelték, hogy „bár ő felsége *örökösödési jogai alapján igényt tarthatott* a „magyar trónra", ezt főleg azért foglalta el, hogy a török ellen megvédelmezze. Ez irányban minden lehetőt megtett, fáradságot és költségeket nem kímélt. És bizonyára az ő és császári bátyjának áldozatkészsége nélkül Magyarország nem került volna el a török rabságot. Nem csekélyebb szolgálatot vélt tenni az országnak, midőn János királylyal a békét megkötötte, miről most értesíti a rendeket. Ezeket végül buzdítja, hogy szintén tegyék meg kötelességüket, és különösen Slavónia védelmére ajánljanak meg segélyt. [2])

A rendek nem hagyhatták megjegyzés nélkül ezen előadás több pontját. Miután a király örökösödési jogait említette meg, a rendek siettek kinyilatkoztatni, hogy „*ők nem más jogczímen, hanem Magyarország ősi szabadságai értelmében, szabad választás alapján fogadták el ő felségét uralkodójuknak:*" [3]) mert meg voltak győződve, hogy egyedül ő képes hazájukat megoltalmazni. Azonban, habár hálásan elismerik ő felségének és császári bátyjának ez irányban szerzett érdemeit, nem

[1]) Meghivólevél nem ismeretes. Ferdinánd 1539. szeptember 14-én értesíti Zsigmond lengyel királyt, hogy miután a szepesi városok és Szepesmegye között felmerült viszályok kiegyenlítésére a határnapot már kitűzte volt, „interuenerunt perardua Regni nostri Hungariae negotia, quae a nobis postularunt, ut subditis nostris eius Regni necessario generalem conuentum indiceremus. Is autem conuentus indictus est ad 21. diem septembris", közel a fennebb említett határnaphoz, melyet ennek folytán későbbre kell halasztania. Az Acta Tomiciana kiadatlan XV. kötetében, 356. l. (A szent-pétervári cs. könyvtárban.)

[2]) A királyi előadás szövegét nem bírjuk. Tartalmát a rendek válaszából ismerjük.

[3]) Ezen fontos hely az eredetiben így hangzik: „Quod autem Maiestas Regia gubernamen Regni Hungarie, in quo licet jus suc-

hallgathatják el mégis „azon a napnál világosabb tényt“, hogy ha ő felsége és császári bátyja *maga idején* indítják meg segélyhadaikat, és ezeket Magyarországba vezetik, nem pedig Németországban helyezik el: az ország pusztulását nagy részben elhárithatja, a török által elfoglalt véghelyeket visszaszerezheti, kiadásainak tetemes részétől megmenekülhet, és az ellenpárton levő rendek, buzgó és sikeres tevékenységének szemléletére, meghódolnak vala.

Most tehát a rendek azon kérelemmel fordúlnak ő felségéhez, hogy végre ne elégedjék meg kicsinyes, részleges hadi műveletekkel, melyek nem elégségesek az országot megvédeni, hanem, egyetértve a császárral, más fejedelmekkel és saját egyéb országainak rendeivel, határozza el magát oly intézkedésekre, melyek lehetővé tegyék az ellenséget nyiltan megtámadni és szerencsésen leküzdeni. Ha ezt nem teszi, Magyarország és vele a szomszéd tartományok kikerülhetlenül a végromlás elé mennek.

A János királylyal létrehozott egyesség felől, hírből, már korábban volt a rendeknek tudomásuk. És bár ismételve kérték ő felségét, hogy ezen békealkudozások vezetésében magyaroknak is legyen részük, nem hallgatta meg őket. Mivel pedig meggyőződtek, hogy a korábbi egyességek az ország megoszlását, s nem egyesülését eredményezték, nehogy ez jövőre is történjék: engedje meg ő felsége, hogy hívei a János király pártján levő rendekkel közös országgyűlést tarthassanak, s itt az ország megmentéséről együtt tanácskozhassanak.

Áttérve a királyi kivánatokra, a következő megállapodásra jutottak.

Bár a török támadások és a belháborúk súlyosan nehezedtek az urakra és jobbágyokra, mindazáltal Slavónia védelmére minden száz jobbágy-telek utan *két huszár* kiállítására és 200 martalócz (plagiarii) eltartására ajánlkoznak. Az ekként létesitendő hadsereg, melyhez Mária királyné bande-

cessionis habuisset, non tamen eo respectu, sed quod illud regnum extremo periculo expositum . . . . liberaret, suscepisse significauit. Iidem Domini et Regnicole dicunt Maiestatem Suam, non alio jure, sed ex libera electione ipsorum, juxta antiquas libertates Regni Hungarie, in eorum regem elegisse.“

riumja is csatlakozzék, már deczember 6-án Szombathelyre fog küldetni, honnan a király által szintén oda küldendő hadakkal, rögtön Slavóniába induljon.

A királyi hadak ellátására egy forintnyi adót, a 200 martalócz fizetésére 30 dénárt szavaznak meg minden jobbágytelek után; oly módon, hogy az egy forint a királyi kamarának, a 30 dénár Batthyányi Ferenczcnek kezeihez fog fizettetni. Mindkét adót a városok is tartozzanak fizetni.

Ha a király személyesen vezetné hadait a török ellen, a rendek személyesen felkelnek.

Ez után számos kívánatok és sérelmek kerültek szőnyegre, melyek már a korábbi gyűléseket is foglalkoztatták, de a király által még el nem intéztettek. Ezek iránt a rendek nehézség nélkül jöttek megállapodásra, formulázva a királyhoz intézendő kérelmeiket. Úgy mint:

Eszközölje a király, hogy a világiak által birt egyházi javak bocsáttassanak vissza; a borsmonostori apátságot pedig — mely, nem tudjuk miként, az ausztriai tartományhoz kapcsoltatott — csatolja vissza Magyarországhoz.

A jó érczpénz mindenütt fogadtassék el. A visszaélések megszüntetése végett, minden megyében választassanak vásárbírák, kik afelett őrködjenek, hogy a magyar érczpénz a némettel egyenlő értékben fogadtassék el, és azoknak, kik azt elfogadni vonakodnak, áruikat foglalják le.

Az országos törvényszék jövő évi január 6-án Pozsonyban kezdje meg a bíráskodást. De az 1539-iki év márczius 12-ike óta elkövetett jószágfoglalások és hatalmaskodások ügyében a helytartó haladék nélkül, és bárhol bíráskodhassék. A már visszabocsátott, de újra erőszakosan elfoglalt, vagy jövőben elfoglalandó javakat, a főispánok egy év lefolyása alatt, tartozzanak a törvényes birtokosoknak visszaadatni; ha ezt elmulasztják, hivatalukat veszítsék el. A királyi és megyei hadak által okozott károk rögtön becsültessenek meg, és értéküket a kárt okozó katonák zsoldjából vonassék le.

Komárom-megyébe nevezzen a király magyar főispányt.

Parancsolja meg Morvaország kapitányainak, hogy ne avatkozzanak oly perbe, mely a magyarországi törvényszékek illetékességéhez tartozik.

A Magyarország és a szomszéd tartományok között függőben levő határkérdést *„végre valahára“* hozassa tisztába.

Rendelje el a bányavárosok szabadalmainak tiszteletben tartását.

Szüntesse meg az önkényesen behozott harminczadokat és vámokat.

Gondoskodjék arról, hogy ezentúl, magánosok kérelmére, ne állíttassanak ki oly királyi iratok, melyek az ország szabadságára sérelmesek.

Rendelkezzék, hogy Szent-Márton, Győr, Veszprém és Sümeg várak jó karba helyeztessenek és a király hűségében megtartassanak; hasonlag a Slavóniában fekvő D-brakutja vár iránt is, melyet birtokosa Zekel Ferencz nem képes eltatni.

Eszközölje, hogy Hédervári György, a Lipcsei testvérek és a vasvári káptalan jószágaikat, melyektől erőszakosan megfosztattak, mielőbb nyerjék vissza. Batthyányi Ferenczet pedig, Polheim törvénytelen támadásai ellen, vegye pártfogása alá. Pekry Lajost bocsássa szabadon, tekintettel előbbi jó szolgálatai- és a rendek közbejárására.

Miután a magyarországi rendek korábbi gyűlésein alkozott végzések [1]) nem nyerték el a királyi megerősítést, s ennél fogva azoknak végrehajtása elmaradt; azokat, a mostani országgyűlés végzéseivel kapcsolatban, erősítse meg.

Ezen megerősítés kieszközlése végett a főrendek és az alsó nemesség soraiból követek küldettek a királyhoz. [2]) Kik voltak ezek? Mikor, és hol fogadtattak Ferdinánd által? nem ismeretes. Csak az eredmény áll előttünk azon válasziratban, mely — az *esztergomi érsek* javaslatainak tekintetbe vételével — [3]) az országgyűlés felterjesztésének egyes pontjaira a királyi elhatározásokat tartalmazza.

---

[1]) Az 1538-ik évi pozsonyi országgyűlés és a sellyei részleges gyűlés végzéseit értik.

[2]) Responsio Dominorum et Regnicolarum in conuentu Posoniensi pro festo diui Mathei Apostoli et Euangeliste celebrato, congregatorum, iuxta articulos infra denotatos S. Regie Maiestati. — Egykorú irat a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** I. szám.

[3]) Várday Pál dátum nélküli levélben írja Ferdinándnak: „Responsionem per Maiestatem V. Dominis et Regnicolis suis Hun-

A király nem mulasztotta el örökösödési jogára visszatérni. Nem támadta meg ugyan egyenesen a felterjesztésben foglalt ama tételt, hogy a *rendek szabad választása* képezi a trón birtoklásának jogalapját. De midőn a rendek hálájára a török ellen nyújtott védelemért reflectál, ügyesen belevezeti ezen egészen idegen tárgyba azon megjegyzést, hogy őt „ezen áldozatokra *nemcsak az előtte uralkodó magyar királyokkal kötött szerződései és örökösödési jogai*“ késztették, hanem fejedelmi kötelességeinek érzete is. Igéri, hogy ezentúl szintén kitelhetőleg fog gondoskodni az ország javáról, és azon lesz, hogy, miként a rendek óhajtják, nagy és általános hadjárat által az ország teljes felszabadítását eszközölje.

A nagyváradi békekötésről még mindig titkolódzva tesz említést, s részleteit nem tárja fel. János királylyal — úgymond — a császári követek közbenjárásával „megvetette a béke alapjait“, s ha látni fogja, hogy azok állandó egységre nyújtanak kilátást, szívesen fogja az alkudozásokba a magyar tanácsosokat, sőt az alsó nemesség, némely tagjait is bevonni. De határozottan ellenezi a János király alattvalóival tartandó közös országgyűlés tervét. És midőn ily gyűlés megtartását eltiltja, ezt sajátszerű indokolással teszi, melyet gúnynak is lehetne tekinteni. „Felesleges — úgy mond — hogy alattvalói alkalmas idő előtt ez irányban fáradjanak“; majd maga idején értesíteni fogja őket, mikor kívánja e gyűlést megtartatni.

A lovasok kiállítására és a közfelkelésre vonatkozó ajánlatot kegyelmesen fogadja; de megvárja, hogy a nagy hadjárat idején, oly módon fognak a rendek ő felsége személye körül táborba szállani, hogy a magyar nemzet ősi dicsőségét fentartsák és emeljék.

A maga és Mária királyné hadai deczember 6-án Szom-

garis ad articulos eidem per oratores exhibitos faciendam, quatenus tam repente fieri potuit, juxta opinionem meam, conscriptam, misi. Dignetur itaque Maiestas V. eam graciose perlegere, perlectamque, ubi illi videbitur, emendari et tempestiue expediri facere; quoniam responsio Maiestatis V., juxta optata Regnicolarum, cum literis Maiestatis V. pro exsolucione dice scribendis, ad singulos Comitatus perferri debebit. Nuncii autem Regnicolarum pro cita expedicione S. Maiestati V. supplicant.“ Eredetije a bécsi titkos levéltárban.

bathelyen fognak lenni; megvárja, hogy a rendek is pontosan és hiány nélkül küldjék oda fegyvereseiket.

A felajánlott adóval megelégszik, bár az ebből várható összeg csekélyebb, mint az, mit ő a slavóniai bánoknak és kapitányoknak hadaik ellátására fizet. Nem hallgatja el, hogy reméllette, miszerint az urak és nemesek nemcsak sokféleképen terhelt jobbágyaikat veendik igénybe, hanem saját erszényükből is fognak segélyt ajánlani.

Gondoskodni fog, hogy az egyházi javak eredeti rendeltetésüknek adassanak vissza. Borsmonostor tárgyában vizsgálatot fog megindíttatni.

Meg fogja parancsolni, hogy a körmöczi érczpénz az ország egész területén fogadtassék el. Az örökös tartományok- és szomszéd országokban való forgalma tárgyában amazok rendeivel és ezek uralkodóival tárgyalásokat fog kezdeni. A vásárbírák intézményét hallgatással mellőzi.

A többi kívánatok teljesítését ígéri. Csak Pekry Lajos szabadon bocsátása iránt nyilatkozik némi tartózkodással; „bár — úgymond — méltó okoknál fogva szenvedi büntetését, *maga idején* gondja lesz arra, hogy visszanyerje szabadságát."

A korábbi gyülések végzéseire nézve kiemeli, hogy azokra „kegyelmesen válaszolt," sőt, a mennyiben a viszonyok engedték, végrehajtásukat is eszközölte. [1])

A királyi válasz oly természetű volt, hogy az „*elméletileg*" tökéletesen megnyugtató és kielégítő vala. Azonban a rendek már többször vettek ily megnyugtató és kielégítő leiratokat, anélkül, hogy azok „gyakorlatilag" bármit változtattak volna a helyzeten, és a sérelmek megszüntetését eredményezték volna.

A pozsonyi országgyülés követei tehát nem elégedtek meg, s már más nap [2]) újabb kérvénynyel fordúltak a királyhoz.

Miután a király igéri, hogy az önkényesen elfoglalt birto-

---

[1]) A dátum nélküli királyi válaszirat egykorú példánya a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** II. szám.

[2]) Bár a napot nem ismerjük, a kérvény azon kifejezése „ad hesternam responsionem Maiestatis V.", kitünteti, hogy más nap nyújtották be.

kok visszaadását eszközölni fogja, kérik, hogy ez „*haladék nélkül*“ történjék; és hívja fel János királyt, hogy ő saját alattvalóit szintén bírja rá ugyanerre.

Miután továbbá igéri, hogy a magyar érczpénzt többi tartományaiban is el fogja fogadtatni, de ezt már sokszor igérte, anélkül, hogy teljesítette volna; kérik, hogy most végre teljesítse.

Az ország határainak megállapítására tűzzön ki határnapot.

A borsmonostori apátságot, mivel tökéletesen kétségtelen, hogy Magyarországhoz tartozik, rögtön csatolja vissza.

Hasonlag kétségtelen lévén, hogy a morvaországi kapitányok illetéktelenül avatkoztak be, feltétel nélkül tiltsa el őket ettől.

A vasvári káptalan jogigényeinek alaposssága szintén világos lévén, rendelje el, hogy azok érvényre emeltessenek.

Ezekhez, egy *új* kívánatot csatoltak: bírja rá a tized jövedelmeket élvező egyházi és világi urakat, hogy azok arányában megfelelő hadakat tartsanak. [1])

A királyt a bizalmatlanság ily világos nyilatkozása nem háborította fel. Teljes nyúgalommal válaszolt az egyes pontokra.

Az egyházi jószágok visszaadása iránt meg fogja tenni a kellő intézkedéseket „*a mennyiben ez a beirványok sérelme nélkül eszközölhető*“; és fel fogja hívni Jánost királyt, hogy ez irányban ő is teljesítse a méltányosság igényeit.

A magyar érczpénzre vonatkozólag ismételi, hogy közelebb megindítandja a tárgyalásokat.

Az országos határok megállapítására nem tűzheti ki a határnapot, mielőtt ez iránt a morvaországi rendekkel tanácskoznék, mit mielőbb megteend.

Miután a borsmonostori apátság és a vasvári káptalan némely birtokai tárgyában „*a magyar király és az ausztriai főherczeg között* nézetkülönbség létezik“: [2]) a kérdést törvényes úton fogja eldöntetni.

[1]) A felterjesztés egykorú példánya, ugyanott. — L. **Irományok**. III. szám.

[2]) Ezen nevezetes nyilatkozat az eredeti szövegben ekként

A morvaországi kapitányhoz már elküldötte a kívánt rendeletet.

A tizedekre vonatkozó pontot, mint teljesen jogosat és a törvényekkel öszhangzót, jóváhagyja.[1])

Bár ezen második királyi válasz némely pontokra nézve kedvezőtlenebbül hangzott, mint az első, és a második felterjesztés némely kívánataira tagadólag felelt: az országgyülés követei kényszerítve látták magukat lemondani a reményről, hogy további engedményeket eszközölhessenek ki, és visszatértek hazájukba.

hangzik: „Cum istorum locorum ratione inter regem Hungarie et archiducem Austrie differentia vigeat. . . .“

[1]) A királyi válaszirat egykorú példánya a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** IV. szám.

ORSZÁGGYŰLÉSI IRATOK.

I.

1539. September.

A pozsonyi országgyűlésnek, Ferdinánd királyhoz intézett felterjesztése

Responsio dominorum et regnicolarum, in conventu Posoniensi, pro festo divi Mathei Apostoli et Evangeliste celebrato, congregatorum, iuxta articulos infra denotatos sacratissime regie Maiestati.

Domini oratores referent regie Maiestati in primis, nomine eorundem dominorum et regnicolarum, fidelia eorum servitia in gratiam sue Maiestatis.

Agant preterea gratias immortales Maiestati Sue, de omni gratia, quam Sua Maiestas eisdem dominis et regnicolis, medio Reverendissimi domini Transilvaniensis et Magnifici domini Francisci Bathÿany, oratorum suorum, ipsis significavit.

Quod autem Maiestas Regia gubernamen Regni Hungarie, in quo licet ius successionis habuisset, non tamen eo respectu, sed quod illud regnum extremo periculo expositum de faucibus jmperatoris Turcharum, ex singulari, paternoque amore liberaret, suscepisse significavit.

Iidem domini et regnicole dicunt: Maiestatem Suam non alio iure, sed ex libera electione ipsorum, iuxta antiquas libertates regni Hungarie, in eorum regem elegisse; eo potissimum respectu, quod inter principes Christianos reliquos, solam Maiestatem Suam haud dubie crederent esse eam, que auxilio sacratissime cesaree et catholice Maiestatis, fratris sui, aliorumque principum Christianorum, fratrum et amicorum suorum ex gratia dei optimi maximi, eosdem et regnum hoc miserum, tanto periculo expositum, defendere et liberare posset.

Quanta cura et sollicitudine ab initio regiminis sui defensionem regni huius sacratissima Maiestas regia curauerit, ut illud de faucibus imperatoris Thurcarum eripere, fidelesque subditos suos pristine libertati restituere possit, non parcendo laboribus et expensis suis, et quod regnum ipsum imperator ipse Turcarum in fedam servitutem suam subiugasset, nisi Maiestas Sua, unacum cesarea Maiestate, fratre suo, illi obstitisset, ipsis omnibus et regnicolis luce clarius constat; tamen si Maiestas regia unacum cesarea et catholica Maiestate, fratre suo presidia sua tempestiuius expedivisset, et illa non in Germania, sed in confinibus regni Hungarie, locata fuissent, ubi hosti venienti occurrere potuissent, certo sperassent, quod non modo provincie hereditarie Sue Maiestatis, sed neque regnum hoc ad tantam desolationem et oppressionem devenisset, castra etiam finitima regni Hungarie per Turcam adempta, dei auxilio, recuperari potuissent, dominique et regnicole huius regni fere omnes, visa defensione Maiestatis Sue, animo feruenti, ad fidelitatem eiusdem accessissent, et per hoc ab oneribus plurimarum expensarum, quas Maiestas regia, ad particulares expeditiones pro eliberando et uniendo regno, erogavit, liberata fuisset.

Supplicant igitur domini et regnicole regie Maiestati, tanquam domino eorum clementissimo, dignetur iam tandem, una cum Maiestate cesarea, alijsque principibus Christianis, nec non regnis et dominijs suis, defensionem regni Hungarie, provinciarumque ipsius hereditariarum ita mature providere, ut posthabitis expeditionibus particularibus, quibus regnum et provincie prescripte nullatenus defendi et liberari possunt, hostis communis aperto marte adoriri, et dei auxilio, superari possit; alioqui idem regnum in dies devastare et servituti sue mancipare hostis non cessabit, unde alia quoque regna et provincie circumjacentie ad extremum excidium procul dubio devenient, que per longa iam tempora sub umbra regni Hungarie quieverunt, quod per multa secula scutum et propugnaculum christianitatis fuit.

Cum igitur natio Hungarica tanto hosti, per tot etates, creberrima clade et magna sanguinis suorum effusione, modis omnibus reluctando, reipublice christiane, tanto commodo et

quieti fuerit, merito conuenit, ut ipsa quoque regna et prouincie christiane, pro salute saltem et conservatione sui, iam tandem mature contra ipsum cristiani nominis hostem expergiscantur.

Quantum ad concordiam cum rege Joanne transigendam attinet, intellexerunt quidem communi rumore ijdem domini et regnicole Maiestatem regiam cum eodem certam inijsse concordiam, et licet aliquoties supplicaverint Maiestati Sue, ut eosdem, tanquam illos, quorum res agitur, in tractatus concordie admitteret, nequaquam tamen hactenus impetrare potuerunt, ex huiusmodi vero tractatibus hucusque factis non unionem, sed scissionem regni factam cognoscunt;

Dum autem scissio huiusmodi periculi totius regni ab initio causa fuerit, uisum est ipsis dominis et regnicolis huic malo remedium queri debere; supplicant igitur Maiestati regie, dignetur gratiose concedere, ut liceat eisdem fratres suos, sub ditione Joannis regis existentes, in loco ad id deputando, convenire, agereque et tractare ea, que ad commodum sue Maiestatis, patrieque conseruationem spectare videbuntur: dei autem auxilio, id se se effecturos sperant, modo sua Maiestas ad hoc gratiose consentiat.

Quantum autem ad subsidium, pro defensione regni Sclauonie prestandum attinet, licet domini et regnicole, eorumque coloni, per continuos insultus et invasiones imperatoris Turcarum, prefectorumque eisdem et per intestina bella, continue in regno agitata, undique sint attritti et afflicti, nihilominus consyderantes extrema pericula regni Sclauonie, volentes preterea subditis ceterorumque regnorum et provinciarum Maiestatis regie, etiam in tanta eorum oppressione, bonum prebere exemplum, ad continuam defensionem ipsius regni ex singulis centum colonis duos equites leuis armature, ad intertentionem autem ducentorum plagiariorum, ad defensionem dicti regni Sclauonie conservandorum, hac vice certam offerunt solutionem, modo ordineque inferius declarato.

Maiestati autem regie, ad conservationem gentium suarum, una cum lucro camere eiusdem, dicam unius floreni, iuxta numerum dice prioris, in singulis comitatibus exigendam, domini et regnicole offerunt, cuius quidem dice medietatem, hoc

est denarios quinquaginta ad festum beati Martini episcopi proxime venturi per judices nobilium eorundem comitatuum integre administrandos, et per manus vicecomitum manibus dominorum camerariorum consignandos, una cum denarijs quindecim pro interteutione plagiariorum in defensionem eiusdem regni Sclauonie contribuendos, decreverunt, jta tamen, ut Maiestas regia, ratione subsidij huiusmodi, ad defensionem continuam dicti regni Sclavonie, eum numerum gentium interteneat, quem domini et regnicole, ratione bonorum suorum conservaturi sunt, et pro festo divi Nicolai proxime venturi ad oppidum Sabarie, unacum gentibus serenissime domine Marie regine expedire dignetur, ex qua quidem contributione vicecomites et judices nobilium pro administratione dice nullum aliud sallarium, quam id, quod ex consuetudine antiqua, ratione offitij duntaxat sui, de subsidijs regijs alias perceperunt, tollere possint, demptis tamen expensis vicecomitum, quas in administranda huiusmodi dica ad manus camerariorum moderate facere debebunt.

Alteram autem partem dice, medij videlicet floreni, regie Maiestatis ac denarios quindecim pro plagiariorum conservatione, pro festo beati Georgij Martyris proxime venturo modo superius declarato sese exoluturos offerunt, non enim dubitant, quin Maiestas regia, ratione prime dice medij floreni, pro festo beati Martini exoluende, gentes suas, ut prefertur, conservare dignabitur.

Pecunias vero ad conducendum plagiarios exolvendas, ex singulis comitatibus per capitaneos gentium, ad manus Magnifici domini Francisci Batthyani, eodem tempore domini et regnicole mittere curabunt, eosdem autem plagiarios capitaneus gentium Maiestatis regie Hungarus singulis mensibus, perlustrare et eorum numerum scire debebit, quatenus et defensio regni ipsius Sclavonie curari possit, pecunieque ad id deputate in vanum minime expendantur.

Si vero post connumerationem preterite dice sessiones alique colonorum, per ignem, mortem, aut inopiam essent desolate, tunc talium desolatarum sessionum nomine nihil exigi debebit; quod si coloni aliqui violenter essent abducti, vel in aliena bona migrassent, illi, per quos abducti sunt, vel in quo-

rum bona coloni huiusmodi migrarunt, teneantur dicam persolvere, et ad manus judicis nobilium administrare.

Quantum ad conservationem gentium dominorum et nobilium attinet, conclusum est, ut postquam regia Maiestas unacum serenissima domina Maria regina, gentes suas, modo superius declarato, pro festo divi Nicolai ad Sabariam expedierint, mox gentes quoque dominorum et nobilium, iuxta oblationem ipsorum, ad eum locum expediantur, quo eedem, una cum gentibus regie et reginalis Maiestatum, in defensionem regni Sclavonie, proficiscantur.

Ubi vero Maiestas regia in generalem expeditionem contra Turcam proficiscetur, domini et regnicole quoque viritim penes suam Maiestatem insurgere, et eo proficisci parati erunt.

Bona ecclesiastica atque secularia, non solum ea, que ditioni regis Joannis subsunt, sed etiam, que ditioni sue Maiestatis subiacent, ultro citroque remittantur.

Civitas Soproniensis et alie civitates de bonis suis dicam Maiestati regie et pecunias exercituales in rem tam necessariam, eque ut alij, citra omnem exemptionem, exolvere teneantur.

Dignetur Maiestas regia mandare, ut, quemadmodum Maiestati Sue sepe supplicatum est, moneta Hungarica bona iam tandem suum valorem et usum habeat, sicuti in alijs regnis et provintijs monete usuales suum cursum habent.

In omnibus comitatibus eligantur prefecti fori iurati, qui res venales non maioris pro moneta Hungarica vendere faciant, quam pro moneta germanica, et animaduertant in eos, qui secus vendere vellent, et si quos deprehenderint, res eorum venales auferant.

Celebrationes iudiciorum generalium in festo epiphaniarum domini Posonij inchoentur, alie tamen cause, videlicet transmissionales, ac quinque casus nove occupationis, et alij novi actus potentiarij, a festo beati Gregorij proxime preterito, patrati et commissi, per dominum locumtenentem ubicunque constituetur, incessanter iudicentur.

Inquisitio, per nonnullos comitatus facta, exequtioni demandetur, et fiat ipsa inquisitio in alijs quoque comitatibus, in quibus nondum est facta.

Fiat et alia inquisitio, iuxta mandatum Maiestatis sue, de spolijs et depredationibus ac damnis, quomodocunque per gentes et exercitum regni factis, et damna illa illata computentur, deducanturque in sortem servitiorum illorum, qui ea intulerunt, iuxta articulum superinde antea confectum.

Bona omnia, per violentiam denuo occupata et deinceps quoque occupanda, comes uniuscuiusque comitatus, scita rei veritate, infra anni revolutionem, spoliato, sub amissione offitij sui, reddere et restituere, rectificareque debeat et teneatur.

Maiestas regia dignetur, iuxta libertates regni, comitatui Comaroniensi de comite Hungaro in illo comitatu preficiendo gratiose providere.

Metas Hungarie cum Moravis et Stiriensibus ac alijs provintijs iam tandem iubeat Maiestas regia rectificari; nam cum videant domini et regnicole illos cum eis violenter agere, protestantur et se non posse aliud facere, nisi ut metas Hungarie pro posse ipsorum tueantur.

Maiestas regia abbatiam de Borsmonostra, ad Hungariam pertinentem, ditioni sue Hungarice adiungere dignetur.

Libertates civitatum liberarum et montanarum, maxime in vectigalibus, tributis et Theloneis exigendis, quibus videlicet ante hec disturbia use sunt, Maiestas regia dignetur publico edicto committere, ubique inviolabiliter observandas, et in transgressores huiusmodi publici edicti, iuxta decreti generalis formam, iuris tamen ordine servato, animadvertendum mandare.

Tricesimas et tributa inconsueta, contra libertates et privilegia regni, deinceps Maiestas regia exigi facere minime permittere dignetur.

Solent sepe numero, ad petitionem privatarum personarum, litere Maiestatis regie, que in apertum iurium et libertatis regni preiudicium tendunt, expediri, ex quibus non exiguas controversias suboriri contingit.

Dignetur itaque Maiestas Sua pro tranquillitate et libertate publica, ac juribus regni conservandis, his, quorum interest, mandare, ne in posterum literas huiusmodi preceptorias, ad instantiam cuiusuis, in detrimentum libertatis regni, dare audeant.

Item, postquam bona ecclesiastica Maiestas Sua intelligit per partem adversam non esse remissa, dignetur habere curam, ut Arces Sancti Martini, Jauriensis, Vesprimiensis et Symeg muniantur, quo sub fidelitate Maiestatis Sue conservari possint.

Bona Georgij Hederwarÿ, qui semper in fidelitate Maiestatis sue perstitit, e manibus dominorum Batkyth excipienda, et eidem reddenda, Maiestas regia mandare dignetur.

Arcem Lÿpcze violenter ademptam Maiestas Sua iam tandem restitui facere dignetur.

Maiestas regia dignetur iubere capitaneo Moravie, ne se intromittat in causam, quam Joannes Tryntza contra dominum Sarkam coram eo mouit, cum in eadem causa in hoc regno fuit in processu juris, amboque sint indigene regni Hungarie, et denique tam depositor quam depositarius, sicque prosequantur causam eorum coram judicibus huius regni ordinarijs.

Dominus Franciscus Batthyany contra dominum de Polham, ratione certarum terrarum et promontoriorum vinearum, duas iam obtinuit sententias; nihilominus ipse dominus de Polham eidem, contra sententias latas, infestus esse non desinit; dignetur igitur Maiestas regia, ex debito regiminis sui, iubere, ut, iuxta sententias superinde latas, ab ulteriori molestia inferenda predictus dominus de Polham cesset.

Possessionem capituli Castri ferrei, per Mauritium de Fyersth occupatam, Maiestas regia iam tandem remittendam iubere dignetur.

Quemadmodum antea quoque Maiestati regie pro eliberatione domini Ludovici Pekrÿ, domini et regnicole supplicaverunt, ita nunc quoque supplicant, dignetur cum iam tandem libertati pristine restituere.

Quoniam Arx Dobrakwthya, domini Francisci Zekel, in regno Sclavonie sita, in extremo periculo est, et iam ipse dominus Franciscus, quo illam conservare possit, non habet, cumque ipsa Arx ne unicum quidem colonum habeat, supplicant domini et regnicole, dignetur Maiestas regia Arcis illius conservationi providere, alioqui Arx, procul dubio, brevi in manus hostium deveniet.

Prefati domini et regnicole, iuxta articulos in prioribus

conventibus confectos, nonnullas eorum supplicationes Maiestati regie porrexerunt, et licet ad eas sua Maiestas gratiose responderit, tamen hactenus nullum penitus sortite sunt effectum, supplicant itaque, eidem dignetur, tam ad priores, quam ad presentes eorum articulos, aliasque eorum supplicationes, gratiose respondere, quod apud suam Maiestatem fidelibus eorum servitijs promereri studebunt.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

II.

1539. Október.

Ferdinánd király válasza a pozsonyi országgyűlés felterjesztésére.

Sacra regia Maiestas Romanorum, Hungarie, Bohemie etc., dominus noster clementissimus, perbenigne audivit dominorum prelatorum, Baronum et nobilium, ceterorumque ordinum, in conventu Posoniensi, pro festo beati Mathei apostoli, proxime preterito, congregatorum, oratores atque nuncios, jn iis, que ipsorum communi nomine, tam de publicis, quam privatis negocijs exposuerunt, eorumdemque responsum, super requisitione et necessaria plane petitione, sacre regie Maiestati Sue datum, clementi animo suscepit.

Quod autem domini et regnicole asserunt, ipsis optime constare, quantam curam et sollicitudinem Maiestas regia, ab initio regiminis sui, defensioni regni istius adhibuerit, ut illud de faucibus jmperatoris Thurcarum eripere, fidelesque subditos suos pristine libertati restituere posset, et quod hostis regnum ipsum jn fedam servitutem suam procul dubio redegisset, nisi illius conatibus eadem, unacum cesarea Maiestate, fratre suo, nullis parcendo laboribus et expensis, obstitisset: dicit Maiestas Sua, se id, non solum respectu tractatuum cum predecessoribus Maiestatis sue initorum, atque successionis iure, verum etiam ex pietate et officio boni et Christiani principis fecisse, et in posterum quoque omnia, que pro salute et commodo ipsius regni, quod tot seculis reipublice Christiane pro-

pugnaculum fuit, facere poterit, adeo nulla ex parte omissuram, ut domini et regnicole cognoscere possint, regiam Maiestatem id totum prestitisse, quod jidem tempore electionis sue Maiestatis in Hungarie regem sibi ipsis de Sacratissima cesarea et Sua Maiestatibus persuaserunt, que vero hactenus, pro voto eorum, effici nequiverunt, Maiestates ipse, Deo optimo maximo favente, ex devotione illa, qua erga religionem Christianam affecte sunt, ea omnia ad optatum finem perducere conabuntur.

Quod vero domini et regnicole defensioni regni Hungarie, provinciarumque sue Maiestatis hereditariarum, mature providendum, et, posthabitis expeditionibus particularibus, copiosis et instructis exercitibus hostem petendum postulant, Maiestas regia, omnibus conatibus, tam apud cesaream Maiestatem, fratrem suum, quam alios principes Christianos de expeditione generali, in hostem communem facienda, laborare non cessat, ut regnum Hungarie, ceterasque provincias suas hereditarias, non modo a continuis jncursibus ipsius hostis liberare, sed etiam ab eius faucibus, tyrannideque, ex dei auxilio, penitus eripere, fidelesque subditos suos in pristinam libertatem restituere valeat; postquam tamen hostis ipse subditos Maiestatis Sue continuis suis jncursionibus vexare, Arces expugnare, eosdemque in fedam servitutem suam in dies mancipare soleat, opere pretium est, ut continuos hostiles insultus continuis presidijs avertat, et in locis necessarijs copias suas, non parvis sumptibus foueat. Nichil tamen per hoc Maiestas Sua omittet, quod ad generalem expeditionem, contra ipsum hostem communem, modo premisso facere debebit.

Quantum concordiam cum rege Joanne ineundam spectat, Maiestas quidem regia, quo scissio regni rursus in unionem converti, mutuisque viribus et unanimi voluntate regnum defendi, e faucibusque Thurcarum facilius eripi posset, per oratores cesaree Maiestatis certis tractatibus cum Joanne rege habitis, fundamenta quedam pacis jecit, quos tractatus cum Maiestas Sua ad constantem conclusionem et bonum publicum deduci posse senserit, non recusabit ad tractatus huiusmodi, non modo consiliarios suos Hungaros, sed et ex ordine nobilium admittere: dignum enim Sua Maiestas censet, ut quorum

res agitur, eorundem consilio transigatur. Ubi vero domini et regnicole cupiunt cum fratribus suis sub ditione regis Joannis existentibus, in certo loco congregari, eaque tractare, que sue Maiestatis commodum, patrieque conservationem spectare videbuntur, Maiestas regia respondet: dominos et nobiles regni, ea ipsa de causa, pro nunc convenire minime licere, nec esse opus, ut fideles subditi sui, ante tempus congruum, hoc nomine fatigentur; significatura est enim Maiestas Sua eisdem dominis et regnicolis suis, quando conventum publicum, sine quo pax perfecta nequaquam confici poterit, celebrari voluerit.

Quantum autem pertinet ad subsidium vnius floreni, ad conservationem gentium Maiestatis Sue in Sclavonia oblatum, ac denarios triginta, pro intertentione plagiariorum dandos, necnon equites duos leuis armature, quos jidem domini, ratione centum colonorum suorum, ad defensionem continuam ipsius regni Sclavonie, se conservaturos offerunt; etsi Maiestas Sua, ultra provisionem arcium finitimarum, quas non exiguis sumptibus intertenere cogitur, ad solutionem duntaxat Banorum et capitaneorum regni sui Sclavonie longe maiorem summam, quam dica unius floreni faciat, in continuam videlicet defensionem, expendere cogatur, credidissetque eadem dominos et regnicolas, non tantum ratione colonorum suorum, undique vexatorum, sed et ex proprijs eorum facultatibus, proventibusque ordinarijs, ad tam salutarem et necessariam expeditionem honestum fuisse contributuros subsidium: nichilominus Maiestas Sua, certis bonis respectibus, huiusmodi eorum oblationem beneuole admittit, gentesque oblatas, continue defensioni illius regni invigilaturas, gratiose acceptat; non dubitans fideles subditos suos in expeditionem generalem penes Maiestatem Suam eo apparatu profecturos, ut veterem maiorum suorum et nationis Hungarice gloriam et laudem non solum retinuisse, sed multis nominibus ampliorem reddidisse merito dicj possit.

Maiestas regia contenta est, ut dica unius floreni sibi oblata, et denarij quoque triginta in conservationem plagiariorum dandi, partim pro festo divi Martini episcopi, partim vero ad festum beati Georgij martyris proxime futurum, ex singulis comitatibus exigatur; ita tamen, ut dica ipsa Maie-

statis Sue ad manus camerariorum suorum administretur: denarii vero triginta, in plagiariorum jntertentionem, medio capitaneorum gentium dominorum et nobilium Magnifico Francisco Batthÿanÿ eisdem temporibus consignetur. Eosdem autem plagiarios capitaneus gentium Maiestatis Sue Hungarus singulis mensibus perlustrare, et eorum numerum scire debebit, quatenus et defensio regni ipsius Sclavonie diligenter curari possit, pecunieque in id deputate in vanum minime expendantur.

Item, de sessionibus per ignem, mortem, aut inopiam colonorum desolatis, nichil exigi poterit; de colonis autem, qui alio migrarunt, dignum est, ut possessores illorum dicam huiusmodi exoluant.

Item, Maiestas regia gentes suas, ratione subsidii prestiti, in eo numero, quem domini et regnicole ratione bonorum suorum conservaturi sunt, ad festum divi Nicolai, ad oppidum Sabarie, unacum gentibus serenissime domine Marie regine, expediet; vult tamen, ut domini quoque, et regnicole suas gentes, absque defectu, ad eum locum et diem, in omnem eventum, expedire teneantur.

Item, Maiestas regia bona ecclesiastica atque secularia non solum ea, que ditioni Joannis regis subsunt, sed et ea, que sue ditioni subiacent, ut ultro citroque remittantur, pro posse curatura est.

Civitatem Soproniensem et alias civitates liberas, ut, ratione, bonorum suorum, ad presentem expeditionem contribuant, Maiestas regia monendas quamprimum curabit.

Maiestas regia mandabit, ut in omnibus civitatibus, comitatibusque regni Hungarie, moneta Hungarica Cremniciensis expendatur, suumque usum et valorem habeat; cum tamen ex tanta adulterine monete coluuie regna et alie provincie Maiestati Sue subiecte de monete huiusmodi usu inhibendo supplicaverint, aget apud subditos regnorum et provinciarum, aliosque principes vicinos, ut monete eorum monetis Hungaricis conferantur, et monete bone Hungarice, in pristino suo valore, accipiantur.

Judicia particularia, videlicet transmissiones, quinque casus, proventuum ablationes, alijque novi actus potentiarij,

maxime a festo beati Gregorij pape patrati, per dominum locumtenentem, ubicunque constituetur, incessanter judicentur.

Judicia vero generalia in festo epiphaniarum domini omnino inchoentur, et continuari debeant.

Inquisitionem, per nonnullos comitatus factam, exequutioni demandandam Maiestas regia committet, jubebitque, ut fiat alia inquisitio, iuxta prius mandatum sue Maiestatis, de spolijs et depredationibus ac damnis, quomodocunque per gentes et exercitum regni factis, damnaque illata, in sortem servitiorum illorum, qui ea intulerunt, computari debebunt; et quod bona omnia, per violentiam denuo occupata, et deinceps quoque occupanda, comes uniuscuiusque comitatus, intellecta rei veritate, infra anni revolutionem, spoliato, sub amissione officij sui, reddere et restituere teneatur, sua Maiestas mandabit.

Sua Maiestas, iuxta petitiones dominorum et regnicolarum, brevi de comite Hungaro comitatui Comaromiensi providebit. Metas Hungarie cum Stÿriensibus Maiestas Sua, his diebus, revidendas commisit, curatura, ut et cum Moravis tantumdem brevi fiat, quo Maiestatis Sue subditi omnes concordes et unanimes esse possint.

De abbatia de Borsmonostra, perquisitis rebus omnibus, his, que ad cause cognitionem spectant, Maiestas regia adeo providebit, ut juribus regni Hungarie nihil derogatum esse videatur.

Libertates civitatum liberarum et montanarum, tam in vectigalibus exigendis, quam in alijs eorum privilegijs, iuxta revisionem domini locumtenentis et judicum ordinariorum, observandas Maiestas regia mandabit.

De tricesimis et tributis inconsultis posthac non exigendis, Maiestas Sua ita providendum curabit, ne dominis et regnicolis iusta conquerendi relinquatur causa.

Licet Maiestas regia omnem curam et diligentiam ad bonorum ecclesiasticorum restitutionem, utrinque faciendam, adhibeat, tamen si rem protrahi contigerit, Maiestas Sua arcibus Jauriensis et Wesprimiensis espiscopatuum, necnon et abbatie sancti Martini jnterim providere non negliget.

Maiestas regia omnem curam adhibebit, ut bona Georgii Hedervarÿ et aliorum subditorum suorum, utrinque brevi remittantur.

Ad remissionem autem arcis Lipcze Maiestas Sua serenissimam dominam Mariam reginam, sororem suam, requisivit, curabitque ipsam rursus admonendam, ut arx ipsa illis, quorum interest, remittatur, alioqui eisdem justiciam, ex debito regiminis sui, administrare non negliget.

Capitaneo Moravie committet Maiestas regia, si ita est, ut narratur, ut causam, quam Joannes Trÿnka contra Sarkan (?) habet, a judicibus, coram quibus disceptari cepta est, dijudicandam permittat, seque in posterum in jura et negocia regni Hungarie intromittere minime audeat.

Ad supplicationes Francisci Batthÿanÿ, Maiestas regia heredibus Erhardj de Pelham committet, ut iuxta sententias latas, in finibus suis se contineant, adeoque se vtrinque gerant, ut neutris hoc nomine ullus reliquus posthac querele sit locus.

De possessione capituli Castri Ferrei remittenda, Maiestas regia informationem cupiet, eaque habita, id statuis, quod equitati conveniet.

Licet Ludovicus Pekrij non absque iusta causa in carcerem coniectus sit, eius tamen dimissionis Maiestas regia, suo tempore, curam geret.

Arci Dobrakwthija Francisci Zekel, in regno Sclavonie site, queadmodum et alÿs arcibus illius regni, Maiestas regia providendum gratiose committet.

Quantum ad articulos in prioribus conventibus confectos, dominorumque et regnicolom regie Maiestati porrectas supplicationes spectat, dicit Maiestas regia, non solum se ad eas gratiose respondisse, sed et, quantum per hec calamitosa dissidiorum tempora licuit, per Maiestatem suam non stetisse, quin articuli et supplicationes eorum, si non simul et semel, attamen successive, optatum effectums ortite sint; in posterumque effecturam, ut se ipsis gratiosum et clementem principem semper fuisse cognoscant, nullique juste querele reliquus futurus sit locus.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

III.

1539. Október.

A pozsonyi országgyűlés, Ferdinánd királyhoz küldött, követeinek felterjesztése.

Oratores dominorum prelatorum et baronum ac regnicolarum suplicant sacre Maiestati Sue, dignetur in his infrascriptis articulis, ad Hesternam responsionem Maiestatis Sue, suo loco inserendis aut mutandis, clemens facere responsum.

Post octavum articulum, hunc inscribi suplicant: Quod ratione decimarum domini prelati, aut illi, qui easdem quocunque iuris titulo possident, sive Hungari, sive Germani illi sint, gentes, pro defensione regni servare teneantur.

Pro nono vero articulo: Quod Maiestas sacra regia dignetur apud Joannem regem efficere, ut benefitia et bona ecclesiastica atque etiam secularia subditis sue Maiestatis, quorum illa sunt, remittantur. His vero subditis, qui sunt sub potestate Maiestatis Sue sacre, dignetur, citra delectum personarum, ex nunc mandare, ut sine ulla mora, Bona universa, si que possident, sive ecclesiastica, sive secularia, remittere debeant. Quod si facere nollent, Maiestas Sua sacra compellat eos dicto obedientes esse.

Pro undecimo articulo: quod quum Maiestas regia, ad plurimas suplicationes ex certis conventibus ad eam delatas gratiose obtulerit se effecturam, ut monete Hungaricales non modo in Hungaria, sed in alijs etiam provincijs suis valorem suum habeant; Quare supplicant domini et regnicole Maiestati Sue, ut huiusmodi oblationem suam gratiose exequatur.

Pro decimo sexto articulo: Quod Maiestas regia dignetur revisioni metarum Moravie certum diem nominare et constituere.

Pro decimo septimo articulo: Quod quum constet manifeste omnibus, abbatiam de Borsmonostra pertinere ad regnum Hungarie, occupatamque esse ad archiducatum Austrie, dignetur Maiestas Sua regia illam ex nunc remittendam iubere.

Pro vigesimo tertio articulo: Quod quando in causa Sarkan ac Trÿnka nullum sit dubium, quin uterque sit subditus regni Hungarie, dignetur igitur sacra Maiestas Sua, absque conditione aliqua, mandare dominis Moravis, ut a prosequutione cause cessent.

Pro vigesimo quinto articulo: Quod ex quo Maiestas Sua regia sepius iam informata est, per suplicationem fidelium suorum regnicolarum, possessionem capituli ecclesie Castriferrei, quam Mauricius a Fürsth violenter possidet, pertinere ad capitulum Castriferrei, et mandatum etiam frequens ad Mauritium dederit, ut illam remitteret, quod tamen ille hactenus non fecit, dignetur igitur sacra Maiestas Sua mandare, ut possessio ipsa remittatur, citra ulteriorem dilationem, capitulo.

Gratiosa a Maiestate Sua sacra expectatur super premissis relatio.

Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

IV.

1539. Október.

Ferdinánd király válasza a pozsonyi országgyűlés követeinek felterjesztésére.

Sua Regia Maiestas Romanorum, Hungarie, Bohemie etc., semper Augusta etc., dominus noster clementissimus, audivit ea, que oratores dominorum prelatorum, baronum ac regnicolarum, in quibusdam articulis responsionis Maiestatis Sue inseri, aut mutari supplicarunt. Quamobrem, vbi post octavum articulum hunc inscribi supplicant, quod racione decimarum domini prelati, aut illi, qui easdem quocunque juris titulo possident, sive Hungari, sive alterius nationis sint, gentes pro defensione regni servare teneantur: Maiestas Regia in eo equum et justum peti animadvertens, clementer admittit, vt sic fiat.

Pro nono vero articulo: Maiestas Regia apud Joannem regem instare non omittet, vt benefitia et bona ecclesiastica atque etiam secularia subditis Sue Maiestatis, quorum illa sunt, remittantur, quo facto ex parte sua idem faciet Maiestas Sua, in quantum salvis inscriptionibus potest.

Pro vndecimo articulo, de recipienda moneta Hungaricali, in provintijs Maiestatis Sue, Maiestatis Sue Regie apud provintiales suos diligenti opera tentabit, si possit eos ad hoc adducere.

Pro decimo sexto articulo: Maiestas Regia non potest certum diem nominare et constituere, antequam de ijs rebus cum dominis Moravie colloquatur et conveniat, jd quod se primo quoque tempore, facturam pollicetur.

Pro decimo septimo articulo, super Abbatia de Borsmonostra, et vigesimo quinto articulo, super possessione capitulj ecclesie Castriferrej, cum istorum locorum ratione inter re-

gem Hungarie et archiducatum Austrie differentia vigeat. Maiestas Regia juditio decerni et iuxta pactata inter eos inita revideri faciet.

Pro vigesimo tertio articulo, in causa Sarkan et Trÿucka Maiestas Regia jam literas expediri fecit.

Pro vigesimo quinto articulo, super possessione capituli ecclesie Castriferrei, quam Mauritius a Fürsth possidet. Maiestas Regia juditio decerni et revideri faciet, secundum confederationem inter regem Hungarie et Austriam initam.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

VI.

ERDÉLYI

GYŰLÉSEK.

1537.—1540.

Erdélyi gyülések 1537.—1540.

I.

János király életének végső éveiben zavartalanul bírta Erdélyt, melynek rendei lankadatlan áldozatkészséggel támogatták ügyét.

Egy 1537. tavaszán tartott gyülésen a magyar nemesség és a székelyek 500—500 lovast, a szászok 500 puskás gyalogot, s ezek részére négy havi zsoldot ajánlottak meg. [1])

II.

1538. február 24-én jött létre Ferdinánd és János között a nagyváradi béke. Bár egyik pontjában megállapíttatott, hogy titokban fog tartatni, mégis előre volt látható, hogy tudomására jut Szulejmánnak, s ujabb támadását fogja maga után vonni. Úgy történt. Már tavasz elején hírek érkeztek a szultán készületeiről.

János király ennek folytán Erdélybe jött, s itt a rendek által lelkesedéssel támogatva, buzgó tevékenységet folytatott, hogy a töröknek ellenállhasson. Ferdinánd 13,000 embert küldött segélyére.

Ily körülmények között szükségesnek látta az említett év (1538.) nyarán az erdélyi rendeknek *Kolozsvárra* gyülést hirdetni, [2]) hová magyarországi előkelőbb híveit is meghívta. Az utóbbiak közül legkiválóbbak voltak: *Perényi Péter*, *Török*

[1]) Ezen gyülésre utalnak Balassa Imre és Kesserew Mihály, midőn 1537. június 25-én Wese lundeni érseket a fennebb említett határozatról ekként értesítik: „Regnum Transylvaniae Regi Joanni gentes auxiliares dedit. . .“ (Egyk. más. a bécsi cs. t. levéltárban.)

[2]) Mikor? Nem vagyunk képesek pontosan meghatározni.

Bálint, *Bebek Ferencz* és *Eszéki János*, ki kevéssel utóbb pécsi püspökké neveztetett; az erdélyiek közül: *Statilius János* erdélyi püspök, *Verancsics Antal* gyulafehérvári prépost, *Majláth István*, *Balassa Imre* és *Kendy Ferencz*.

A király személyesen nyitotta meg a gyűlést, a következő beszéddel:

„Mennyivel jobb a háborúnál a béke, s mennyire becsültem ezt minden időkben, nem kételkedem, hogy mindnyájan tudjátok és tapasztaltátok. Most megváltoztatott elhatározással készületeket teszek háborúra, melyet nem annyira kívánatosnak, mint szükségesnek tartok. Kétségtelen, hogy Szulejmán ellenséges szándékkal közeledik, hazánkat és minket végromlással fenyeget; és pedig nem más okból, mint azért, mert irígyli békességünket és egyesülésünket, melyet hogy nektek megszerezzek, tartós és nehéz fáradalmakat kellett elviselnem, veszélyekkel daczolnom, ellenségeim gyűlöletét, támadásait, rágalmait és bántalmait eltűrnöm. E mellett a magam kincseit és a ti vagyonotokat évenkinti nagy ajándékokra kimerítettem, s a török hadak által országomban véghezvitt pusztításokat és dúlásokat gyakran könnyebben, mint a kár nagyságánál fogva illő lendett, elnéztem. A hódolat semmiféle jeleit nem mulasztottam el kitüntetni; követeim által gyakran kinyilatkoztattam, hogy Isten után a szultánnak tulajdonítom szerencsémet. Minden gondomat és igyekezetemet oda irányoztam, hogy barátságát, a ti és az egész kereszténység érdekében, megőrizzem. Ha nem járok el ily módon, több keresztény országra súlyos szenvedéseket vontam volna, s az én romlásom a ti és egész Magyarország veszedelmét idézte volna elő. Míg Magyarország, mint egy minden felől megsebesült test, nem volt képes megállani, az ellenség irányában más magatartást kellett követnem, mint ha az teljes épségben állott volna. Miként az orvosok az emberi test súlyos sebeinek gyógyítására ovakodnak mindjárt kezdetben erős szereket alkalmazni: úgy én is a szenvedő Magyarország gyógyítására gyengéd, és a sebek súlyosságánál fogva, lassú szereket igyekeztem alkalmazni. Kerűlvén a háborút, az ellenségnek, mely fegyverével levert, barátságát minden módon, nagy ajándékok, roppant pénzösszeg, különféle igéretek által törekedtem meg-

szerezni. Ekként a viszonyokhoz alkalmaztam magamat, tanácsosnak látván azt inkább lecsillapítani, mint felingerelni; míg a nemzet némileg felüdül, hajdani fényét, erejét és számos győzelmekkel jutalmazott bátorságát visszanyeri. Ekként a töröknek irányomban ekkoráig tanusított jóakaratát és nagylelkűségét az én eljárásomnak és ügyességemnek, ne az ő jóságának vagy ármányainak, tulajdonítsátok. Barbár barátságának hazug színe alatt, az állandó béke reményével kecsegtetett minket, hogy rablásainak és bántalmazásainak mindig védelem nélkül ki legyünk téve. Most, mivel irányomban tanusított barátságát megbánta, én pedig hűtlenségét, cselszövényeit és szabadságunk megsemmisítésére irányzott törekvéseit világosan látom: nem vagyok képes többé elnyomni fájdalmas érzeteimet, melyek a hosszu türelem után önmaguktól törnek ki. Azt tartom, nem kell többé haboznunk. Óhajtva, hogy titeket is ugyanazon lelkesedés vezéreljen, a mely engem, ragadjunk fegyvert, nehogy Erdély vesztét s Magyarország végső enyészetét okozzuk. Ugyanis a visszavonulás gyalázatot és romlást hozna reánk; szolgaság és szüntelen rettegés volna sorsunk. Keljünk tehát harczra, tegyük koczkára életünket, édes lesz vérünket ontani a hitért, gyermekeinkért és a szabadságért. Soraitok élén fog állani királyotok, osztozkodva a veszélyekben; első leszek, ki az ellenség fegyvereinek kiteszem magam. Ti követni fogjátok példámat, ha ősi származástokra, eleitek bátorságára, a törökökön nyert számos diadalokra visszaemlékeztek, ha szégyenitek eddigi félelmeteket és szolgaságtokat.

A mi engem illet, be fogom bizonyitani, hogy magyaroknak vagyok királya, kikért élni és halni akarok. Igyekezni fogok, Isten segélyével, vagy visszaállítani a magyar nemzet szabadságát, vagy legalább dicső halál által kitüntetni, hogy óhajtottam azt visszaállítani. Midőn nagy lelketeket, harczias alakjaitokat s karjaitokat, melyek segélyével Mátyás király néha három diadalt is aratott egy napon, szemlélem; midőn személyem iránti hűségteket és ragaszkodástokat, hazátok iránti szerelmeteket megfontolom: nem rettegek a törökök hatalmától, sőt nagyobb hévvel és bizalommal nézek a küzdelem elé: csak az egyetértés ne hiányozzék körötökben. Felhívlak titeket

ket, ne higyetek a híreknek, melyek az ellenség számáról terjesztetnek, mivel többnyire nagyítva vannak, s a valóság tetemesen leszállítja. Mert, ha számba veszszük a hadi viszonyokat, hogy a szultán a perzsák fejedelme ellen roppant sereget küldött, a keresztény hatalmak ellen jelentékeny hajóhadat állított ki, Konstantinápolyt és a többi tengerparti városokat őrségekkel kell ellátnia: haderejének csak csekély részét vezetheti ellenünk. Továbbá, ha barátaink és kémeink jelentéseinek hitelt adhatunk, serege rendezetlen tömeget képez, s Ázsia elpuhult fiaiból áll, kik egyszer visszaszorítva ritkán ujítják meg a viadalt. Ellenben velünk harczolni fognak horvátok, szlávok, ráczok, lengyelek, csehek, sziléziaiak, morvák: segítségünkre jönnek a római király által küldött spanyol és német lándzsás és puskás gyalogok, mindnyájan harczedzett vitézek, kik alig négy napi távolságra vannak tőlünk. Sorainkban fognak küzdeni az ausztriai háznak hódolt magyarok is, csak imént ellenségeink, most ismét barátaink és bajtársaink. Birjuk a moldvai és havasalföldi vajdák igéretét, hogy hozzánk csatlatkoznak. Ekként, Isten segélyével, nem megvetendő számban fogunk egybegyűlni, s habár e tekintetben az ellenség meghaladna minket, erőben és bátorságban mi fogjuk túlszárnyalni.

Ne féljünk tehát, támogatva e harczias, és a törökök ellen leghevesebb gyűlölettel viseltető, népek által, megkezdeni az annyira szükséges háborút. Kiemelem még azt is, hogy a kedvező alkalmak, melyek a töröknek ekkoráig a keresztények elleni háborúkra nyíltak, többé nem térnek vissza. A francziák, spanyolok, olaszok és németek közötti egyenetlenségek megszüntek; Ferencz király kibékült Károly császárral; a többi keresztény hatalmakkal szövetséget kötöttek a közös ellenség leküzdésére, sőt már is számos és erős hajóhadat küldöttek ellene. Vajjon lehet-e kételkednünk, hogy mindez előnyünkre fog válni? A törökök ereje úgy szólván az egész világ ellen igénybe van véve; bárhová fordúl, mindenütt ellenségekkel áll szemben; kelet és nyugot fegyverkezik; és bizton állíthatom, hogy fél erővel sem jő ellenünk.

Eszerint tehát Istenbe vetve bizalmatokat, tekintetbe véve bátorságtokat, őseitek győzelmeit, egyesüljetek velem;

míg élünk, ne engedjük, hogy kedves és gazdag hazánktól megfoszszanak! És ha netalán vakmerőségnek látszanék, fontoljátok meg, hogy válságos időkben merész elhatározásokra van szükség, s a merészeket többnyire ohajtott siker jutalmazza. Odáig jutottunk, hogy többé nem lehet visszavonulnunk, de ha lehetne, sem volna az megengedhető. Harczolnunk kell, és igyekeznünk a győzelmet kivívni. Ha bátran küzdünk, velünk lesznek, Krisztus vezérlete alatt, a mennyei hatalmak, visszahódítjuk hazánk szabadságát és ősi dicsőségünket!“ [1])

Ezen szózat, melyhez hasonlót Erdély rendei nem hallottak János király ajkairól, határtalan lelkesedést keltett. Egyhangúlag helyeselték a fejedelem elhatározását, készeknek nyilatkoztak őt minden erejükkel támogatni, s felkérték, hogy mielőbb vezesse őket az ellenségre.

János királyt — a jelenlevő Verancsics tanusága szerint — soha sem látták oly emelkedett és örömteljes hangulatban, mint ezen alkalomkor. Magasztalta hazafias áldozatkészségüket, ismételte, hogy teljes bizalommal néz elébe a háborúnak, s felhívta a rendeket, hogy mielőbb és lehetőleg számos hadakkal gyűljenek a háborba. [2])

A gyűlés egyéb végzéseiről nem birunk tudomással. Csak azt tudjuk, hogy a Ferdinánd király által küldött segélyhadak fogadása és ellátása iránt rendelkeztek. [3])

III.

Míg János király hadikészületeit serényen folytatta, Szulejmán Moldvába tört, az egész tartományt elfoglalta, Péter vajdát letette, s testvérét Istvánt nevezte utódjává. Innen egy csauszt küldött János királyhoz, hogy fegyverkezése

[1]) Ezen beszédet a jelenlevő Verancsics közli. „Ita loquutum coram audivi.“ Emiatt nem haboztam azt úgy tekinteni, mint melyet János király, ha talán nem is szó szerint, valóban elmondott.

[2]) Verancsics Antal. De rebus gestis Hungarorum ab inclinatione Regni. Összes munkái. I. 100—110. ll.

[3]) János-királynak 1538. szeptember 16-án Kolozsvárt kelt rendelete, melyben a fennebbi gyűlés végzéseire hivatkozva, tekintettel a német segélyhadak érkezésére, a német pénz elfogadását meghagyja, a szász nemzet szebeni levéltárában. — L. **Irományok.** I. szám.

miatt felvilágosítást kérjen. Azonban ugyanakkor egy előkelő töröktől titkos értesítés jött, hogy a szultán ajándékokkal meg lesz kérlelhető.

János király megragadta ezen ajánlatot. Több ok késztette reá. Reményei nagy részben meghiúsultak: a moldvai és havasalföldi vajdák nem jöttek segélyére; Ferdinánd alig 4000 embert küldött; az erdélyi és magyarországi rendek sem feleltek meg a várakozásainak. Így tehát elhatározá: a békét megvásárolni. [1])

Évégből 1538. szeptember 18-án Kolozsvárra gyűlést hívott össze. És a rendek ugyanazon készséggel, melyet néhány hét előtt a harczias szellemű határozat felkarolásában tanusítottak, most a béke eszméjéhez csatlakoztak. A király által kívánt pénzösszeg előállítására, azon mezővárosok-, faluk- és várbirtokokra, melyek eddig még nem voltak kapuszámba véve, portánként egy forint adót vetettek ki, melytől csak azon béreseket mentették fel, kiknek vagyonuk három forintnál csekélyebb értékkel bírt.

Egyúttal felkérték a királyt, eszközölje ki ezen alkalommal a szultánnal, hogy Perényi Péternek fogságban levő fiát bocsássa szabadon, híveinek a törökök által elfoglalt birtokait adassa vissza, s ezek birtokainak pusztításától hadait tiltsa el.

Határoztatott, hogy a fegyverben levő nemesség ne oszoljon szét, hanem oda vonuljon, hová a király rendelni fogja. A jobbágyok bocsáttassanak haza; de mihelyt a véres kard körülhordoztatik, haladéktalanul jelenjenek meg ismét a kitűzött helyen. Hunyad megye jobbágyai pedig és a szászok egy része, kik eddig a felkelés terhe alól kivonták magukat, fegyverezztessenek fel.

Az idegen segélyhadakat a király az ország védelmére a legalkalmasabb pontokon helyezze el. A nemesek házaiban a hadak ne szálljanak meg. Az okozott és okozandó károk tárgyában a király rögtön szolgáltasson igazságot.

Ezen a hadjárattal összeköttetésben levő határozatokon kivül csak egy végzést találunk még a gyűlés törvénykönyvé-

[1]) Veranesics Antal i. h. 113., 114. ll. És Szilágyi Sándor. Erdélyország Történelme. II. 265.

ben. Ez felkéri a királyt, hogy a jobbágyokat, kik e mozgalmak között uraiktól elszöktek, adassa vissza. [1])

A kivetett egy forint adóból százezer forintnak kellett bejönni. Ugyanannyit ajánlott fel maga János király és ugyanannyit várt magyarországi híveitől. [2]) Az ajándékoknak a szultánnál való átnyújtása és a régi barátságos vonatkozások helyreállítása végett, a király és a rendek kérelmére, *Martinuzzi György*, nagyváradi püspök vállalkozott a portára utazni. [3])

IV.

János király 1539. deczember 16-ára *Nagyváradra* gyűlést hirdetett. Vajjon a magyarországi, vagy az erdélyi nemességet, vagy talán mindkettőt kívánta itt maga köré gyűjteni? És vajjon megtartatott-e ezen gyűlés? nem tudjuk. [4])

V.

1540. elején Erdély vajdái: *Majláth István* és *Balassa Imre* szétágazó összeesküvést szerveztek János király megbuktatására. Miután Ferdinánd királylyal s a törökkel alkudozásba bocsátkoztak, és Erdélyben terveik sikerét biztosítva

[1]) A törvénykönyv eredeti példánya a kolos-monostori convent levéltárában. — L. **Irományok és Törvények.** II. szám.

[2]) Verancsics Antal 1540. január 20-án Budáról testvérének Mihálynak írja: „Ne credas illa trecenta millia aureorum, proximo anno in Comitiis Colosvariensibus, a Transsylvanis centum, ab Hungaris centum, ab se vero centum, sub huiusmodi praetextu collecta, esse missa.“ Verancsics összes munkái. VI. 58. l.

[3]) Frater György 1540. július 18-án Szászsebesről Zsigmond lengyel királynak: „Anno praeterito delegatus eram a Serenissimo Domino Joanne . . . *summo omnium ordinum consensu* ad legationem turcicam.“ (Az Acta Tomiciana kiadatlan 16-ik kötetében. A szent pétervári cs. könyvtárból.) E követség, János közbejött halála miatt, elmaradt.

[4]) Ezen gyűlésről csak egy adat maradt reánk *Rorario* pápai nuntiusnak 1539. deczember 7-én Budáról Farnese bíbornokhoz intézett jelentésében: „Sua Maesta havea fatto indire una Dieta solo de li Nobili in Waradino, per il giorno di Santa Lucia; ma non so come li potra andar in tempo, ne manco fin hora li e andato el Rmo Waradiense, qual li dovea andar preparar.“ (A nápolyi állami levéltárban.)

hitték, a három erdélyi nemzetnek 1540. marczius 9-re *Maros-vásárhelyre* gyűlést hirdettek. [1])

Azonban a gyülekező rendek hangulata nem volt olyan, mely őket kielégíthette volna. Emellett értesültek, hogy Bethlen Farkas főkapitány terveiket János királynak elárulta, s ez Budáról megindúlt, hogy személyesen Erdélybe jöjön.

Ily körülménynek között Majláth jónak látta távoltartani magát a gyüléstől. Csak Balassa jelent meg. Itt heves kifakadásokat engedett meg ugyan magának Bethlen ellen, melyek viszhangra találtak a gyülekezet körében is; de terveinek nem keresztülvitelére, hanem következményei elhárítására igyekezett. A rendek tizenkét tagból álló küldöttséget, melyhez a vajdák követei csatlakoztak bocsátottak János királyhoz. A gyűlés ezután békésen feloszlott. [2])

[1]) Verancsics Antal 1540. márczius 1-én Gyulafehérvárról nagybátyjának Statilius erdélyi püspöknek írja: „Stephanus Maylad et Emericus Balassa . . . comitia indixerunt his tribus nationibus, scilicet nobilibus, Siculis et Saxonibus, celebranda septimo idus Martii in oppido Siculorum, Vasarhel appellato. Hesterno die in sacrario lectae sunt literae vaivodae Maylad, quibus capitulum quoque pro regni consuetudine eodem arcessit, neque ascribit causam. Hoc tantum: ob necessitatem et ardua huius regni negotia, intellecturi ea, ubi aderitis. Per brevitatem termini, et quod eadem comitia tamdiu intra sinum tenuere recondita, suspicio omnibus minime bona insinuatur.“ Verancsics munkái. VI. 75. l.

[2]) Verancsics 1540. marczius 24-én a lengyel királynéhoz intézett levelében elbeszélvén, mily rettegés között várták a marosvásárhelyi gyűlést, kiemeli: „Habitis et absolutis comitiis in oppido Vasarhely 7. nonas martii longe mitiora, et quae haud quaquam, ut ipsi dicebant, reprehendi possent, caeterum omnia languida et tumultuaria celeritate perfecerunt. Opinamur eam ob causam, quod praestigia ipsorum mature fuissent detecta. . . . Miserunt ad ejus majestatem oratores ex unaquaque natione quaternos, qui suspiciones de se exortas indicent falsas esse, et quid decreverint, exponant. Petunt autem imprimis, ut rex illis declaret, quid hostilitatis habeat cum Turca. Etenim vereri se, ne ut Hungaris et Sclavis ferme jam alteris subactis, alteris de pilo pendentibus, idem ipsis quoque insciis et oscitantibus eveniat. Praeterea census se quotannis assiduos et grandes persolvere, ignorareque in quem finem, quum ipse Turca bellum illis et extremam occidionem minitetur, tempusque belligerendi jam aptum adesse, neque de sua securitate spem ullam videre. Caeterum, ut ejus majestas pecuniam in Transsylvania cudi faciat, cujus maxi-

VI.

A követek *Nagyváradon* találták János királyt, s itt fogadtattak általa. [1])

Előadták, küldőik nevében, az ország szomorú, kimerült állapotát, és képtelenségét további áldozatokra. Ugyanis, miután János király régóta nem veretett pénzt, igen kevés pénz volt forgalomban, minél fogva a kereskedés pangott, s az adás-vevésben gyakran a cserére voltak utalva. Továbbá felhozták, hogy a közelebbi években jobbágyaik és a szászok roppant adókkal terheltettek, melyekből több folyt be két millió forintnál. Súlyos vádakat emeltek *Frater György*, mint királyi kincstárnok ellen, ki ezen súlyos adók kivetésének okozója, s azok behajtásában a legnagyobb önkénynyel járt el; e mellett roppant mennyiségű gabonát zsarolt ki; várakat építtetett, melyeknek fentartása roppant terhekkel jár; rosz tanácsokat ád a királynak, és azon van, hogy Erdély török rabságba jusson. Továbbá fájdalmukat fejezték ki a felett, hogy a király ellenük hadat indít. „A rendek — így szólottak — megemlékezvén esküjök- és kötelességükről, pálczát sem fognak ő felségére emelni; viszont ő felségét is kérik, ne feledkezzék meg fejedelmi esküjéről, szabadságaikról és jó szolgálataikról.“ Végre felkérték, szabadítsa meg őket Frater György zsarnokságától, és gondoskodjék helyzetük javításáról. [2])

mam inopiam apud se esse nemo nesciret, eoque res ipsorum esse deducta, ut jam merces permutare cogerentur, quum nequirent vendere. Et quaedam alia ad fidelitatem attinentia, non magni pensi habita.“ Verancsics munkái. VI. 93.—95. ll. — És Gerendi Miklós Bécsből 1540. apríl 27-én Ferdinándnak jelenti: „Wayuode dietam fecerunt, Maylad interesse non est ipsi et suo college visum, sic solus Balassa diete interfuit, et multa in Wolffgangum Bethlen dixit, et totum Regnum erat ita in eum concitatum, ut si intrasset in illam dietam, certe interfectus fuisset. Ex illa dieta delegerunt septem oratores, quorum unus est nepos meus Martinus de Gherend.“ Eredetije a bécsi cs. levéltárban.

[1]) Gerendi, ki fennebb idézett levelében írja, hogy János király nem hallgatta ki őket, roszul volt informálva.

[2]) A magyar helytartótanácsnak, az erdélyi elégületlenek jelentései alapján, Ferdinánd királyhoz 1540. május vége felé, intézett fel-

János király a követeket, miután előterjesztéseiket meghallgatta, őrizet alá helyezte, és Erdély rendeit április 24-ére *Tordára hívta össze*, hogy ott az összeesküvés részeseinek megbüntetését eszközölje. [1])

János király Verbőczy István kíséretében [2]) jött Tordára Az általa személyesen megnyitott gyűlésen feltárta az összeesküvés czéljait, és büntetést kért részeseire, kiket a rendek a hűtlenség büntetésében marasztaltak el. [3])

Majd a török viszonyok és az adó kérdését hozta szőnyegre. Előadta, hogy mindennek felett szükségesnek látja, fentartani a barátságos viszonyt a portával, melynek megszakítása biztos romlást vonna az országra. Ennek következtében nem habozik nagy pénzáldozatok árán is biztosítani a békét, mely egyébként a magánosok jólétének előmozdítására is szolgál. Mindazáltal ő épen avégből jött Erdélybe, hogy közvetlenül megismerkedjék a rendek vagyoni viszonyaival, terheiket könnyítse és az adók behajtásának módját megfelelően szabályozza. Sőt késznek nyilatkozott a török adót két évre saját pénztárából fizetni meg. A rendek hálaját Verbőczy tolmácsolta. [4])

A gyűlés ezután több napig magánjogi viszonyok és a törvénykezési eljárás rendezésével foglalkozott, és ezekről több törvényt alkotott. [5])

Ez volt János király utolsó gyűlése. 1540. július 21-én meghalt.

terjesztése alapján. Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** III. szám.

[1]) Thurzó Elek Semptéről 1540. április 25-én jelenti Ferdinándnak: „Joannes ingressus est usque Tordam, illicque indixit Conuentum Statibus Transsiluanie, quo fortassis non omnes conuenient. Statuit punire authores sedicionum." Eredetije a bécsi titkos levéltárban.

[2]) Tordáról 1540. április 23-án Révay Ferenczhez intézett levele a bécsi cs. levéltárban.

[3]) *Verancsics Antalnak* 1540. június 24-én Statiliushoz intézett levele. Verancsics munkái. VI. 104. l. — És a magyar helytartótanács, fennebb idézett felterjesztése. — *Mindszenti Gábor* naplója. Magyarország történeti tára. I. 14.—16. ll. — *Bethlen Farkas.* Historia de rebus Transsylvanicis. I. 315. és 318. ll.

[4]) Bethlen i. m. 318., 319. ll.

[5]) A törvénykönyv eredeti példánya az Erdélyi Múzeum kéziratgyűjteményében. Közreboesátotta Eder, Simigianusnak 1800-iki kiadásában. 200.—206. ll. — L. **Irományok és Törvények.** IV. szám.

ORSZÁGGYŰLÉSI IRATOK ÉS TÖRVÉNYEK.

I.

1538. Szeptember 16.

János királynak Szeben városához intézett rendelete, a kolozsvári gyűlés végzései tárgyában.

Joannes dei gratia Rex hungarie, dalmacie, croacie etc.

Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti. Cum dominos et Regnicolas nostros proxime conuocare fecissemus, et de conseruacione istius Regni nostri Transsiluanienſis consultaremus, Inter alia vsus copiarum, quas Tum ex Regno nostro hungarie, tum vero ex externis partibus in subsidium huius Regni expectamus, cum ille diuersis pecuniarum generibus venture sint, quo pacto fieri debeat occurere? vnde consiliarijsque nostris, ac alijs istius et hungarie Regnorum nostrorum dominis visum est publicam vtilitatem, priuate commodi (sic) preponere, et conseruacionem Regni magis quam priuatum Lucrum pre oculis haberi debere, magisque paruam rerum jacturam ferre, quam debita auxilia, in conseruacionem istius Regni nostri necessaria, posthabere. Consulto igitur decretum est, quemlibet in hoc Regno tum aureis florenis, tum vero monetis hungaricalibus, simul et germanicis, in precio Rerum omnium venalium et Empticiarum, ac victualium quoque, modo ordinacionis nostre, et vniuersorum dominorum, ac Regnicolarum nostrorum, et pena in sceda presentibus inclusa posita, a modo deinceps infra aliam deliberacionem nostram, vti debere. Quare volumus et fidelitati vestre firmissime committimus et mandamus, vt huiusmodj ordinacionem, ad domum pretorij vestri affigere et proclamari facere debeatis et tenea-

mini, vt quilibet deinceps Juxta ordinacionem prescriptam, vsum pecuniarum, sub pena ibidem expressa, habere, et ita, vt deliberatum est, vti illis debeat atque teneatur. Scripsimus enim ad omnes Nobilium comitatus et Sedes Siculicales, aliasque ciuitates et Sedes nostras Saxonicales, vt Ipsi quoque Itidem facere debeant. Secus pena sub premissa nulla racione facere presummatis. Datum In ciuitate nostra Coloswar. feria Secunda proxima post festum exaltacionis sancte crucis, anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Octauo.

Joannes Rex

Manu propria.

Kívül: Prudentibus et circumspectis Magistro ciuium Judicibus ac Juratis consulibus ciuitatis nostre cibiniensis, fidelibus nobis dilectis.

(Eredetije az erdélyi szász nemzet szebeni levéltárárban.)

II.

1538. Szeptember 18.

Az erdélyi rendek kolozsvári gyűlésén alkotott törvényczikkek.

Constitutiones dominorum Nobilium Regnicolarum Transsyluanensium, in dieta feria quarta ante festum Beati Mathei Apostoli et Ewangeliste, de mandato Regio, in Coloswar celebrata 1538. formate.

In primis, Quod communerentur omnia oppida, ville et possesiones et pertinencie castrorum, que hucusque non fuerunt communerate ad solucionem vnius floreni, quo imperator Thurcarum condescendi faciatur per Maiestatem Regiam, si fieri poterit.

Eodem modo communerentur eciam pertinencie castrorum Chÿcho et Kykellewar.

Item omnes ville et oppida, que, qualitercumque et quacumque de causa, habuerunt, vel habent aliquam exempcionem, eodem modo soluant.

Item scribatur domino Wayuode, vel per nuncium significetur, vt pertinentia quoque castri Fogaras communeretur et soluat vt supra, ex quo ista solucio est pro communi salute patrie et illius prouincie.

Eodem modo eciam Regie Maiestati supplicetur, vt et sua Maiestas scribat ad ipsum dominum Vayuodam.

Item, vt omne genus hominum, libertini scilicet, ac Seruitores, Judices, Gerebÿ, Villici, kenezÿ, Valachÿ, presbiteri, Molendinatores et allodiatores, soluant, vt supra, et in hoc nemini seruetur libertas, exceptis mercennarijs, qui scilicet res trium florenorum non habent.

Item, supplicetur Maiestati Regie, vt sua Maiestas mittat speciales oratores, per quos laboret, vt filius domini Petri Perÿnÿ remittatur, Et bona fidelium sue Maiestatis per Turcas occupata similiter restituantur, Et vt decetero Thurcj ad depredanda bona fidelium sue Maiestatis, vltra terminos iam constituendos, ne veniant.

Et quod sua Maiestas prefigat certum terminum pro supradicta solucione fienda, postquam de premissis certificata fuerit.

Item, vt sua Maiestas, Jobagiones fugitiuos, qui sub hoc disturbio ad bona potencium migrarunt, restitui faciat.

Supplicetur eciam sue Maiestati, vt dimittat ad propria pauperes colonos, Ita tamen, vt sint parati, cum victualibus et ceteris Rebus bellicis, vt quandocunque cruentatus gladius circumductus fuerit, mox proficiscantur ad locum deputatum, sub pena capitis.

Nobilitas autem non dissoluatur, sed Illuc vadat, quo sua Maiestas Jusserit.

Interim autem, donec necesse fuerit, vt omnes coloni insurgant, Jubeat sua Maiestas, vt comitatus hwnÿadiensis et aliqua pars Saxonum, qui adhuc nullum onus insurrectionis senserant, sint in armis in eo loco, vbi necesse est.

Item, vt sua Maiestas velit exteras quoque gentes ad loca pro custodia Regni magis necessaria mittere.

Et vt gentes ad domos et curias Nobilium descendere ne audeant.

Et vt de damnis, que quibuscunque querulantibus illata sunt, vel inferrentur, sua Maiestas statim Judicium et satisfactionem administrari faciat.

(Eredetije a kolozs-monostori convent levéltárában.)

III.

1540.

Majláth Istvánnak és magyar helytartótanácsnak Ferdinand királyhoz intézett jelentése, az erdélyi ügyek, név szerint a marosvásárhelyi és tordai gyűlések tárgyában.

Sacratissime rex, domine clementissime.

Scimus Maiestati vestre sacratissime scripto, et ex multarum verbis, constare, ut res in regno acte sint, et his temporibus agantur, adeo, ut plusquam Tyranica rabie et impunitate, vastatis omnibus, et miseris colonis uexatis, regnum stare posse spes nulla supersit, et non quod malum cessare speremus, verum in dies peiora imminere uidemus, et hoc ex Joannis uoluntate et admissione. Videri creditur, et certissimis indicijs indicatur, rex seruandi regnum spem omnem amiserit, et ex rapina miserorum et regni ruina totiusque Christianitatis periculo, uiaticum sibi querat, dum a Turca ad mittendum solemnem oratorem et tributi solutionem urgetur, mensibus his misit oratorem, et Transsylvaniam iubet aureorum centum mille exolui ad munera et dona Turce mittenda, tributi enim nomen aperire reformidat.

Illi audiuerunt oratorem, et, ut decuit, suo principi obsequiosam (liceat) fecere relacionem: excusarunt impossibilitatem, nam tot dicas et tributa dedissent Maiestati illius, et nummorum copia exhausti, prouinciales eorum rerum et mercium commutationibus sese sustentent, nulla enim moneta a toto tempore ipsius jmperij inter eos cusa est, sed usi sunt et utuntur moneta regis Mathie temporibus cusa; adiecerunt amissa Moldauia et partibus Transalpinis pericula ipsorum ceruicibus imminentia.

Dimisso oratore, extimulatus Joannes Varadinum uenit, conuocatis undique suis exercitum congregare cepit; Transsyluani wayuode et naciones omnes oratores ad eum speciales mittunt, excusationes suas clarius exposituros.

Prima excusatio fuit, que et prius, monete et nummorum defectus. Secunda addita, quod his annis duodecim preter le-

gitimos regios prouentus dedissent ex Transsyluania supra duos milliones, nam ex colonis nobilium ad dicas XXV. solutas dicunt, et singule dice triginta duorum milium florenorum summam excedunt (?) Plus a Saxonibus exactum, quia coloni regij sunt, ne ad nomen quidem libertatis suspirare permittuntur, (?) taxati pro libidine fratris Georgij soluerunt, sicuti supra centum milia boum dedere; solutis tamen his omnibus adiunxerunt idem sibi periculum imminere, quod secundo tertioue die timuerunt a clade Mohacense, et domini nostri Clementissimi regis Ludouici casu infelici, non secus ut domino carentibus.

Tertia causa ant excusatio: querelas in Joanem, sub nomine quidem fratris Georgij, continebat. Inter cetera obiectum est, quod tale castrum inter nobiles edificare cepisset, quale prouentibus legitimis regijs, a nobilitate sperandis, conseruari posse non crederent, nec aliud suspicari possent, quam quod inter vicinorum bona nobilium ad eius libidinem illius castri conseruationi applicare uelle (?).

Obiectum est item, quod eorum regi persuadere contenderet, uti in ciuitatibus potioribus singula castella, uel bina, erigeret, in quibus omnibus clam esset et agnoscerent, quod in Turcicam seruitutem et peiorem eos detrudere uellet.

Obiectum ipsi est, in quam miserandam conditionem regnum Hungarie deiecisset, quod dominorum et nobilium omnium bona toties dicaret et taxaret, quoties uellet, et, quod nunquam fuisset, in colonos dominorum et nobilium vina ebibenda exponeret, preciumque eorum uti uellet, taxatum citius exigeret, quam uinum gustassent.

Obiectum est, quot miriadas modiorum, uel miliones tritici et alterius generis frumenti uel his duobus annis exegisset.

Ut ab hoc fratre Georgio et huiusmodi illiberabilibus iniurijs eos liberaret, humillime supplicarunt, et in rebus ad ultimum usque obolum et vite periculum seruituros se promiserunt, si hoc impetrabunt, alias nulla ratione hec fratri Georgio admittere posse.

Conquesti sunt, quod in eos bellum mouisset, et bello suos fidelissimos fideles et subditos affligere destinasset. Dixerunt, se sui officij et fidei memores, utcumque Maiestas sua

seuiat, ne bacillum quidem contra eam leuaturos; sed in hoc, ob amorem dei, supplicarunt, ut et Maiestas eius sit memor libertatis eorum et iuramenti sui, et seruicij Transsyluaniensium.

Respondit Joannes: uelle, ut secum in Transsyluaniam irent, illic se relacionem facturum. Sub custodia habiti sunt, quo pacto dimissi sint, uel euaserint, nesčio certo Maiestati vestre sacre dicere.

Joannes, iter suum prosecutus, sub castrum Almas domini Emerici Balasse uenit, erat in eius itinere recto; relictis illis peditibus et machinis bellicis, cum equitatu Thordam uenit, ad dietam nationibus omnibus illius prouincie indictam.

Maylatho, non petenti, saluum conductum miserat, in tres tantum dies, qui vix ad eundum et redeundum suffecissent, et ipse non iuit.

Balassa petijt saluum conductum, et impetrauit, ut conclusis, vel non conclusis rebus ad castrum suum Dyod secure redeat, re infecta; credo enim, non licuisse fieri, que optabat; redijt quasi securitatis gratia; eum persecuti sunt equites 600, intrante castro ipso Balassa, circumsederunt, ne intrare aut exire quispiam possit; ut tamen in mei discessus momento intellexi, erupit, et, ut conuentum erat, ad Fogharas peruenit, ubi vxorem, liberos et res suas habuit; duo castra eius Almas et Letha dedita sunt Joanni, non inuito, Balassa: nullius enim sunt momenti ad rem agendam.

Joannes in dieta proponendum curauit contra wayuodas, uera et ficta, sed plura ficta, que uoluit, et quibus animum aliorum ab eis abstrahere et alienare posset; nemo principis verbis contradixit. Damnauit et proscripsit duos wayuodas suos, et meos nepotes duos, bonis confiscatis, que habere potuit. Ad ascensionis domini festum in his terminis res Transsyluane stabant. Nondum dieta terminata fuit, septuaginta potiores proscribere et ex his quosdam trucidare animo conceperat; quorsum res euaserit, nescio.

Franciscus Kendi, magister Thauernicorum ipsius, in quadragesima Budam uenerat, multa, et quasi eadem, que orator Transsyuaniensis, libere coram certo amico de conditione

eorum et totius regni locutus est, que omnia Joanni relata sunt. mox ad se accersitum interrogat, nihil negauit, imo aliqua addidit, et sub custodia habitus et juramento Thorde notatus et ipse, et bonis suis Verbewczÿ datis, et florenis quinque milibus solutis dimissus est.

Maiestas vestra sacratissima, scio, prius audiuit et intellexit, domini nobiles et militares precipui, quibus regni salus deberetur, in parte Joannis ab anno et amplius inter se mussitant, et sese mutuo per bonam securitatem intelligunt, quod nullo modo hanc tyranidem tollerare diutius decreuerunt; apud Joannem, ut cessaret, sepissime intercesserunt, exauditi non sunt, licet sepe promiserit. Sors et fortuna ita tulit, uti Transsyluanenses primi in uindicandam libertatem edicerent, quod optimis quibusque et potioribus cordi fuit, et in hac sententia sunt nunc quoque Transsyluani, nec alienabuntur a wayuodis suis; hinc tantum expectant vayuode et Transsyluani; poterant Joannem ab ingressu in Transsyluaniam prohibere, et nisi deus obstitisset, eum profligare; sed caverunt regni periculum, ne scilicet ille Turcum aduocaret, et nondum externis presidijs prouisi, totam causam periculo regni; (?) et item cauerunt, ne si ipsi in eorum tuitionem Turcam aduocarent, perpetuam seruitutem inciderent, sic et obsideri et extrema queque pati maluerunt, licet nunc tumultum excitare possunt.

Nunc itaque Maiestati vestre sacratissime hec wayuode denunciant, ut Maiestas vestra sacratissima regni curam habeat et regnum suum faciat, nec unquam aliam melioremue occasionem speret.

Duodecim milia hominum petunt a Maiestate vestra, partim militum externorum, septem scilicet milia, et partim Huzaronum, quatuor milia, et cum eis defacto mille pixidarios; hunc excreitum hominum quinque milium in Transsyluaniam citissime mitti, ad tres menses, quadraginta millibus, ant circiter solui possunt, intra medium annum reddent, puto, quocunque Maiestas vestra ordinabit, et ipsi a se ipsis, qui sunt in hac intelligentia, quisque pro uiribus iuuabit rem.

Illa septem millia vadant uersus partes superiores, quibus Turce ab omni auxilij genere ferendo diuerti, distrahique po-

terunt, et illi wayuode Moldauus et Transalpinensis citra omne stipendium uenient, et auxilium ferent, et tributum soluent, a Turca desciscent, Maiestati vestre adiurabunt, omnia, que prius facere promiserant, prestabunt; remisso Tributo, per estatem ad quadraginta milia equitum posse interteneri, et Maylath affirmat et nos scimus, quia uidimus, adiunctis Maiestatis vestre sacratissime prouentibus etiam ex Transsyluania XX millia interteneri poterunt.

Hec non tantum Transyluanos et wayuodas optare, Maiestas vestra sacratissima intelligit, sed potiores quosque Joannis subditos; dicunt: hac et nulla alia occasione regnum Maiestatis vestre futurum.

Ita, ut ex duobus alterum Maiestati vestre sacratissime necessario eligendum dicant: salutem scilicet regni, que unica est, si eos Maiestas vestra Sacratissima sub jmperium suum aceeptabit, et hoc modo prescripto adiuuabit, nunc enim a Turco generalis expeditio non est timenda; alterum regni perniciem, si scilicet ad concordiam cum Turcis ineundam Maiestas vestra sacratissima cogeret, non acceptando et non iuuando; hoc enim impetrari posse, scio Maiestas vestra, hec credit, jnuitari sese dicunt.

Dominis locumtenenti, et qui una fuerunt, uisum est, ut Maiestati vestre negotium hoc perfecte proponerent per me, et supplicaremus, ne tantam et unicam regni solide recuperationis occasionem obmittat, nec differat; timent enim, ne a Maiestate vestra neglecti partium Joannis concordiam concludant cum Turca, et partium Maiestatis vestre sequantur, et ne longius in magnam ruinam totius Reipublice Christiane malum hoc et periculum serpat, et exemplo hoc ne etiam vicini plures in officio peccent (?).

In eo, si acceptabuntur et iuuabuntur, salutem regni et malum extremum Reipublice Christiane auerti, et solidum regni jmperium recuperari agnoscunt, si autem negligitur occasio, ista omnia in contrarium casura uident.

Maiestatem vestram sacratissimam intellexisse scimus, in multis articulis pacis promisse et adiurate Joannem aberasse, et perpetuo aberraturum.

Promissa non obseruaturum, ante annum, per me May-

lath, indicauit; nunc addit, sibi ita constare, quod homo vnus certius Maiestati vestre hoc indicasset, sicuti, si probus est, indicasse debuit (?).

Dominus locumtenens, secretioribus literis et nuncijs hec ab eo intellecta, et Maiestati vestre sacratissime indicta retulit.

Vayuodis et reliquis Transyluanensibus et reliquis in hanc rem inclinatis, quid sit sperandum, expectandum, uel non, ab hac parte Maiestatum vestrarum sacratissimarum, ad festum Sancti Joannis Baptiste nos certiores ipsos facturos, cum iuramento, affirmauimus, et sic a practica cum Turcis retinuimus.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

IV.

1540. Apríl 22.

Az erdélyi rendek tordai gyűlésén alkotott törvényczikkek.

Anno domini 1.5.4.0.

Articuli Reformacionis ac Rectificacionis Jurium et consuetudinum Dominorum ac Nobilium, harum parcium Regni Transsyluanarum, in dieta, sew conuentu eorum generali, profesto Beati Adalberti Episcopi et Martiris nouissime transacto, de Regio mandato Thorde celebrato, confecti, ac per Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum approbati atque ratificati.

Primo, Quod in singulis harum parcium Transsyluanarum principales comites, per dominum Waÿuodam, vicecomites vero ac Judices Nobilium per vniuersitatem eorumdem Nobilium eligantur; in Comitatu siquidem Albensi propter eius magnitudinem tres, in alijs autem singulis comitatibus duo Judices Nobilium, per eandem vniuersitatem semper erunt eligendi. Vice Judices tamen Nobilium, per principales Judices eligi non possunt, neque debent; sed in casibus, factum minoris potencie concernentibus, ac vestigiorum animalium, et hijs si-

milibus, per hominem lesum, eligatur Nobilis vnus, honeste condicionis, qui propter Judicis Nobilium remotam forsitan residenciam, vel aliter ob eius absenciam, in eiuscemodi casibus et factis, loco Judicis Nobilium procedat, et tandem coram Vicecomite ac Judicibus Nobilium, in Sede Judiciaria Comitatus, fassionem sub Juramento faciat, et sic litere super huiusmodi negocio necessarie conficiantur. Isti tamen Nobiles in negocijs, que ad capitalem Sentenciam tendunt, Juramentum dare, prestareque, et Jobagiones reducere non possunt, sed tam in eiuscemodi negocijs, quam eciam in facto reductionis Jobagionum, solus Judex Nobilium procedere debet.

Item, Quod Vicecomites et Judices Nobilium de homagio Interemptorum hominum, vel de damnis per actorem recuperatis, nullam porcionem habent; sed de Bÿrsagijs dumtaxat et oneribus, que ex violencia sew actu potenciario proueniunt, vicecomites ipsi cum Judicibus Nobilium duas partes habent, verumtamen in causis, coram eis emergendis, eciam post latam et pronunciatam sentenciam, non nisi facta exequucione, porciones suas rehabere possunt, Nam ante exequucionem late sentencie partes litigantes inter se concordandi semper habent Auctoritatem.

Item, Quod Comites ac Vicecomites et Judices Nobilium, Racione actuum potenciariorum, per eos vel de bonis ac Juribus eorum possessionarijs patratorum, instar aliorum Nobilium conuincuntur, atque grauantur, Racione vero violenciarum, vel illacionis damnorum, que per eos, tempore exequucionis aliquorum Negociorum, committuntur, in dupplo, hoc est in centum marcis, totidem florenos facientibus, onerantur. Et hoc intelligendum est de violencijs et actibus potenciarijs minoribus, qui ad capitalem sentenciam non tendunt; Nam racione actuum potenciariorum, qui maiores appellantur, vtputa Inuasionis domorum ac Curiarum Nobilium, verberacionisque et wlneracionis vel Interempcionis eorundem, necnon occupacionis bonorum ac Jurium possessionariorum, et terrarum ipsorum, tam Domini quam Nobiles, pariter et Comites ac Vicecomites et Judices Nobilium, in amissione capitum ac vniuersorum bonorum, Juriumque possessionariorum et rerum quoque mobilium condempnantur, et quod cause vltra summam

centum florenorum se extendentes in Sedibus Judiciarijs comitatuum tractari non possunt.

Ceterum, Quod Vicecomites et Judices Nobilium ad exequucionem aliquorum onerum Judicialium, que communiter Birsagia nuncupantur, in causis Jure determinatis cumulatorum exeuntes, aut propter negligenciam administracionis subsidiorum, sew contribucionum Regie Maiestatis exmissi, primum ad facies possessionis contumacis accedere, Ibique satisfactionem super huiusmodi Birsagio, aut neglecta solucione subsidij, sew contribucionis Regie, postulare debet *(sic)*, que quidem possessio, si integra fuerit, duodecim marcas, media vero sex, porcio autem possessionaria tres soluere tenebitur, singulas tres marcas totidem florenos facientes, cum vno Juuenco trimo, sew trienne, *harmadffij thwlok* appellato, (in cuius cornibus funis persistere potest), reddere persoluereque poterit. Verum, si Judex possessionis satisfactionem impendere noluerit, extunc ipse, ad Requisicionem Judicis Nobilium, vniuersum gregem Jumentorum possessionis illius in presenciam ipsius Judicis Nobilium ad eandem possessionem impellere teneatur, vbi Judex Nobilium tale Birsagium per semetipsum exigat, et non Boues aratro aptos, sed Juuencos tollat. Si vero Judex ipse, contumacia ductus, gregem impellere recusauerit, extunc Judex Nobilium eciam in Campo exigere possit, modo tamen prenotato; Verum si Juuencos in grege non repererit, eciam Boues pro tribus marcis, totidem florenos (vt prefertur) facientibus auferendi habebit facultatem. Vicecomites tamen et Judices Nobilium, tam in eiuscemodi onerum Judicialium exactione, quam eciam subsidiorum, sew contribucionum Regie Maiestatis administracione, absque literis Comitatus exmissionalibus procedere non audeant. Et quod ijdem Vicecomites ac Judices Nobilium ad exequucionem quorumcumque Nobilium, absque omni solucione pecuniaria, exire debent, victualia tamen Nobilis ipse, cuius negocium agitur, illis administrare tenebitur.

Item, Quandocumque Integre possessioni vel totali porcioni possessionarie Dominorum aut Nobilium, in eadem possessione habite, Juramentum in Sede Judiciaria comitatus in vna et eadem causa decernitur, extunc Judex possessionis, vel

porcionis possessionarie, tercio semet hominibus Rusticis, honeste condicionis, et non infamia aliqua denigratis, in personis omnium colonorum Sacramentum, sew Juramentum huiusmodi, coram Judice Nobilium deponat, et ei non plures, quam Quadraginta denarios, pro pecunijs Juramentalibus persoluat; Si autem vnicus dumtaxat colonus, vel duo vnius partis essent Juramento praestando grauati, Ille quoque, vel illi coloni, Quadraginta denarios Judici Nobilium dare tenebuntur; Vbi vero Juramentum eiuscemodi deponere negligerent, aut recusarent quouismodo, extunc in actione et acquisicione actoris conuincuntur eo facto.

Item, Quod in quolibet Comitatu ad vnam admonicionem Judicis Nobilium, non plures quam tres dumtaxat actiones contra in causam attractum in sede Judiciaria actor proponere debet; vt autem huiusmodi actiones eciam in causam attracto pateant et innotescant, Notarius Sedis Judiciarie copiam, sew paria, propositarum actionum ei dare teneatur, sicque ad futuram Sedem causa ipsa prorogari debebit.

Item, Quoniam hactenus ex fassione nonnullorum Judicum Nobilium multa Birsagia perhibentur fuisse accumulata, licet indebite, eo, quod ipsi Judices Nobilium, tamquam homines simplices, vel ignorancia ducti, vel interdum animi passione, odio scilicet vel fauore moti, iniustas fecissent fassiones et attestaciones, vt igitur decetero huiusmodi incomoditates et Birsagia cessent, e medioque tollantur, conclusum est, Quod si quis Dominorum, aut Nobilium, contra se aut familiares, vel Jobagiones suos, quempiam Judicum Nobilium iniquam fassionem, sew attestecionem fecisse intellexerit, et eam inualidare, infringereque voluerit, extunc Idem dominus, aut Nobilis, cum tribus bone fame et honeste condicionis Nobilibus, huiusmodi fassionem seu attestacionem, inique per Judicem Nobilium factam esse, scitu debeat, teneaturque verificare et comprobare. Quod si facere poterit, teneatur Insuper ad caput ipsius Judicis Nobilium, vigesimo quarto se Nobilibus, bone similiter fame, et honeste condicionis Juramentum prestare, quo deposito Judicem Nobilium non solum ab officio deponere, sed eciam in facto, penaque periurij condemnare poterit. Si tamen Id nequibit, in homagio eiusdem Judicis, Sexaginta et Sex florenos

faciente, eidem solummodo Judici Nobilium persoluendo, conuincentur eo facto. Et hoc Idem eciam de Volachis Nobilibus est intelligendum atque tenendum, ita tamen, vt Volachus ipse Nobilis cum Hungaris Nobilibus et verificacionem et Juramenti deposicionem premissam facere, peragereque teneatur.

Item, Quod antiqua Birsagia executoribus carencia, que vulgari vocabulo *fekew Birsag* nuncupantur, omnino aboleantur atque deponantur.

Item, Quod vniuerse cause criminales manifeste, furum scilicet et predonum ac homicidarum et Incendiariorum domorum, et horum similium casuum, in Sedibus Judiciarijs comitatuum mote, ibidem adiudicentur, nec per modum transmissionis ad congregacionem, sew dietam generalem vniversitatis Nobilium transmittantur; et hoc verum est, si malefactores ipsi, de loco delicti patratique criminis euaserint et aufugerint, Nam ex parte illorum, qui in loco delicti comprehendi poterunt, Ibidem et in eodem loco, si dominus loci liber comes fuerit, et ad puniendos, castigandosque malefactores authoritatem Regiam habuerit, fiat, administreturque Judicium, et illi iuxta eorum demerita puniantur.

Item, Cause quoque ad fidem solius actoris, per in causam attractum submisse, in Sedibus comitatuum Judiciarijs terminari debent, nec ad terminos octauales, nec ad congregaciones generales transmittantur. Hic tamen aduertendum est, Quod si in causam attractus actionem contra se per actorem propositam negauerit, et actor Juramento persone proprie in causam attracti eam actionem sumiserit, non tenetur in causam attractus huiusmodi Juramentum acceptare; Nam actor semper debet esse paratus ad actionem suam verificandam, et in causam quoque attractus Innocenciam suam non Juramento per actorem (et vt prefertur) imponendo, sed testibus, vel humanis vel literalibus declarare, longe autem secus est de Juramento persone actoris per in causam attractum submisso; Nam in causam attractus per huiusmodi Juramentum videtur in manus hostiles se submisisse; Sed actor, si veram, iustamque proponit actionem, tenetur eciam testimonio condigno illam comprobare.

Item, Cause Colonorum, in facto vituperiorum ac verbe-

Rogamus insuper et suplicamus, ut dominus Catzyanner capitaneus regie Maiestatis residuam partem gencium per regiam Maiestatem ad nostri defensionem oblatorum, que nondum advenerunt, pedites scilicet et armigeros, sine mora, adducere et confinia, locaque ad id necessaria, ponere velit.

Item, quod presens subsidium unius floreni, ad conservationem gencium impositum, infra octavum diem presentis congregationis, ad manus domini Emerici Bradacz, thesaurarii regni, administretur, peracto ipso octavo die idem dominus thessaurarius homines suos, cum judicibus nobilium, more alias consueto, ad depredacionem bonorum, subsidium ipsum persolui negligentium, mittere debeat; ubi vero idem dominus thesaurarius, ad huiusmodi exequutionem, administracionemque prescripti subsidij, contra quoscumque, non sufficeret, ex tunc dominus Ludouicus Pewkry, cum consilio dominorum, eidem thesaurario auxilia prestare teneatur.

Moneta autem germanica et Hungarica ubique in suo valore ac genere recipiatur et currat.

Victualia vero, cuiusvis generis existant, iuxta limitacionem et regestum exinde factum, per gentes prescriptas soluentur, et gentes ipse ubicumque pecunijs utantur; si quis autem illa violenter receperit, puniatur iuxta demerita.

Ad limitacionem et estimationem victualium det dominus capitaneus duas personas, quibus adiungendi sunt nostri ad id electi homines ac judices nobilium, qui tandem, considerata et gentium copia, et victualium quantitate, faciant de eis limitationem et estimationem, penes quam et in castris et corpore regni venari *(sic)* possint.

Ad exequucionem denique prescriptorum iudiciorum, eligatur per predictos dominos ex universitate nobilium, qui nomine vicecomitis omnia, que judicio conperta fuerint, cum iudice nobilium exequi debeat, et administrare; ubi vero ille ad premissa non sufficeret, dominus Ludovicus sibi, dum opus fuerit, auxilia prestare debeat.

Finaliter, quia ad huius regni defensionem et manutencionem plura pertinere videntur, que secreta et non publica esse debent, jdeo omnia cetera, que pro commodo et utilitate regni necessaria fore videbuntur, commissa sunt consilio et directioni prescriptorum dominorum etc.

Si quis autem premissa observare recusaret, ex tunc contra eum et gentes omnes leuentur, et omnes nos capitatim insurgentes eundem, iuxta demerita, tanquam violatorem conclusionis nostre, puniemus.

(Egykorú másolat a bécsi titkos levéltárban.)

II.

1537. Apríl 15.

A tótországi rendek kőrösi gyűlésének, Ferdinánd királyhoz intézett felirata.

Sacratissima regia Maiestas et domine domine noster graciosissime. Serviciorum nostrorum et perpetue fidelitatis humil-

limam commendacionem. Gracias immortales agimus Vestre Sacratissime Regie Maiestati, vt nostre calamitati, defensionique providere, ac capitaneum suum generalem, auxilarijs copijs, pro nostra tuicione et conservacione hujus afflicti regni sui, mittere dignata est; quod Vestre Maiestati fideli obsequio in evum reservire studebimus. Dominum capitaneum Vestre Maiestatis excepimus honore, quo debuimus; vires eciam nostras, majores quas potuimus, illi adjunximus, dedimusque modum et ordinem, qui nobis, pro fidelitate Vestre Maiestati observanda, et pro patrie, liberorumque nostrorum liberacione, vtilior videri potuit, vt, dum necessitas exigerit, majora eciam auxilia hijs addere valeamus; nec dubium nobis est, quin dominus capitaneus omnia, que in conventu nostro deliberaverimus Vestre Maiestati serio significaverit. Igitur supplicamus eidem Vestre Maiestati tanquam principi et domino nostro naturali atque graciosissimo, dignetur nostras conclusiones gratas et ratas habere graciose. Quam deus optimus maximus conservet felicissimam et ad vota, pro commodo tocius reipublice Christiane. Presentes autem, propter absenciam sigilli nostri maioris, sigillis judicum nobilium comitatus Crisiensis fecimus consignari. Datum in congregatione nostra, pro dominica Misericordia domini, Crisij celebrata, anno domini Millesimo quingentesimo tricesimo septimo.

Ejusdem Vestre Sacratissime Maiestatis fideles humillimi
Vniversitas dominorum ac regnicolarum regni Vestre Maiestatis Sclavonie.

Kívül: Serenissimo Principi et domino domino Ferdinando, diuina fauente clemencia, Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regi, archiduci Austrie etc., domino nostro graciosissimo.

(Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

III.

1537. Május 2.

Ferdinánd királynak a tótországi rendekhez, a kőrösi gyűlés törvényczikkeinek tárgyában, intézett leirata.

Statibus et vniversitati regnicolarum regni Sclavonie. Ferdinandus etc.

Reverendi, Spectabiles, Magnifici, nobiles, egregij, prudentes et circumspecti, fideles dilecti. Reddite sunt nobis litere vestre, quibus nobis gracias agitis de eo, quod generosum Joannem Catzianer etc. capitaneum nostrum generalem, pro vestri defensione et regni istius nostri conservatione, cum auxiliarijs copijs ad vos miserimus; jd, quod pro paterna nostra in vos omnes, totumque regnum istud nostrum, ejusque regnicolas cura, solicitudineque libenter sane fecimus, cumque articulos in congregatione generali, proxime Crisij habita, per vos omnes, vnanimi consilio et sententia, conclusos, et ad nos per dictum Joannem Catzianer transmissos, legissemus, placuit nobis, vosmet ipsos rationem inire statuisse, qui cum fortunis et rebus vestris consultum fore ex aliqua parte existimaveritis. (?) Primum enim, quod ad dissensiones inter plerosque vestrum exortas attinet, non possumus improbare, vos cum sedari minime possent, ita reipublice causa decrevisse, vt istiusmodi controversiarum actiones plane omnes vsque ad festum nativitatis dominj suspendantur, et jnterim quisque pati studeat et ab offensionibus abstineat; tamen exoptatum nobis fuisset, vt quicquid dissidij, altercationisque reliquum est, componi, sopirique quoquomodo potuisset; nihilominus constitutionem illam vestram, vt maxime necessariam, et ad presentium rerum statum idoneam, plurimum commendamus; nihil dubitantes, quin tam in his, quam in alijs, vestro omnium consensu ita mature deliberatis, ordinatisque, strenuam operam daturi sitis, vti debita vbique executio fiat, prout necessitas ipsa expostulat; nam quod pro salute et defensione vestra octingentos equites et ducentos pedites, statim conducendos,

statueretis, id ipsum nobis, vt ingenue fateamur, non solum probatur, verum etiam persuasum habemus, vos pro totis viribus, et facultate vestra, multo majora auxilia subministraturos fore, cum res exigat, presertim, qui vestrum in hoc periculum agi versarique facile diiudicare possitis, *(sic)* quorum vtique interest, vt in communem defensionem alacrius conjungantur, opemque simul conferant; quare singulari fide et studio in nos vestro freti, pro certo habemus, vos ex omni parte curaturos, sicut majorem in modum cupimus, desyderamusque, vti cum prefato generali capitaneo nostro mutuam jntelligentiam et correspondentiam teneatis, eique quovis modo, pro regni istius commodo, vestrumque omnium tranquillitate et vtilitate, in omnem casum, auxilio, adiumentoque vos a presentibus periculis, adversitatibus, discriminibusque, reducendosque in tranquillum statum, spectare, accomodaque et vtilia esse videbuntur, omnem possibilem opem, viresque, sine difficultate et jmpedimento, cum effectu prestetis.

Porro, de victualibus confidimus vos ejusmodi prorsus ordinem daturos, qui neque vlli nocumento provintialibus istis, neque gentibus nostris gravamini sit futurus, quin potius vtilis, et vniversis ad pacem, et expeditionis nostre militibus, pro sustentatione victus eorum, tolerabilis; jn qua re omnino habendam rationem illorum censemus, qui alioqui in facultatibus suis, pro malignitate temporis, damna passi sunt, et ad angustias quodammodo redacti videntur, ne illius oneris pondere graventur, plus quam par sit.

De subsidio vero porrigendo, jmpositioneque facienda, videtur nobis presens tempus longe magis aptum esse, vti fiat contributio, quam quod expectetur, donec necessitas major vos opprimat; nam, quod deus avertat, si tunc primum, cum hostis est pre foribus, remedia illa quererevolueritis, sera admodum collectio erit, credite nobis, subsidiorum illarum, et non tanta haberi poterunt, propter jngruentia mala; nunc vero longe commodius est, vti congregentur ea in tempore, viaque meliori, quibuscum contra hostes apparatus fieri, et periculis propellendis prospici queat; jd, quod vos ponderaturos plane existimamus; quod si feceritis, non est dubitandum, quin in eo vos ita faciles et promptos exhibebitis, vti nedum nos cupimus, verum ve-

stra propria vtilitas exigit, offitiumque vestrum requirit; maxime, cum persuasissimum vobis esse debeat, nos vobis et regno isti nostro omni paterno et benigno auxilio, ope, juvamine, subsidioque nostro, in quocumque rerum conventu, semper affuturos, et pro defensione adeo vestra, tanquam fidelium regnicolarum nostrorum, tum corpus nostrum, tum facultates exponere minime dubitaturos. Que vos, cum de nostro in vos animo propenso jmpresentiarum ignorare noluimus, tum ad literas vestras gratiose vobis respondenda duximus. Datum Prage, secunda Maij 1537.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

IV.

1537. Június 17.

Katzianer János királyi főkapitánynak, a tótországi rendek kőrösi gyűléséhez intézett irata.

Reverendissime. reverendj, spectabiles, magnifici, egregij, prudentes et circumspecti domini et amici observandissimi, honorandissimi ac dilecti. Cum sacre regie Maiestati domino nostro clementissimo conclusionem per vestras Reverendissimas, Spectabiles, Magnificas et Egregias Dominationes, in proxime hic Crisij celebrata congregatione, factam, significassem, et ipsas vestrarum dominationum literas, et conclusionis illius exemplum ad eius regiam Maiestatem transmisissem, respondit quidem tunc statim eius regia Maiestas, ad illam vestrarum dominationum conclusionem, per illas literas, quas vestris dominationibus nunc exhibeo, committendo mihi, ut vestris dominationibus eiusmodj literas reddendas curarem, quod etiam hactenus neutiquam facere intermisissem, tam reddj illas, nisi in publica huius regni regnicolarum congregatione, nec integrum, nec satis commodum et frugiferum esse, mihi visum fuit. Peto igitur a vestris dominationibus diligenter, ne iniquo animo, seu egre hoc ferant.

Ceterum, cum vestras dominationes non lateat, quantas undique nunc expensas et sumptus ipsa regia Maiestas, in tanta

rerum necessitate, et providendis, conficiendisque negotijs, ut cum ceteris suis regnis, provincijs, fidelibusque subditis consulat, tum precipue in defensionem et conservationem vestrarum dominationum, adeoque totius huius regni, patrie vestre, facere cogatur, quos sumptus vero, absque suorum fidelium subditorum suorum regnorum et provintiarum subsidio, sustinere, et ferre minime profecto, ut ipsi dominationes vestre facile secum perpendere possunt. *(sic)* Proinde, rogo vestras dominationes etiam atque etiam, ipsasque, nomine eius regie Maiestatis, diligenter requiro, vt nunc, in hac congregatione, ad gratiosam eius Maiestatis regie postulationem, de contribuendo eiusmodj subsidio concludere, seseque in hoc obedientes et fideles prestare velint; id, quod vestras dominationes haud gravatim facturos spero; quippe quod sese id ipsum facere ita velle, in proxima hic celebrata congregatione bona ex parte, obedienter et benevole, ad meam consimilem petitionem et requisitionem, obtulerint.

Deinde, constat vestris dominationibus, qualem nunc expeditionem ipsa regia Maiestas, iam pridem in hoc regnum, et pro illius salute, et totius Christiane reipublice commodo, adversus nostre, hoc est sacrosancte, catholiceque fidei et nominis hostes, Turcas ipsos, instituerit, quam ut mature et facto ipso aggrediamur, necesse modis omnibus esse mihi videtur, ut nunc statim, sine vlteriori mora, vires nostras universas colligamus, coniunctisque illis, eo proficiscamur, quo necessitas, et ipse nunc instans, urgensque hostis nos vocat. Cum igitur vestris dominationibus probe constare arbitror, inferioris Austrie provintiarum auxiliares copias, maiorj ex parte ad me advenisse, inter quas multi profecto optimi, strenuique viri sunt, comites videlicet, Barones et alij proceres, ac magnates, qui etsi nullam magis ob causam adsint, quam quod vestrarum dominationum et totius regni salutem ardenter exoptent, eiusque rei causa, vitam suam, quibusuis periculis, atque ipsi mortj exponere paratj; tamen, tanta illorum copiarum vis et numerus esse non videtur, ut ipse sole, id conficere ac exequj possint, quod divina ope libenter vellent, audereque et conarj non detrectent; sed opus est, ut eedem ille copie vestris viribus et supplemento adaugeantur; quare, cum tandem, vt dixi, propo-

situm illud iam pridem deliberatum ac conclusum, ad eum, quem cupimus et optamus, finem et scopum dirigamus; hortor vestras dominationes, nomine regie Maiestatis, et pro officio meo, rogoque easdem quam diligentissime, velint nunc certo concludere et statuere, ut singulus quisque dominorum, nobilium et regnicolarum viritim ac personaliter contra dictum hostem insurgat, et nos coniunctim tunc in locum aliquem, erga hostem commodum, castra nostra ponamus, ubj, preter dictas, etiam exterarum nationum copias auxiliares expectare possimus, vel interim ea, que facto opus esse, fierique debere, et posse videbuntur, agamus; quod vt vestre dominationes faciant, admonet ipsas easdem urgentis et propemodum nunc instantis hostis necessitas, salus sua, honorisque ratio, quippe cum alienas nationes, sibi tantum auxilij attulisse videant, ne ipse vestre dominationes sibi ea in re defuisse videantur, que licet plerisque regnis et provintijs et multum quidem, tamen neminj magis, quam huic regno salutifera esse, et tantum commodj afferre potest; quod futurum ita, spem maximam in deo habeo, modo, ut admonuj, ita viritim vestre dominationes nunc insurgant, et coniunctis viribus id aggrediamur, quo scopus noster tendit.

Porro cogitandum et concludendum hac in congregatione summopere necessarium est, vt tantus exercitus, commeatu, sive victualibus, necessario provideatur, constituenturque vecture et currus, quibus exercituj continuo advehantur, et postremo, ut cuiusque generis victualia, quomodo, quantique divendj et emj debeant, estimentur, estimationesque ille postea per facta registra et edicta passim in hoc regno publicentur.

Preterea, ut singulj quique dominj prelatj, comites, barones, ceterique proceres, iuxta huius regni consuetudinem, eum gentium numerum nunc intertineant, paratumque habeant, et suo proprio stipendio alant, quem in eiusmodj necessitatibus regnj, pro defensione et commodo ipsius tenere et habere tenentur.

Que predicta et omnia alia, que ex re huius regni esse, adque illius salutem spectare videntur, ita nunc vestras dominationes deliberaturas, concluturasque confido, quemadmodum suam illam, et regni huius patrie sue salutem charam,

habent. Quod ad me attinet, videbunt et experientur vestre dominationes, me pro virilj, observantiaque et charitate mea erga ipsas, omnia, que mei officij erunt, fideliter et sincere acturum, et in nulla re defuturum, quibus me diligenter amiceque commendo, obsequiaque mea offero.

Joannes Caczianer, baro, etc. generalis capitaneus regie Maiestatis etc.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

V.

1537. Június.

Ferdinánd királynak a tótországi rendek kőrösi gyűléséhez intézett leirata.

Ferdinandus etc.

Reverendissime, Reverendi, Spectabiles, Magnifici, Egregij et nobiles, fideles dilecti. Vidimus articulos constitutionum, quas in dieta, ad dominicam Misericordia proxime preterita, Crisij celebrata, omnium ordinum votis consentientibus, ad vestram publicam tranquillitatem, defensionemque, atque etiam, ut omnis contraversie et differentiarum materia, fomesque e medio vestrum tollatur, confecistis; probamus eas, laudamusque, nil in illis tale videntes, quod non bonum, quodve ad publicum vestrum commodum non esset ordinatum. Vestra itaque iam interest curare, ut, adveniente termino, ea omnia, que per vos sunt constituta, effectum suum habeant; volumus tamen vobis in memoriam revocare, exactos esse annos plus quam quattuor, quibus nullum prorsus a vobis subsidium, in hunc usque diem, est nobis oblatum; non quidem dubitamus, quin animum habuissetis ad hoc prestandum propensum et benivolum, certis tamen moti respectibus, pepercimus vobis, sperantes animo alacriori vos nobis daturos, quod postea a vobis peteremus; quum itaque non pauci sint servitores nobis, quibus in isto regno nostro, juxta nostram limitationem, facienda est solucio, quosque ad servicia regni paratos esse volumus. Ideo fidelitates vestras hortamur,

ut habita ratione necessitatum variarum, qua et ad defenssionem istius regni, et aliorum regnorum tenemur, velitis nobis, de singulis colonis vestris, singulos ducentos denarios in subsidium contribuere, curare preterea, ut hec pecunia de omnium bonis, sub numero et ratione presentis contributionis vestre, ad manus fidelis nostri egregij Joannis Castellanffy, quem ad huius subsidij exactionem jampridem delegimus, jnfra quindecim dierum spacia, veniat et administretur; quod vobis omni gratia et benevolentia nostra recognoscere volumus, secus nulla ratione facturi, datum etc.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

VI.

1537. Június 23.

A tótországi rendek kőrösi gyűlésének törvényczikkei.

Articulj Dominorum ac Regnicolarum Regni Sclauonie, in Congregatione illorum generalj, Crisij, pro Dominica proxima post festum Beatorum Viti et Modesti Martirum celebrata, editi et confecti. Anno MDXXXVII.

Cum Sacra Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus, in prouidendis, conficiendisque rerum atque necessitatum nostrarum negotijs, et in defensionem patrie nostre ac omnium nostrum Conseruationem, maximas expensas erogauerit, facturamque suam Maiestatem non dubitemus, voluimus nos quoque, tanquam fideles et Subditj Sue Maiestatis, amore etiam patrie, auxilia, que pro presentis temporis conditione, et nostra inopia, maiora potuimus, Sue Maiestatj prestare, obtulimus subsidium vnius floreni, de omnium bonis, iuxta connumerationem nouissime factam, statim et quam primum exigendum, exoluendumque et administrandum. Quia autem huiusmodj subsidium ex vna parte Generosus et Magnificus Dominus Joannes Caczianer, Generalis Capitaneus Regie Maiestatis, Domini nostri clementissimi, cum literis et mandato sue Maiestatis, ex alia vero parte Dominus Joannes Castellamphÿ, similiter cum literis et commissione Regia, a nobis postularunt,

noluimus vllis literis, ac dignitatj, obseruantie sue Maiestatis derogare ac contrauenire.

Ideo conclusimus, vt ipse Dominus Capitaneus generalis perpendat, estimetque, que litere Regie Maiestatis sint in hac parte obseruande, et cuius manibus sit subsidium ipsum administrandum. Ceterum, vt gentes nostre nuper conducte, sine intermissione pro Regni defensione conseruari valeant, neque solucio illarum quoquomodo deficiat; Conclusimus, vt denuo preter omnem moram, de bonis omnium Dominorum et Regnicolarum', penes nouissimam connumerationem, vnus florenus exigatur, et ad manus Dominj Emericj Bradach Thezaurarij nostri contribuatur et administretur.

Quoniam autem commune est periculum, Communis etiam prouisio et contributio pernecessaria est, non potuimus in tam grandj et fere vltima necessitate Regni etiam personis ecclesiasticis parcere, sed illos, vna nobiscum, ad subsidium, periclitantj prope Regno conuocare; visum est nobis, vt singulj Dominj plebani, qui ita vberes fructus plebaniarum habent, vt duos vel tres Capellanos teneant, florenos quattuor, qui vero vnum vel nullum Capellanum alunt et conseruant, singulos duos florenos, Rectores vero altarium et prebendarij singulum vnum florenum, Capellanj vero et graciarij singulum medium florenum singulj ad tam saluberrimam, expeditionem contribuere et exoluere sint obligatj. Que quidem contributio personarum ecclesiasticarum, pro media parte Regie Maiestati, Domino nostro clementissimo, reliqua vero media pars ad manus Dominj Thesaurarij Regni, pro conservatione gentium conductarum, administrarj debebit.

Vt autem huiusmodj contributio, tam Dominorum ac Regnicolarum, quam etiam personarum Ecclesiasticarum citius ad imminentia nobis pericula exigi valeat; statuimus, vt vsque quindecim dierum spatium, absque omnj tergiuersatione administretur; casu vero, quo per quoscunque infra terminum prescriptum, non exolueretur, Dominus Thesaurarius huiusmodj subsidium ab omnibus Dominis et Regnicolis, per solita onera et grauamina, ab Ecclesiasticis vero personis, cum pena duplj extorqueri possit et valeat. Deinde, quia in periorj congregatione nostra certos arti-

culos, pro Regni consuetudine, confeceramus, inter quos vno articulo deliberauimus, quod omnes viritim, ita paratos et bello instructos nos teneremus, vt dum et quamprimum presidia Regie Maiestatis aduenerint, et neccessitas Regni postulauerit, possimus, sine mora, penes Capitaneum insurgere; quem articulum nunc quoque roboramus, in ea tamen reformamus, vt omnes et singulj Nobiles, quj stipendia quorumcunque Dominorum assumpserunt, aut quj officia quorumcunque Castrorum detinerent, ac illj etiam, quj senio grauatj ac egritudine preuentj essent, vidue etiam possessionate, pro personis suis singulum equitem habere et comparare teneantur; Nobiles vero vnius sessionis, quoniam instar colonorum subsidium pro conservationis gentium Regni contribuerunt, peditesque pixidarios de medio eorum ordinauerunt, ab exercitatione immunes et exemptos fecimus.

Preterea, commeatuum, siue victualium, ingeniorum ac aliorum impedimentorum ad bellj expeditionem necessariam prouisionem ac ordinationem, Dominus Capitaneus Generalis, ex subsidio vnius floreni, Regie Maiestati, Domino nostro clementissimo, oblato, curam et solutionem habeat; ita tamen, vt Dominj et Nobiles ad hoc deputatj, currus, apud eos designatos, in pleno numero paratos tenere, ac dum Dominus Capitaneus commiserit, pro solutione constituta, et in Registro estimationis victualium conscripta, illo, quo opus fuerit, dare et mittere debeant.

Estimatio vero victualium, quemadmodum prioribus articulis nostris conclusimus, fiat per personas ad id deputatas, adiunctis illis quatuor personis idoneis Dominj Capitanej Generalis. Qui, ponderata ac discussa temporis, annoneque qualitate, secundum deum et iusticiam, limitent, estimentque valorem omnium victualium, Registrumque superinde edere et conscribere teneantur, penes quod vniuersi extra castra viuere ac exercitum ducere possint et valeant; saluo, quod in Castris alio Regesto vti necessarium sit futurum; nam illo commeatus inuehere, maiores et expense et fatige sequentur; hoc expresso, quod nemo victualia ducens solutione Theolonej impediatur, sub assecuratione et saluo conductu, prefatj generalis Capitanei Regie Maiestatis.

Deliberauimus etiam, vt dominj, quj Banderia sua erigere, ex Regnj diuturna constitutione, obligantur, alij etiam Magnates et Nobiles pociores, videlicet: Dominus Reuerendissimus Episcopus Zagrabiensis, Dominus Ludouicus Pewkry, Dominus Comes Zryniensis, Dominus Caspar Ernusth, Dominus Franciscus Bathyany, Dominus Petrus Erdewdy, Dominus Thomas Nadasdÿ, Dominus Petrus Keglewyth, Dominus Franciscus Thahy, Dominus Stephanus Bamffy, Dominus Ladislaus More, Comes wolfgangus de frangepanibus, Dominus Stubnberger, Stephanus Gywlay, Paulus Rathkay, Joannes et Melchior Castellamffy, Emericus Bradach, Capitulum Ecclesie Zagrabiensis et Chasmensis, Claustrum heremitarum Lepaglawa, Relicta quondam Nicolaj Dersfy, heredes quondam Paulj Kerechyny, nec non de bonis Castri Zomzedwara et Ztwbycza, ac de Castro Zamobor, gentes et exercitus, pro conditione et facultate eorum, tempore insurrectionis, viritim fiende, leuare teneantur. Quoniam autem plerique Dominorum ac Nobilium certam partem bonorum suorum per vim et occupationes Thurcarum, Christiani nominis hostis, amittere sunt coacti; ideo dominus Capitaneus generalis et Dominus Ludouicus Pewkry, Capitaneus Regni, cum Consiliarijs ipsorum diligentissime et exactissime discutiant, quid gentium quisque Dominorum predictorum, ad tam salutiferam expeditionem leuare et prestare debeant. Compertum denique est, nonnullos victualia et alia presidia hostibus fidej administrare; ideo decreuimus, vt in decursu Drawy Reuerendissimus Dominus Zagrabiensis, Dominus Ladislaus More, ac Ladislaus Bamffy; in Zawo autem Dominj de Zempche, ac officiales in welyke et alij quicunque christi fideles, quj videlicet huiusmodj impios homines ac inimicos Crucis Christi vbicunque reperire possent, capere, si vinos habere valerent, Capitaneis Supradictis presentare, si vero sese defendere ausi essent, Capita ipsorum referre non dubitarent, res demum vniuersas, quas deducerent et secum haberent, pro se ipsis occupare, ac in vsus suos conuertere possint et valeant.

Placuit superinde nobis, vt omnibus Dominis et Regnicolis, damna per gentes quascunque conductas illata, ac testimonio vnius Judicis nobilium, vel eius vicegerentes, compro-

bata, per Dominum Capitaneum generalem ac Thesaurarium Regni ex pecunijs gentibus soluj solitis, restituantur, ac plenarie persoluantur. Et vt deinceps secundum Regestum victualium gentes conducticie viuant, alioquin per Dominos Capitaneos, pena condigna coherceantur ac mulctentur.

Et quod Curie Nobilitares, Nobilium, ac domus Canonicales, plebanorum ac personarum Ecclesiasticarum, pro vetustissima consuetudine et libertate ac priuilegio cleri et Nobilitatis, a descensu exercitandi sint liberi et immunes.

Omnes articulj in priori, nouissima congregatione, editj et promulgatj, in suo esse et vigore ac robore permaneant.

Conclusimus finaliter, potestatemque et facultatem plenariam Dominis Capitaneis dedimus, vt omnes et singulos, quj premissa obseruare nollent, sed ausu temerario infringere conarentur, per occupationem bonorum, tanquam infidelium, ad id compellant, occupataque bona talium ad rationem Regie Maiestatis, Dominj nostri clementissimi, tamdiu conseruent, quoad voluntas Sue Maiestatis et alia deliberatio fuerit; vnde literas vnanimj voto ac consensu eisdem dominis Capitaneis dedimus, a quibus vicissim, quod nos in nostra antiqua libertate et immunitate, articulorumque premissorum debita exequutione conseruare teneantur, habere volumus.

Numerus gentium Dominorum ac pociorum Nobilium.

Dominus	Reuerendissimus Zagrabiensis equites	300
„	Ludovicus Pewkry	200
„	Comes Zryniensis	100
„	Caspar Ernwsth	200
„	Franciscus Bathyany	100
„	Petrus Erdewdy	200
„	Thomas Nadasdj	100
„	Petrus Keglowÿth	60
„	Franciscus Thahy	25
„	Stephanus Bamffÿ	60
„	Ladislaus More	100
„	Wolfgangus Comes de frangepanibus	25
„	Stubnberger	32

Dominus Stephanus Gÿwlaÿ 25
„ Paulus Rathkay 12
„ Emericus Bradach 6
De bonis Castri Zomzedwara 32
De castro Zamobor 25
Capitulum Zagrabiense 40
Capitulum Chasmense 20
Claustrum Lepaglawa 8
Relicta quondam Dersfj 12
Heredes condam Paulj Kerechÿnÿ 8

Currus conscripti, commeatus et ad conducenda victualia.

Apud Dominum Reuerendum Episcopum Zagrabiensem Currus . . . . . —
Apud Dominum Petrum Erdewdy 32
Apud Dominum Ladislaum More 25
Apud D. Comitem Zrynyensem 25
Apud D. Casparum Ernwsth 36
Apud D. Franciscum Bathyany 25
Apud Capitulum Zagrabiense 20
Apud Capitulum Chasmense 15
Castrum Chazarwara 20
Castrum Zomzedwara 10
Castrum Zamobor 5
Apud Dom. Petrum Keglowÿth et Wolfgangum Comitem 15
Stephanus Gywlay 5
Paulus Rathkay 5
Ciuitas inferior et Superior Crisiensis 10
Ciuitas Montisgrecensis 6
Johannes Thwrozÿ 6
Quibus solutio fiet ad vnum currum, sex equorum, pro singulo die cruciferj 20

Istorum curruum altera pars ita parata sit cum lateribus et cooperturis, vt panes et similia, que a pluuia custodirj debent, tute perferrj queant.

(Egykorú másolata a bécsi császári kamara levéltárában.)

VII.

1537. Június 17.

A tótországi rendek kőrösi gyűlésének Ferdinánd királyhoz intézett felirata.

Sacra Regia Maiestas et domine domine noster gratiosissime.

Fidelitatis nostre perpetue humillimam commendacionem. Immortales gratias agimus vestre Maiestati, pro sua liberali munificaque, immo paterna cura, qua Nos et hoc Regnum suum gratiose prosequitur, ac vt pro nostri defensione et conseruacione huius Regni copias auxiliares miserit, quod vestre Maiestati omni officio obsequiorum reseruire studebimus. Intelleximus eciam literas et mandata vestre Maiestatis ad nos data, quibus ex animo obtemperare cupientes, penes dominum Capitaneum vestre Maiestatis, maiora, que pro nostra inopia potuimus, fecimus, Maiestatique vestre subsidium vnius floreni, primo quoque tempore exoluendum, contribuimus. Que omnia vestra Maiestas ex eodem domino Capitaneo clarius intelligere poterit. Igitur humilime supplicamus vestre Maiestati, dignetur presencia obsequia nostra et nostram seruiendi promptitudinem animo gracioso accipere. Quam deus optimus, maximus conseruet felicissimam, et ad vota, pro commodo tocius reipublice christiane. Ex congregagacione nostra generali pro XVII. die Junij Crisij celebrata. Anno 1537. Presentes vero, ob absenciam maioris sigilli nostri, sigillis Judicum Nobilium fecimus consignari.

Ejusdem Vestre Maiestatis fideles humillimi
Vniuersitas dominorumet Regnicolarum Regni Maiestatis vestre
Sclauonie.

Kívül: Serenissimo Principi et domino Ferdinando, diuina fauente Clemencia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regi, semper augusto, Infanti hispaniarum, Archiduci Austrie etc., domino nobis graciosissimo.

(Eredetije a bécsi császári kamarai levéltárban.)

VIII.

1537. Október 27.

Ferdinánd király utasítása, a tótországi rendek dombrói gyűlésére küldött biztosai részére.

Ferdinandus etc.

Instructio de ijs, que generosus Nicolaus Jurischitz baro in Güns, generalis gentium nostrarum tam in Sclavonia quam inferioris Austrie capitaneus, Magnificus Franciscus de Bathyan comes comitatus nostri castri ferrei, venerabilis devotus Albertus de Pereg prepositus Quinqueecclesiensis et egregius Lucas Zeckel consiliarij et commissarij nostrj, fideles nobis dilecti, simul omnes, vel quotquot ex eis commodo adesse poterunt, cum vniversis statibus et ordinibus regni nostri Sclavonie, nostro nomine, agere et tractare debent.

Primum, sese ad dietam et conventum, per nos indictum, et in oppido sive loco Dombro, ad diem diuj Emerici, jd est 5-ta Novembris, proxime futuri celebrandum, summa cum celeritate conferant, ibique dictis statibus et toti vniversitati, procul dubio obedienter comparituris, post redditas literas nostras credentiales, salutem, graciam nostram regiam et omne bonum, convenientibus verbis, exponant, demonstrando eisdem, nos ab eis clementi, gratoque animo suscipere istiusmodi suam morigeram et obedientem comparitionem.

Deinde referant, nobis nullum dubium esse, quin optime compertum, memorieque infixum habeant, quemadmodum nos, pro vniversorum regnorum, dominiorum, provintiarum, fidelium*que* subditorum nostrorum bono, commodo, quiete et tranquillitate, pacem cum turcha superiori tempore iniverimus, illamque integre et juviolabiliter tenere et observare studuerimus, licet per eiusdem tiranni homines pleraque multa mala et damna nostris subditis inferri non ignorassemus, sperantes et confidentes nimirum, nos tali suscepta et firmata pace, nostra regna, dominia, patrias et fideles subditos in exoptatam et dulcem quietem, ocyumque perducturos, eaque assecuturos et obtenturos omnino fore, per que fideles regnicole illi nostri,

non solum a perpessis malis et calamitatibus, in quibus jamdiu versati sunt, respirarent et liberarentur, verum etiam bonorum suorum jactura refici, amisseque opes et facultates, cum omni melioris fortune jncremento, recuperari possent; neque cessasse interim etiam omnes vias querere, quibus regnis et patrijs nostris solidam quietem, pacificationemque pararemus, jntestinaque bella, civilesque contentiones, mutua dissidia extinguerentur; atqui tot, tantaque studia et vigilias nostras, pro ea re nanciscenda, impensas, non tantum fructus hactenus attulisse, quantum merito afferre debuissent, nosque certo allaturas speraveramus, per quos autem steterit, quique in causa fuerint, quominus quidquam profecerimus, quodque omnis labor noster irritus et inanis abierit, nulli non apertissimum, manifestissimumque atque adeo palam esse, vt quivis sciat in nos ne minimam quidem culpam ejus rei derivari posse; clarum autem et liquidum esse, quod turcha etiam atque etiam procurare solitus, vt christianorum principum regna, populique in factiones, partesque dissecentur, mutuisque odijs concurrant, quo vnum post alium, pro more suo, tanto facilius opprimere, devorareque possit, quanto ardentiori animo ad delendum nomen christianum, extirpandumque dei populum ac quasque provintias, que veram religionem profitentur, extirpandas et devastandas inhiat, nobilissimum regnum nostrum Hungarie, per jntestinas digladiationes, opera et jnstinctu suo excitatos, sensim exinanire, debilitare, comminuereque studuerit, tantum ob hoc, ut deinde totum illud populis exhaustum, in potestatem suam redigere, et penitus deglutire posset; jd quod non obscure demonstraverint hine illius expeditiones, quas tanto apparatu, numerisissimoque exercitu, per dictum regnum nostrum Hungarie in Austriam fecerat; quomodo enim fidem suam non solum nobis, sed Joanni etiam, aduersario nostro obstrictam, promissaque et pollicitationes quibusdam subditorum nostrorum factas, servandas curavit, ex illius operibus, satis superque, ab omnibus, non sine maximo dolore, perspectum fuisse; nos tamen nihil pretermisisse eorum, que ad conservandam secum pacem pertinere putaveramus. quippe qui multoties, per literas, deinde vero per peculiares et viuos nuntios, illum ipsum requisiverimus, adhortatique fuerimus, vti jurijurando suo in

tenenda nobiscum pace, satisfaceret, et licet ad requisitiones istiusmodi nostras multa nobis bona verba, et in scriptis dare, et per nuntios, tam suos, quam nostros, significare non dubitaverit, tamen in factis suis semper contrarium ab ijs, que receperat, nobis deprehendere licuerit, adeo, vt facile animadvertere, et certissima conjectura assequi potuerimus, Turcham totam regni nostri Hungarie coronam sibi pro suo proprio regno vendicare, et waywodam non aliter, quam pro Sclavo et servili mancipio suo ducere et reputare, et quod plus est, declarare et ostendere non veritus sit vniversam coronam Hungarie, armis et framea a se devictam, potestati sue cessisse, illamque, vnacum omnibus partibus sibi adherentibus, suam fecisse, illiusque populos sibi subjectos esse debere; quod si ad hec indignissima consentire voluissemus, facile nos cum ceteris dominijs et patrijs nostris durabilem, perpetuamque pacem apud Turcham habuissemus, nostrique subditi securi et in quiete indubie permanere potuissent: sed quia, statim ab initio, dictam pacem ita cum Turcha acceptaveramus et concluseramus, vt in ea vniversa dominia et regna nostra, ne vno quidem excepto, essent comprehensa, noluisse, neque debuisse nos regnum nostrum Hungarie, aut vllam eius partem, deserere, et in dictam Thirannj istius servitutem vltro tradere, quin potius omni paterna ope, auxilioque protegere, prout decuit, curasse; sed verum esse, quod turcha, non obstantibus requisitionibus nostris, super servanda pace instanter apud se factis, non modo arcem nostram Clissiensem, preter omnem causam, obsideri, et prope iliam duo castra, ad occupandam eam, prout deinde occupata fuit, extrui et aedificari curarit; verum etiam in regnum nostrum Sclavonie jmpressionem, jmpetumque per milites et Sanciachos suos fecerit, offendendo et dampnificando scilicet in eo jnnumeros subditos et fideles nostros, eosque partim crudeliter occidendo, partim in miseram captivitatem abripiendo, multaque loca, arces, fortalitia expugnando et occupando, ita, vt evidenter cerni potuerit, illum pacem nobiscum sancitam, dedita opera fregisse, quod factum suum non solum nos, verum etiam Waywodam concerneret, quandoquidem, si illius jmpietati diutius conniuere voluissemus, redacto in potestatem suam regno

nostro Sclavonie, mox ad Hungariam evertendam vires suos convertisset, et quamvis forte Waywodam in ea parte, quam tenet, tantisper dimisisset, donec rem, scelusque suum in alijs perfecisset, tamen quicquid fuisset reliqui, vel vno die, sibi subdere, nulloque quasi negotio occupare potuisset.

Cum igitur eiusmodi ita esse revera sensissemus, non recusasse nos ad quoscunque honestos tractatus pacis, cum Waywoda ineundos, pro communi regni nostri Hungarie benefitio et salute, demittere, nec quidquam in nobis defuisse, quo necessaria resistentia tam pernitiosis Turci conatibus, adiunctis provintiarum nostrarum suppetijs, obviam iri possit; sed Waywodam ipsum nunquam hactenus adduci potuisse, vt aequis et tolerabilibus conditionibus pacis, in quibus plurimum etiam de jure nostro remittere statueramus, locum dedisset; quippe qui ne hoc quidem concedere voluerit, vt succedente concordia, vna nobiscum contra communem christianitatis hostem et offensivum et defensivum bellum susciperet, seque adversus eundem Turcham pariter atque nos apertum hostem declararet, jd quod si aliquibus jncredibile forte videretur, literarum, sigillo corroboratarum, testimonijs comprobare possimus, nos autem, vt christianus princeps, et singularis amator Hungarie, vtpote suus verus, naturalis, legitimusque rex essemus, nequaquam voluisse permittere, vt regnum nostrum Hungarie et Sclavonie in manus infidelium perveniret, neque adeo nos hostis illius potentia deterritos esse, quin cum pacem, semel nobiscum initam, improbe violari videremus, nos ad arma capienda, defensionemque parandam instrueremus; proinde pro avertendis periculis, dicto regno nostro Sclavonie a Turcis imminentibus, ea jamdudum auxilia ex omnibus dominijs, patrijsque nostris hereditarijs comparasse, eumque exercitum, omni apparatu jnstructissimum, conflasse, qui, plurimarum nationum juditio, laudatus et approbatus fuerit, ita sane, vt non tantum ad sustinendas vires Turcharum idoneus, verum etiam ad profligandos illos aptissimus, maximeque sufficiens existimaretur; nam, nisi vna omnium voce opinioneque confirmatum fuisset, illas copias ad debellandos Turchas, quantovis numero superiores, satis superque prevalere posse, nedum ad defensionem regni istius nostri sufficere, nos certe non com-

missuros fuisse, quin majorem etiam manum illuc destinassemus, sicuti per hoc tempus in eam curam summo studio et diligentia incubuissemus, vt vrgenti graviori necessitate, in omnem vtique eventum, dictum exercitum nostrum majori supplemento augeremus, validioremque ad quosvis casus redderemus. Et quamvis capitaneis nostris, bellique ducibus, vel jnprimis jnjunxissemus, vt maturo consilio, beneque discussa deliberatione, omnia agerent, providerentque, que ad protectionem fidelium istorum regnicolarum nostrorum spectarent, seque fortune dicrimini objcere omnino evitarent, nihilque tale temere aggrederentur, in quo dubitandum esset, vtrum feliciter, an secus succederet, tamen, quo malo fato et infausto casu evenerit, vt expeditio illa nostra longe alium progressum et exitum habuerit, quam sperari potuerit, ex eo, quod dicti capitanei nostri, mandatorum nostrorum jmmemores, jnconsulte, jmo prepostero ordine, relictis post se commeatibus, vltra hostes exercitum duxerint, seque ex potiori loco in apertum quasi periculum recijcientes, ab hostibus circumcludi passi fuerint, victualique adimi: jd ipsis, vt qui majori ex parte interfuerint, abunde cognitum esse; quantam autem molestiam, animique dolorem, ex eiusmodi jntempestivo progressu, inordinataque tandem retrocessione merito ceperimus, omnes quidem status ordinesque illos per sese facile perpendere posse, quibus de indigno casu illo ex animo compateremur; quem quidem non tam graviter permolesteque ferendum duceremus, si non potius ex jnordinatione quadam, quam vlla providentia accidisset, omnibus cum optime, liquidoque constare posset, nos paterno nostro auxilio, pro defensione eliberationeque eorum, minime defuisse, jd quod coram deo, hominibusque vere testari possimus; qua re sola recreari, consolarique videamur, et cum extra omnem culpam simus, casum illum aliquanto leviori animo feramus; quoniam vero jnfortunium hoc, vt premissum est, ex precipiti et jncomposita retrocessione, preter omnem spem, expectationemque successerit, non posse inopinatum et tristem eventum illum aliter emendari, neglectaque resarciri, quam si ea rursus et incunctanter in manus sumantur, que ad restaurationem istiusmodi casus, et oportuniorem tuitionem regni istius nostri facere queant, et ad recuperanda damna

quoquomodo illata conducere videantur; quapropter nobis ex re, necessitateque visum fuisse, illico in locum Joannis Catzianer alterum capitaneum generalem, nempe generosum fidelem nobis dilectum, Nicolaum Juritschitz baronem in Güns etc., vt quem eis nonnisi optime cognitum et probatum, necnon summe acceptum, gratumque esse cognovissemus, proque viro strenuo et fortissimo, simul et militari scientia claro et prestanti semper hactenus habitum fuisse non ignoraremus, istuc ad eos destinare et transmittere, data sibi commissione, expressoque ordine, vt, sine omni mora, preter quinque, aut sexcentum equites gravis armature, et aliquot centum pedites, duo millia equitum levis armature conducantur et interteneantur, qui propediem, cum bono consilio dicti Nicolai Juritschitz, tanquam generalis capitanei, aliorumque consiliariorum et commissariorum nostrorum, in Sclavonia existentium, congregati, ad ea loca adhibeantur, vbi magis, meliusque regnum istud, subditique nostri, tutari possint, queque loca celeriorem pro defendendis finibus provisionem exposcant; jdque ob eam causam potissimum, vt interim tanto maturius et expeditius, majorique cum fructu, de amplioribus subsidijs cum provintialibus nostri agere et tractare queamus, vtque interea temporis loca e manibus Turcharum recens erepta et recuperata, necessario presidio jmposito, retineri, sicque postea ad reprimendos et infrigendos Turcharum jnsultus, validiora auxilia afferi, vehemensque expeditio suscipi possit; et pro eo effectu exactius consequendo, magnum nos opere pretium facere censuisse, vt ijs locis, vbi gravius periculum versaretur, confestim appropinquaremus, et coram, in persona propria, matura consilia iniremus, quomodo presentibus malis, futurisque Turcharum jmpressionibus, pro regnorum et dominiorum nostrorum evidenti vtilitate, omnino optime occurri queat, vtque, cura et diligentia nostra incitati, omnes provintiarum nostrarum subditi eo tempestivius sese ad ea avertenda, propulsandaque, que ipsa necessitas requirit, succinctos et paratos reddere curarent, ne scilicet per negligentiam, aut jncuriam aliquod detrimentum seu dammum respublica caperet; quamobrem, contra morem et pristinam consuetudinem, in vnum locum, vnumque diem, nempe ad divi Martinj festum, in civitatem Greciensem,

provintiarum nostrarum Stirie, Carinthie, Carniole et comitatus Goritie status convocasse, ne ullum tempus, de necessarijs remedijs tractandi, amitteremus; quibuscum omnibus de rebus, que ad supprimendas presentes difficultates, opus sint, totis viribus, agere decreverimus; et cum ob eas causas, tum etiam, vt omnia, que huc spectant, tempestivius fierent, nosque temporis commoditatem majorem lucrifacere possemus, adductos fuisse ad jndicendum conventum et dietam illam in regno nostro Sclavonie, tam prepropere, quo cum eis, tanquam ijs, qui periculo magis expositi essent, nomine nostro, tractaretur, ita, vt que jnprimis expedire, necessariaque esse, ad amoliendas quascunque presentium rerum jncommoditates, viderentur, de ijs latius consultari, deliberari, decernique posset; et quia ipsimet facile animadverterent, quantopere tam illorum, quam nostra intersit, vt, sine omni dilatione, ad lucrifaciendum tempus, matura consilia capiantur, quantumque commodi et vtilitatis eisdem inde provenire queat, dicti consiliarij et commissarij nostri, omnibus melioribus rationibus et causis, quos sciunt et possunt, in medium adductis, et propositis, prefatos status, ordinesque, serio et quam accuratissime, verbis nostris, requirere, et ab eis postulare debent, vt, vnamini consensu, aliquos potiores et primores inter sese eligant, quos, cum plenissima facultate et potestate, amplissimisque mandatis suffultos, ad nos Gratiam mittant, ita, vt in die sancti Martinj, vel paulo post, ibidem nobis presto esse queant; quo eisdem paternam curam et cogitatus nostros, salutariaque proposita et consiliorum nostrorum rationes patefacere, et cum illis, non minus atque ceteris provintialibus nostris, eodem vocatis, deliberare et concludere possimus quemadmodum nunc et posthac Turcharum potentie resisti oporteat, et quicquid ita, pro communi bono et defensione ab eis statutum, decretum et conclusum fuerit, jd omne, absque vlla contradictione, excusatione, ceteri non modo gratum, ratum, firmumque habeant, verum etiam executioni demandare et conficere quamprimum curent; presertim, cum optime sperandum et expectandum sit, ex ejusmodi necessarijs tractationibus non paucos, neque exiguos fructus emanaturos; primo, quod regnum Sclavonie, ejusque vniversi jncole et fideles

nostri, cum omni celeritate, edoceri poterunt de certa eorum conservatione, liberatione, defensioneque; secundo, quod si aliquis defectus, seu impedimentum in provisione presentium necessitatum, appareret, vel reperiretur, is mature et confestim sarciri queat; tertio, quod, que ita tempestive jam nunc tractabuntur et concludentur, longius tempus acquirent et lucrabuntur, ad faciendam efficatiorem executionem omnium istorum, que decernentur; quarto, quod ex hujusmodi necessaria, vtili, providaque tractatione et conclusione procul dubio futurum est, vt tam vicinis, quam remotis provintialibus causa prebeatur et jncitamentum, quo minori cum difficultate, suas vires, opesque amice, fraterneque conferant, et quod in nostris postulationibus, illorum causa fiendis, omnes subditos et fideles nostros faciliores et promptiores ad prestanda auxilia experiemur; vnde etiam consecuturum sit, vti Turcha in istis locis non tantum efficiet, quantum pretermissis provisionibus nostris se effecturum cogitet, et forte tanto minus illi regno nostro posthac jmminebit, cum de nostro apparatu et provisione audiet; que enim vlterius tentantem in gravissimos sumptus faciendos adducere possit (?); que quidem omnia alioquin non fierent, et fortasse reliquarum provintiarum et patriarum nostrarum subsidia non tam facile jmpetrari possent, nisi ipsos ejus rei principium facere cognoscant. Cum autem ita se res habeat, vt nihil vtilius magisque expeditius sit, quam vt, sicuti supra demonstratum est, certos mandatarios, ex eorum medio, ad nos Gratium mittant, nos plane in eis confidere, nulloque pacto dubitare, quin justissime requisitioni illi nostre obtemperaturi sint, attento, quod si recusarent, quod tamen haud credere possumus, sibi ipsis irrecuparabilium damnorum et erumnarum causa essent, que res nos incredibili dolore afficeret; nam que inde latius sequerentur mala, eorum sane culpam quivis eisdem merito imputandam et attribuendam duceret. Nos vero, vt persuasum omnino habemus, quod aliquos ad dictam Gratij, a nobis jndictam, missuri sint, ita eis certissimum esse velimus, nos cum dictis provintijs et patrijs nostris austriacis, simul et regnis nostris, tali modo tractaturos, eaque media, viasque, et opportunas rationes quesituros fore, quod deprehendere re ipsa possent, paternam curam, soli-

citudinem, studiaque nostra ardentissima, pro vita, pro salute, pro liberis, vxoribus, fortunisque ipsorum susceptam; elaboraturi nempe dies noctesque, ut pro virili, proque facultatibus nostris, imo cum propria, si opus sit, persona, eis vsquequoque auxilio simus, omnibusque modis succurramus, eaque agamus et meditemur, que ad offitium studiosissimi ipsorum regis, acerrimique defensoris, propugnatorisque spectent, ita vt nequaquam a nobis derelinquantur. Et quamvis apud illos et alios prefata retrocessio, jndeque facta jactura aliquanto gravior et formidolosior censeri queat, tamen nos ita existimare, et vere sentire, quod quantumvis jncommode cesserit casus ille, non tantum animos ipsorum commouere, deijcereque debeat, vt spem instaurande defensionis, resistentieque propterea omnino relinquendam esse arbitrentur, seque percepta damna recuperare posse diffidant; nam etiamsi aliquot petias artellarie et numerum aliquem militum, qui remanserint, jd quod ex animo dolemus, amiserimus, tamen eam jacturam et perditionem neque animositati, neque vlli fortitudini Turcharum adscribendam, sed potius jnfortunij illius culpam omnem vel jnordinate retrocessioni militum nostrorum, vel quod in victualibus defectum passi sint, attribuendam esse; habere enim nos longe majora tormenta in parato, neque deesse gentes et robustissimam manum, quibus accepta ejusmodi mala ocyus reparare possimus; siquidem id, quod ex jmproviso ita evenit, veluti experimentum esse, tum nobis, tum subditis et gentibus nostris, vt quemadmodum sese in tali casu posthac gerere debeant, melius sciant, periculo scilicet cautiores facti, in providendis malis, tum vt jn futurum omnes defectus et errores tollantur, qui hac in expeditione capitaneorum jmprovidentia, jncogitantiaque suborti sunt: vt fuit jnterceptio commeatuum, ex potiori loco in deteriorem et periculosiorem discessus, et a fluuiorum commoditate secessio.

Quoniam vero Turcharum rex non solum nobiscum pacem frangere, verum etiam, quam diu cum Venetis habuit, eam quoque violare voluit, ex quo manifeste apparet, perpetuum illum christiani nominis hostem nullis legibus, nullis rationibus, nullis federibus, quantumvis sancte stipulatis, nulla denique fide adeo teneri, obstringique, quin semper ad christiano-

rum excidium, quacunque arrepta occasione, anhelet, suisque provintijs finitima ac vicina quoque loca devastare, et in potestatem suam redigere laboret, simulans scilicet pacem, si quam cum aliquo christiano principe suscepit, se servaturum, donec eam sibi ad scelera sua peragenda commodam et jdoneam esse arbitretur, sicuti erga nos demonstravit, palamque fecit; arbitrari nos, ex singulari quidem dei optimi maximi gratia, id factum esse, vt dictus Turcha vna eodemque tempore, non solum cesaream Maiestatem, verum etiam nos et Venetos ipsos, contra pacis federa secum firmata, invadendos putarit, vt inde planius perspiceretur sua perfidia, sceleratusque animus ad rumpendam pacem semper jnclinatus, illoque exemplo tandem omnis christiana respublica monita, vehementius cogitaret, mutuis sese opibus ab illius jmmanissimi hostis atrocitate defendere, nullamque christianitatis partem in discrimine et periculo, quod vtique latius, nisi obsistatur, pervagaretur, relinquere; videri enim non humano consilio, sed divinitus donatum et oblatum, vt dum Turcha Venetos acrius adoriretur, jndignitate rei impulsi, illi sese contra ipsum apertos hostes declarare, fedusque tam offensiuum, quam defensiuum, cum summo pontifice, Sacra Cesarea et Catholica regia Maiestate adversus eundem inire non dubitarint, jamque et terra numerosissimas copias, et ad ea quidem Dalmatie loca, que graviores jncursiones a Sclavonia facile prohibere, avertereque possint, contra eundem Turcham expediverint, et mari quoque jnstructissimam multarum navium, triremiumque classem, ad conterendas illius Tiramj vires, miserint, ipsiusque adeo loca nonnulla, non parvi momenti, feliciter et animose ceperint; vnde certo fore sperandum sit, quod Bassa Bosnensis domi retinebitur, neque ita ad devastandas regni nostri Sclavonie, aliasque partes excurrere audebit; preterea consecutum et illud esse, quod ad nos quoque, id quod summis votis, incredibilique cum desyderio optaveramus, et pro qua re tam frequenter, et tanta sollicitudine, iam olim insteteramus, vt scilicet generalis liga, confederatioque inter christianos principes contra Turchas fieret, jam vltro delatum sit, nempe vt fedus illud ingredi velimus, ad quod sane paratissimi simus, sperantes omnino preter pontificem, Cesarem, Venetos, alios

etiam multos reges, principes, potentatesque christianos ad eandem confederationem accessuros, jn quo assequendo, quantum in nostra cura, opera, laboreque positum sit, sedulo adnisuri simus, ex quibus omnibus nihil aliud certius expectari possit, quam quod Turcha vires et potentiam suam in multas partes dividere cogetur, cum ex pluribus locis dominia, ditionemque suam, a potentissimis christianis principibus, contractis vndequaque robustissimis copijs, mari terraque invasum iri, seque ac suos oppugnari, conterique sentiet, ita, vt quasi jmpossibile sibi futurum sit, suam potentiam adversus regna et dominia nostra pleno marte convertere; cui accedat, quod non minus idem Turcha cum Sophy rege Persarum, qui procul dubio bellicosissimo gentis sue exercitu tirannum illum vndiquaque opprimere, pessundareque adnitetur, sicuti nunc quidem totis viribus in eo versari pro certo refertur, agere habebit, pro qua re etiam Maiestas Cesarea dictum Sophy vehementer sollicitare non intermittat; qua ex re, vltra predicta, multa alia commoda nasci possint, primum, quod Turcha, dissipatis viribus suis, minus regno nostro Sclavonie nociturus sit, deinde, quod viciniores illi populi multo lubentius, alacriorique animo auxilia subministrabunt, postremo, quia per dictam confederationem partes ille nedum tueri, verum et in bona quiete, tranquillitateque facilius retineri et conservari, tum vero adempta christianitatis loca, nunc in manibus Turcharum existentia, recuperari queant; ad quod omnes opes, fortunas, facultates, corpus denique et vitam nostram exponere jnclinatissimi simus; et cum tot commoditates, ex divina gracia, emerserint, dignum et justum esse, ut non tantum, qui in confinibus degentes, periculis proximiores sunt, verum etiam remotiores incendantur jmmenso studio conferendi, pro sua quisque portione, expectata subsidia, maxime oblata tum oportuna occasione rerum bene gerendarum, que nullo modo pretermittenda sit; presertim, cum justum (?) illud operis vsque adeo vtilis et salutaris vniuscujusque diligentia, operaque promptissima ita vrgeri debere existimemus, ne per socordiam et negligentiam rursus disrumpatur; nos etenim toto pectore in hoc jnvigilaturos, vt optimos quosque fructus istius regni nostri fidelibus subditis, simul et alijs provintijs nostris, ex prefate

lige societate offeramus, nihilque in vniversum pretermittamus, quod ad eorum commoda, salutem, redemptionemque pertineat.

Quocirca nos summatim et conclusive ab eis petere, vt, bene ponderatis rebus et commoditatibus jam dictis, ita animum, mentemque suam parent et instituant, vt laudabile propositum et consilia nostra non retardentur, sed potius, accedentibus illorum benevolis animis, optatum effectum sortiantur; quoniam sic omnino dispositi simus, quod cum ipsorum commissarijs, quos eligent et deputabunt, simul et cum ceteris provintialibus Gratium accersitis, omnia paterne et fideliter agere, tractare, concludereque velimus, que nonnisi in evidentissimam eorum vtilitatem et jncrementum, certamque protectionem cedere possint; et proinde cupere et efflagitare nos, vti suos designandos commissarios Gratium, quo ad diem divi Martinij, aut paucis post diebus, certo ibi apud nos constitui queant, mittere curent, vt tempus nimirum lucrifaciamus, iisque providendis rebus attendere possimus, que jnprimis eorum eliberationem complectantur; jd quod, preterquam quod in eo debito offitio, sueque erga nos fidelitatis studio fungentur, se plane facturos esse, nobis persuadeamus et confidamus. Dicti autam consiliarij et commissarij nostri nostram, in premissis, accurate, dilucidoque sermone, recensendis, addendisque ijs, que ad erigendos, confirmandosque animos ipsorum alioquin quadrare, aptaque esse ad persuadendum videantur, expressam et omnimodam executuri sunt voluntatem; quibus etiam injungimus, vt preter eos, qui a statibus istius regni eligentur, etiam alios proceres et nobiles, verbis nostris, requirant et inducant, vt ad nos se personaliter Gratium conferant, vt tanto maturius et gravius de omnibus jllorum etiam intervenientium tractari et statui possit.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

IX.

1537. November 7.

Ferdinánd király biztosainak jelentése, a tótországi rendek dombrói gyűléséről.

Serenissime ac potentissime rex, domine clementissime. Etsi Vestra Regia Maiestas nobiscum Magnificos dominos Franciscum de Bathÿan et Lucam Zekl, ad ea, que nunc hic in Dombrow celebrata sunt, comitia commissarios nomine Sue Maiestatis esse voluit, tamen cum ipsorum neuter comparuerit, forsan ob id, quod neutrj ejus rej causa a Vestra Regia Maiestate scriptum sit, vel non satis in tempore, quod etiam dominus Lucas Zekl, a me Nicolao Juritsÿth, cum suis levis armature equitibus jam dudum in Werewcze expeditus est, ad confinium ibidem hujus regni Sclavonie tutationem; egimus igitur nihilominus nos herj, omni diligentia, studioque ea coram dominorum regnicolarum vniversitate, que a vestra regia Maiestate in mandatis habuimus, juxta videlicet Vestre Regie Maiestatis instructionem, et viva voce, et scriptis datam, que omnia ac singula a nobis ita proposita et acta sese omnes profecto regnicole plane obedienter et benevole obtulerunt, neque mediocrj affecti sunt gaudio, cum, post proxime perpessum illum calamitosum casum, tam paternam et fidelem defensionis, conservationisque suj consolationem intellexerint, qua in re, ne sibi ipsi deesse, vel minus id prestare velle videantur, quod a Regia Maiestate Vestra postulatur, vltroque offertur, pro sua ipsorum omnium scilicet maxime salute, delegerunt igitur Gracium ad Vestram Regiam Maiestatem suo nomine et loco mittendos eos dominos et regnicolas, quorum nomina in adjuncta hic scheda, annotata sunt; atque adeo vere Vestre Regie Maiestati scribere possumus: regnicolas quosque in Vestram Regiam Maiestatem fideliter et sÿncere affectos esse. Quantum quidem et privatim tam antea, quam in publico conventu Vestre Regie Maiestatis voluntatem et mandata proposuimus, cum potioribus quibusque agere non intermisimus, et postea

publice cognoscere potuimus, quam sÿnceritatem et alacritatem etiam in eo ostenderunt, quod Vestra Regia Maiestas me Nicolaum Juritsÿth ipsorum supremum Capitaneum preficere dignata sit, obedientiam ob id debitam omnem, in rebusque gerendis, pro temporum et rerum presentium statu, promptitudinem alacriter pollicentur, eaque ex causa vehementer petierunt, vt idem ego Juritsÿth interim, dum dictj dominj et regnicole, tanquam legatj apud Vestram Regiam Maiestatem agunt, in regno hoc et nominatim Varasdinj, commorarj non gravarer, donec ijdem ipsj legatj redeant; quod ipsis, quatenus id modo et Vestra Regia Maiestas clementer admiserit, me facturum recepj.

Ceterum, dedit dominus Joannes Catzianer quasdam literas ad vniversitatem regnicolarum, que etiam herj in conventu publice exhibite et perlecte sunt, in quibus sese in numerum ceterorum regnicolarum, propter arcem Zomzedwara, illique pertinentia, inscribj, accipique cupit, offerens sese, queque et bona et mala cum ipsis sustinere paratum esse, idemque sibj de ipsis persuadere; cuj vero satis, vt arbitramur, commode responderunt, sibj id absque Vestre Regie Maiestatis voluntate et consensu facere minus integrum esse, neque vero interim ab alijs in eum vocibus sibi temperarunt, de quibus forsan et coram agere non intermittent.

Questi sunt deinde plerique regnicolarum, domus suas admodum male munitas esse, omnis generis presidijs, bombardis scilicet, pulvere tormentario atque hominibus; petentes ob id magnopere, vt in his auxilium afferatur, alioquin se ejusmodj domus vacuas deserere cogj; deliberatum itaque et conclusum est, vt in presentia interim illj milites, qui nunc conductj adsunt, in domus illas et castella, pro presidio collocentur, donec et ceteris necessitatibus magisque provideantur.

Postremo et hoc Vestram Regiam Maiestatem celare noluimus, summa nos opera laborasse, effecisseque, vt nonnullorum male mutuo affectj animj, maxime inter dominum Ludovicum Pewkrÿ et dominum Thomam de Nadasd, aliqua ex parte reconciliatj sint, que reconciliatio, vt nobis singulariter grata est, ita rebus omnibus eam, si modo duret diu, et necessariam et magnopere frugiferam futuram censemus, speramus-

que. Atque hec sunt, que de confectis comitiorum illorum negotijs et mandatis Vestre Regie Maiestatj significanda duximus, cuj nos humilime commendamus. Ex Dombrow, VII. die Novembris anno etc. XXXVII.

Vestre Regie Maiestatis humilimj servitores
Nicolaus Juritschyth.
Albertus prepositus.

Kivül: Sacratissime Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regie Maiestati, domino nostro clementissimo.

(Eredetije, két gyürű-pecséttel ellátva, a bécsi titkos levéltárban.)

X.

1537. November.

Ferdinánd királynak, a tótországi rendek köreteihez intézett, előterjesztése.

Propositio facta oratoribus regni Sclavonie.

Sacra regia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Maiestas, dominus noster clementissimus, arbitratur, regni sui Sclavonie status, omnesque ordines, in proxima dieta et conventu in Dombrow habito, per ipsius commissarios, specialiter eo deputatos, satis superque cognoscere potuisse, cum paternam ejus mentem, animumque, ipsorum salutis magnopere studiosum, tum causas etiam quamobrem Maiestas Sua illos huc, ad se, vocandos, accersendosque putarit; quocirca supervacaneum prorsus fore existimat, easdem causas hic rursus repetere, praeterquam quod Maiestas Sua clementi admodum animo suscipit illorum fidelium regnicolarum suorum morigeram, obedientieque plenam voluntatem, quam in eo ostenderunt, quod suos nuntios et mandatarios, eosque potiores, huc ad Maiestatem Suam destinare haud distulerunt, quorum quidem commissariorum adventum, libentemque comparitionem, Maiestas Sua non secus, atque rem plurimum expectatam, et acceptam et gratam habet.

Et quia tam ex praeteritis rerum successibus, quam presentis temporis statu, conditionesque facile animadvertere, et per sese consyderare queant, quam non solum expediat, verum

etiam summa necessitas exposcat, vt pro communi Maiestatis Sue, suorumque regnorum et dominiorum vsu, commodo, inevitabilique exigentia, provisiones dehinc fiant in omnes partes idoneae, oportunae, exquisitaeque, quibus quaeque ingruentes tempestates, difficultates, jncommoditatesque qualescunque depelli, extinguique possint; ad quod assequendum et perficiendum Maiestas Sua omnem paternam et fidelem opem auxiliumque suum pro virili adhibere gratiose propensa et jnclinata existit. Maiestas igitur Sua opere pretium censuit, vt super ejusmodi provisionibus et remedijs consultandis, matureque tractandis sese in propria persona ad fideles subditos suos, qui istis malis propinquiores essent, conferret, et ob eam causam huc potissimum Maiestas Sua profecta est, vbi jam cum istarum provintiarum suarum subditis et fidelibus, de futuro auxilio, provisionibusque tractandi jnitium fecit, jndubie sperans, se proficuam expeditionem et non aspernenda subsidia ex istis ducatibus suis obtenturam.

Quoniam vero Sclavonia ipsa, jam veluti clypeus, jmmanissimorum hostium continuis jaculis, propositus, Turcorum jmpressionibus omnium maxime objecta conspicitur, quoque his periculis, calamitatibusque vicinior est, eo magis auxilio protectioneque egere videtur; hinc est, quod Maiestati Regie summe necessarium, expediensque visum fuit, cum illis veluti nuntijs ac mandatarijs omnium statuum praefati regni Sclavoniae, plena nimirum facultate et potestate suffultis, paterne et confidenter loqui, agereque.

Primum videlicet, quomodo, quaque via tam praesentibus, quam futuris Turcharum vexationibus, depopulationibusque occurrendum, regnumque illud ac cetera Maiestatis Suae dominia ab illorum jmpetu praeservanda, tuendaque sint; super qua re Maiestas Sua Regia jnprimis eorum opinionem, fideleque consilium et sententiam intelligere cupit et postulat; nempe, quibus rationibus istiusmodi difficultatibus, eorum auxilio, commodissime obviari posse censeant, ita, vt per se ipsos, tanquam periculis propinquiores, omni oportuniori, quo fieri potest, modo, impendentia sibi mala propulsentur.

Deinde, cum in proxima superiori expeditione varij defectus, erroresque, qui speratum feliciorem belli successum jm-

pediuerunt, suborti, jam haud obscure edocuisse videantur, quis modus, quaeve ratio ducendi belli posthac instituenda sit, Maiestas Sua pariter ab eisdem nuntijs scire desyderat, quibusnam modis ejusmodi defectus dehinc, per oportunas provisiones, aufferri, et in eorum locum, quae opus sint, restitui posse existiment; jd quod de singulis, ad expeditionem bellicam in hoc genere requisitis, Maiestas Sua subintelligi vult, vtpote quid, quoque loco, quatenusque et aqua, et terra, tam equitum, quam peditum vsu, operaque provideri debeat; et si res per aquam navibus gerenda et administranda sit, id quod Maiestas Sua valde necessarium esse putat, quibus in locis, et quam minimo sumptu, naves parari, adornarique possint, quantus militum numerus ijs jmponendus sit, et vbinam contrahi, conflarique queant; quae, cujusmodique praesidia, et vbi locorum, tutandorum finium cura omnium optime haberi, ordinarique debeat, vt scilicet ordo is ex omni parte, et regno quam vtilissimus, et subditis maxime necessarius, pro defensione eorum, capiatur, neve sumptus et jmpensae, in conservationem regni faciendae, frustra et absque fructu collocentur.

Caeterum, cum Maiestas Sua ex non paucis explorationibus, fidedignisque relationibus compererit, quod damnosa, pernitiosaque ista retrocessio, vt plurimum ex ingenti et jntolerabili fame, qua exercitus laboravit, consecuta sit, videtur itaque Maiestati Sue etiam de victualium, commeatusque ac rei frumentarie ratione disputandum et conferendum, vt ejus copia, tanta quanta satis est, suppeditetur, et in promptu haberi possit, sicque bono ordine conducantur victualia, vt quocunque tempore, cum opus fuerint, ne desint, sed potius in parato habeantur. Nisi ad hoc statim et ante omnia notabile aliquod principium sumatur, et ejusmodi prorsus, quod omnes homines sentiant, in ea re satis et cum fundamento provisum esse; parum timendum esset, quod ceterorum regnorum et provintiarum gentes et auxilia vix commoveri possent ad merenda rursus stipendia istis in locis, praesertim ob consecutum hactenus defectum victualium. Sed quae damna, quanta denique jactura inde, non solum Maiestati Suae, sed omnibus provintijs ac toti christianitati expectanda essent, quivis, vel parum intelligens, facile consyderare potest; contra vero, si istius-

modi recte et ex ordine prospiciantur, nihil certius sperandum, quam quod omnes promptissimo animo ad illam ipsam expeditionem catervatim convolaturi sunt, nemoque propemodum futurus sit, quin libens huic militiae augendae se adscribat, adeo vt ingens militum numerus, ex omni loco procul dubio huc accesurus credatur, resque ex animi sententia perfici possit.

Insuper Maiestas Regia non minus considerat vrgentissimam necessitatem efflagitare de medijs et rationibus colloqui, quibus equites levis armaturae posthac conducantur, et quo stipendio conduci possint; quandoquidem Maiestas Sua evidentibus argumentis deprehendit, nimis gravem stipendij auctionem fieri, et magnam quoque penuriam bonorum equorum hactenus comparuisse, quae res ambae haud mediocrem jncommoditatem et defectum, in rebus bene agendis contra hostes pepererunt, non minus Maiestati Suae, quam omnibus provintijs et subditis ipsius.

Quocirca, vt et Maiestati Suae, et ipsius fidelibus subditis vtiliter et necessario inserviri et accomodari queat, Maiestas Sua petit a dictis nuntijs, vt vltra praemissa de competenti etiam stipendio, gentibus dando, inter sese disserant, et vnanimi voce conveniant; videlicet, quomodo milites, et quanto stipendio conducendi, qualisque delectus eorum haberi debeat, praesertim cum, juxta opinionem Maiestatis Suae, hoc genus tractandi non solum communibus dominijs et patrijs, in conservatione ipsarum ad singularem vtilitatem, commodumque vergere poterit, verum etiam reliquis regnis et provintiis et solatium et gaudium afferet, ita quod tanto ardentius et libentius pro suis viribus et facultatibus, non parcendo personis et bonis suis, huic bello adesse studebunt, suppetiasque ferre properabunt, et hinc futurum est etiam, quod Maiestas Sua et regnum Sclavoniae eo efficatiorem contra Turchas resistentiam, facere poterunt, et ista rei bellicae expeditio facilius ad optatum finem perduci queat; quae omnia, nisi ita fiant et procurentur, apud quoscunque in peiorem partem interpretabuntur et recipientur.

Quamobrem Maiestas Regia istiusmodi, veluti pro jnitio rerum praesentium indicare et ostendere voluit, ipsorum vtique opinionem et sententiam desuper cupiens cognoscere, qua

jntellecta, deinde latius et vberius de his, et alijs rebus huc spectantibus, quatenus opus esse videbitur, gratiose et paterne cum eisdem agere et tractare proposuit; quicquid enim Maiestas Sua, pro salute et conservatione dicti regni sui, et ampliatione ipsius deservientia, excogitare poterit, in ijs neque proprie personae, neque vllis sumptibus parsura est.

Manifestum autem est, nunquam fuisse aut commodius tempus, aut meliorum occasionem Thurcis resistendi, et patriam istam ab aerumnis liberandi, quam nunc est, quam quidem occasionem Maiestas Sua haud libenter ammittere vellet, sicuti re ipsa hactenus demonstravit, et vlterius, quantum in se erit, demonstrabit, confidens ipsos quoque, tamquam fidelissimos subditos ipsius, absque dubio, omni ope, auxilioque praesto futuros, quemadmodum erga omnes et singulos ipsos praecipua gracia et munificentia regia recognitura est.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

XI.

1537. November.

A tótországi rendek követeinek válasza. Ferdinánd király előterjesztésére.

Sacratissima Regia Maiestas, domine domine nobis Clementissime. Que nobis visa sunt ad propositiones, per Vestram Sacratissimam Maiestatem nobis porrectas, respondimus, prout inferius patet. Supplicamus Vestre Sacratissime Maiestati, dignetur boni consulere, tanquam princeps et dominus noster Clementissimus.

Quantum ad primam propositionem, sentencia et consilium nostrum est, vt Maiestas Vestra confinia, que adhuc supersunt, tam in regno Croacie, quam Sclavonie, firmet, tam equitibus, quam peditibus terrestribus et navalibus, ac pulveribus et ingenijs; nam in dandis signis per ictus bombardarum magna vis pulveris consumitur, et sine auxilio Maiestatis Vestre fieri non potest, quoniam sunt castra illa deserta, et

illorum possessores carent omnibus proventibus, qui quotidianos impetus et excursiones hostium retardare, et hostes arcere possint.

Ad hanc autem provisionem videtur adminus opus esse in Croacia mille equitibus levis armature, in Sclavonia duobus millibus levis armature et quingentis armigeris ac mille peditibus pixidarijs et mille nazadistis; his autem opus est, absque omni mora, ante futuram generalem expeditionem, nam si Maiestas Vestra non providerit adhuc hac hyeme, et futuro primo vere, tota Sclavonia et Croacia desolabitur, ita vt Maiestas Vestra, tandem tempore generalis expeditionis, saltem deserta regna habebit.

Quantum ad auxilium nostrum attinet, nos, sicut hactenus, ita eciam deinceps non parcemus penes Maiestatem Vestram, et pro defensione patrie nostre ac reipublice Christiane, capita nostra, fortunas et facultates nostras fortune exponere, et omnj auxilio adesse, quicquid sufferre poterimus; nam eciam in preterita expeditione, que saltem circiter medium annum duravit, de singulo colono dedimus singulos quinque florenos, jnsuper omnes personaliter interfuimus; accedit et, quod multi ex nobis sunt, qui tenemus castra finitima, ad que nullos habemus proventus.

Sed ante omnia, nobis videtur et supplicamus, vt Maiestas Vestra cum omnibus adversarijs suis, et presertim cum Joanne Scepusiensi concordet, vt Maiestas Vestra illas copias, quas contra illum alere teneretur, posset contra Turcas convertere, et eciam Joannes suas copias cum copijs Maiestatis Vestre conjungere.

Preterea, vt vtreque ripe Danubij et Drauj pro viribus navalibus Maiestatis Vestre possint esse libere; jnsuper, vt durante expeditione quilibet fidelium Maiestatis Vestre possit domi securus esse, nam timemus, quod Maiestas Vestra non sufficiet ad varias partes distracta.

Ceterum, vt Maiestas Vestra in futura generalj expeditione, exemplo Sacratissime Cesaree Maiestatis, fratris sui et aliorum principum Christianorum, atque eciam exemplo quondam dominorum regum Hungarorum personaliter interesse dignetur; nam alioqui timemus, quod res nostre non prospere

succedent. Hoc quoque indubie speramus, quod si Maiestas Vestra expeditioni interesset, ex multis nationibus homines magnarum conditionum et statuum ad stipendium Maiestatis Vestre confluerent, et multi eciam proprijs sumptibus ipsorum cum Vestra Maiestate in expeditionem proficiscerentur.

Quantum vero ad generalem expeditionem, videtur nobis, quod siue Maiestati Vestre negocium erit cum ipsomet Turcarum cesare, siue saltem cum istis bassis finitimis, quod quanto majorem exercitum et terra et aqua contrahere posset, tanto majorem contraheret; hoc verum est, quod si Maiestas Vestra habebit rem saltem cum bassis, non indigebit Vestra Maiestas tanto exercitu. In hoc tamen specialiter Maiestati Vestre supplicamus, sicut semper supplicavimus, vt Maiestas Vestra, tam in parciali, quam in generali expeditione talem curam habeat de viribus navalibus, vt si non superiores, saltem pares habeat; nam sine viribus navalibus nulle res contra Turcas bene gerj possunt, sicut experiencia docuit, et qui erit forcior in aqua, illius erit regnum.

Postremo videtur nobis, vt Maiestas Vestra, tam apud Cesaream Maiestatem, quam apud alios principes Christianos et eciam apud Venetos instantissime agere dignetur, ut ipsi quoque tam in presenti parciali expeditione, adhuc hac hyeme, quam in futura generali exhibeant negotium Turcis; speramus autem, quod Maiestas Vestra poterit efficere apud Venetos, vt saltem illis mille equitibus, quos consulimus Maiestati Vestre in Croacia tenendos, stipendium solvant, presertim cum illi poterunt in avertendis Turcis a ditione Venetorum ab incursionibus vsui esse.

Ad tenendos exploratores Maiestas Vestra talem curam gerat, quod sine illis nihil fieri potest.

Ad secundam propositionem, quantum ad parandas, disponendasque naves attinet, licet nos libenter onus huiusmodi navium in nos assumeremus, sed nos non habemus ligna abiegna, quercina vero, vel alia ligna, que in nostris silvis habentur, sunt cruda et alioqui in talibus locis, vbj propter Turcas non possent dispouj, nisi ipsi laboratores cum bello custodirentur; caremus eciam molendinis et servis, quibus asseres pro navibus scinduntur, caremus eciam magistris; et dato, quod eciam si in nostris partibus naves disponerentur, congelatis

fluminibus mitterent Turci aliquot millia hominum et eas comburrerent, dissecarent, et sic judicamus apud nos difficulter et magnis impensis, magnoque periculo, ne perirent hujusmodi naves, fieri posse. Sed consulimus Maiestati Vestre, vt hujusmodi naves faciat disponere in provincijs suis, penes fluuios Dravi, Saui et Mure, vbi et lignis abiegnis et asseribus, molendinisque ac servis et magistris Maiestas Vestra abundat, et levioribus impensis parari possunt, et eciam absque periculo ibidem, vsque dum erunt necessarie, poterunt conservarj, et tandem quo opus erit deduci.

Vbi autem querit Maiestas Vestra, quantus numerus militum in naves imponi debeat: in priori articulo diximus, Maiestatem Vestram debere, si non majores, saltem pares vires in aqua habere, sicut hostis Maiestatis Vestre, ex hoc conijcere potest Maiestas Vestra, quot navibus opus erit, et quantus numerus militum ad eas imponendus sit.

Vbi querit Maiestas Vestra, vbi conscribj et vnde conduci milites debeant: Maiestas Vestra penes flumina Danubij, Saui et Drauj sufficientas nazadistas habere poterit, modo deputet ad hoc idoneos et fidos ac speciales homines et tempestiue.

Vbi querit Maiestas Vestra, cujusmodi presidia, quibus in locis maxime opportunis collocari debeant: respondimus in priori articulo, quanto presidio nunc, hoc est hac hijeme, opus esse iudicamus; vbi autem collocarj debebunt, retulimus domino Jwrysyth adhuc in Dombrensi congregacione.

Vbi querit Maiestas Vestra, quo acies educi debebunt: ad hec Maiestatem Vestram docebit tempus et modus belligerendj adversarij sui.

Ad terciam propositionem, vbi querit Maiestas Vestra, quo pacto perfici possit, ne victualia desint ad expeditionem necessaria: videtur nobis, quod victualia sufficientia, ad futuram generalem expeditionem, in regnis Sclavonie et Croacie haberi non possunt, cum propter preteritam expeditionem, tum vero propter modernum parciale bellum, quod Maiestas Vestra debebit vsque ad futuram expeditionem in regnis Sclavonie et Croacie tenere, ad quod bellum non parva quantitas victualium hac hyeme consumetur. Preterea, tum propter progressionem preterite expeditionis, tum propter desolationes a Turcis fac-

tas, hoc anno non potuerunt in maiori parte regni Sclavonie seminare, jmo nec annj preteritj seminata colligere ; nihilominus Maiestas Vestra, siue per banum, quem creaverit, siue per generalem capitaneum, quem in regnis prefatis habuerit, faciat perlustrare in omnium dominorum et nobilium bonis, que victualia haberj possunt, et ea tandem, statuto et soluto justo pretio, convehantur ad loca idonea.

De locis vero, ad que ipsa victualia convehi, et vbi collocari possint, videtur nobis, vt collocentur victualia una pars Zagrabie, quo et ex Croacia, si quid haberi poterit, et ex provincijs Maiestatis Vestre, tam per aquas, quam per terram conportari possunt, et rursus per terram et aquam demittj. Altera vero pars collocetur Varasdini, quo similiter et per terram, tam ex provincijs Maiestatis Vestre, tam ex regno Sclavonie et ex confluente Draui et Mure, omnis generis victualia convehi et locarj possunt. Sed, quod caput est rej, Maiestas Vestra liberet comitatus citra Danubium existentes, et presertim comitatus Zaladiensem, Simigiensem, Tholnensem et Baroniensem, vnde copiosissima victualia, tam per terram, quam per aquam haberi poterunt ; preter hoc quicquid tam de castris ac bonis nostris, quam eciam de domibus et bonis nobilium habere poterimus, progrediente expeditione, eo, quo exercitus se deflexerit, tam per terram, quam per aquam deferendum curabimus ; modo eo tempore faciat Maiestas Vestra bonum ordinem observare, vt victualia secure ad castra pervenire possint, et rursus homines ea ducentes cum jumentis ipsorum et precio venditorio victualium ad propria redire valeant, ne ab eis vel victualia eundo, vel jumenta aut precia victualium redeundo, vi auferantur, sicut contigit multis in preterita expeditione ; nam eciam in preterita expeditione nullus defectus commeatuum fuit, sed propter inordinationem ad castra non sunt delatj ; si qui autem id nobis impingere vellent, parati sumus coram Maiestate Vestra nos excusare et defendere, modo Vestra Maiestas faciat talem nobis in oculum loqui ; quia a nobis nihil est neglectum, sed quicquid nobis per generalem capitaneum Maiestatis Vestre fuit commissum, omnia fidelissime et obedientissime exequuti sumus.

Ad quartam propositionem, quantum ad stipendia, quo

equites levis armature conduci debent, videmus, quo pacto Maiestas Vestra nunc mutare posset illud stipendium, quo a principio regiminis sui Maiestas Vestre vsa est in conducendis et solvendis levis armature equitibus, licet illi, qui a Maiestate Vestre habent salaria, tenentur singulis mensibus ad quemlibet equum contenti esse duobus florenis; nam, vt audimus, Veneti proclamant stipendia ad quemlibet equum per sex florenos, et vltra hoc prebenda equis ipsorum; preterea a Joannistis quoque, vt audimus, sollicitantur, et vltra hoc permittunt ipsis predam liberam in regno Maiestatis Vestre; propterea non videmus, quod Maiestas Vestra hoc tempore posset diminuere stipendium, alioqui periculum esset, ne Maiestas Vestra in equitibus levis armature defectum paciatur, nam partim ad Venetos se conferent, partim ad Joannem, partim malebunt se domi continere, quam minori precio militari veluti pedites, nam vni peditum dantur floreni tres denarij vigintj; cogitare autem poterit Maiestas Vestra, si minori impensa vnus eques perveniet, quam vnus pedester. Accedit eo, quod omnia sunt cariora foro, quam integro et vnito regno erant, nam eo tempore militares versabantur in confinibus, vbi eciam non parum lucri habebant, quo sese iuuabant; non videtur autem nobis, quod Maiestas Vestra possit, stantibus sic rebus, facere mutacionem in stipendijs, sed dum Maiestas Vestra liberabit et vniet regnum, poterit tunc de his communiter commode concludere, qua in re et nos et ceteri domini stabimus penes Maiestatem Vestram, nam et nobis, qui post Maiestatem Vestram gentes tenemus, satis graue est maiori stipendio servitores tenere, quam olim tenebantur, sed non possumus aliud facere, propter rationem temporis.

Sed Maiestas Vestra habet in educendis in aciem equitibus majorem commoditatem, quam nemo principum Christianorum in toto orbe terrarum; nam si Maiestas Vestra personaliter in aliquam expeditionem proficiscetur, tenentur cum Maiestate Vestra, proprijs ipsorum expensis, vniversi prelatj, barones et nobiles, per singula capita, in expeditionem proficisci, et durante expeditione militari. Hec premissa, ad articulos per Maiestatem Vestram nobis porrectos, visa sunt nobis.

Postremo, ex quo videmus Maiestatem Vestram absque continuo bello, propter continuas hostium incursiones, imo

propter hostem in visceribus regni habitantem, non posse regnum, neque ab externis, neque ab internis hostibus liberare, videtur nobis, vt vniversi prelatj, barones ac nobiles et alij cujuscunque status et conditionis homines possessiones tenentes, de quolibet triginta sex jobagionibus, dent per integrum annum vnum equitem levis armature, loricatum, galeatum, clipeatum et hastatum ac frameatum, et sint tam homines, quam equi apti ad bellum, et tales equites habeant capitaneum et mittantur ad confinia, sub capitaneatu capitanej, quem Maiestas Vestra elegerit. Preterea, si Vestra Maiestas se personaliter in expeditionem moverit, extunc eciam omnes prelati, barones, nobiles et alij possessionati homines debebunt personaliter cum Vestra Maiestate, proprijs ipsorum expensis, interesse, hoc tamen declarato, quod si aliquis prelatorum, baronum, nobilium et aliorum quorumlibet possessionatorum hominum a Maiestate Vestra, vel ab aliquo dominorum stipendium assumserit, vtique pro persona sua obligetur alium conducere et in expeditionem mittere; hoc quoque declarato, quod domini possint in castris suis aliquos nobiles servitores suos domi relinquere, ita tamen, vt tales nobiles domi relicti pro se ipsis alios mittant; hoc autem propterea Maiestati Vestre consulimus, quod vidimus ex dicis magnas fieri dissipationes et paucas conduci gentes, et nihil, vel parum eciam ad manus Maiestatis Vestre ex illis pervenire, sed saltem quosdam privatos homines ex ea ditarj, non sine pernicie regnorum Maiestatis Vestre; hoc autem specificato, quod in hujusmodi missione equitum nec banus, nec vicebanus, nec comes, nec magister prothonotarius regni, nec judices nobilium, nulli denique cujuscunque status et conditionis homines sint exemptj. Ultra hoc soluantur proventus regij ab antiquo consuetj.

Nobiles vnius sessionis triginta sex mittant, vel teneant vnum equitem, nec quispiam ex ijs sit exemptus.

Supplicamus Maiestati vestre, ut si illum numerum militum, quem consuluimus vestre Maiestati, hac hyeme tenere noluerit, servare saltem illa tria millia hominum, que vestra Maiestas, medio domini Jwrysych in congregatione Dombrense,

vigore instructionis, sigillo et subscriptione manus vestre Maiestatis munite, suis impensis servare obtulit, ne velit diminuere. Que, ex quo videmus non sufficere, ob id et nos, sicut iam semel obtulimus, de quolibet triginta sex jobagione per totum annum continue dabimus unum equitem, et preterea proventus vestre Maiestati debitos soluemus, quos poterit vestra Maiestas in solutionem militum suorum convertere; nam si vestra Maiestas diminuerit illum numerum, veremur, ne regnicole incidant in desperationem; nunc quoque regnicole Croacie, quid moliantur, intelliget vestra Maiestas a domino Keglewtyh.

Quantum ad stipendia attinet, sicut et prius diximus, stantibus sic rebus, nobis non videtur posse vestram Maiestatem diminuere stipendium; utique faciat vestra Maiestas tractare cum suis familiaribus iam condictis et inposterum conducendis, si poterunt induci, ut minori stipendio contententur.

Quantum ad hoc attinet, ne familiares vestre Maiestatis multis equitibus conducantur (?), nobis quoque videtur ob causas per vestram Maiestatem allegatas.

Quantum ad naves attinet, videtur nobis, ut vestra Maiestas in locis Draui et Mure vicinis, faciat disponere centum quadraginta Saykas in eum eventum, vt si forte naves per Danubium non possent ad Drauum demitti, ne defectus contingat, jn locis autem Saui vicinis faciat vestra Maiestas disponere Saykas sexaginta, nam ad Sauum neque ex Dravo, neque ex Danubio possunt naves commode transferri, Turce vero possunt suas naves, tam ex Danubio, quam ex Dravo in Sauum transferre; sint autem tam ad Drauum, quam ad Sauum Sayke simplices.

Quantum ad Nazadistas attinet, videtur nobis, ut Maiestas vestra statim conducat capitaneum Nazadistarum, et vaivodas, et illi conducant decuriones, et hoc fiat absque mora, tandem erit officium capitanej, vaivodarum et decurionum alios gregarios milites querere et assecurare, et tandem conducere.

Nomina arcium in Croacia existentium, que indigent peditibus et puluéribus:

Byhegh
Repach } Regie Maiestatis, domini nostri clementissimi.

Kruppa
Wywar } domini Zrinj.

Othrok
Bwssowyth } Blagay.

Cethyn
Zlwn } domini Zluny.

Jsachych: Pauli de eadem.

Thersacz
Dresnyk } domini de Thersacz.

Kubazyth: Georgij de eadem.

Gradecz cum
Civitate } Capituli Zagrabiensis.

Hrazthowycza et duo castra in civitate murata: Reverendissimi domini Zagrabiensis.

Kozthanycza
Dwbcyze } quondam despotj.

Nomina castrorum in Sclavonia:

Velyke: domini Nadasdy.

Zombathel
Vywar
Brijth wijchewijna } nobilium de Zemche.

Rassa
Pekrecz } domini Zriny.

Feyerkew: domini Keglewyth.

Pethrowijna: domini Pekry.

Chakoocz
Kewwar } domini Thahy.

Selnyak
Zyrch } nobilium Castellanffy.

Monasterium Zerdahel: domini Nadasdy.

Krystalloocz: domini Batthyany.

Dijan vara: Petrj Palffj.

Desnycze: variorum nobilium.

Athyna: Vrbani Batthyany.

Rahocza: domini Ladislai More.

Bela et
Oporocz } Francisci Kapolnay.

Darnocz
Zenth Myklos } quondam Ladislaj Banffy.
Korogh: Balthasari Banffy.
Berzewcze: nobilium Kerecheny et Krwsyth.
Paschijncz: Georgij Paska.
Rachyza zenth Isthwan: domini Tahy.

Ceterum Vestra Maiestas habeat talem curam de edificando castello Jazenocz, ne, si Turce illius edificationem preripuerint, tota pars Sclavonie et Croacie, que Savo et Vn fluminibus est vicina, pereat; vel saltem Vestra Maiestas habeat medio Capitanej, vel banorum, talem curam, ne Turce edificare possint; si Vestra Maiestas illud edificaverit, non solum poterit suos ex eo defendere, verum eciam hostes illinc continue premere, et vel numerosissimum exercitum Turcarum eciam ab aliqua ingenti expeditione illinc divertere, tanquam olim ex Belgrado; nam locus ille et exercitui terrestri et classe alenda longe est Belgrado commodior; bonum esset tamen, vt Vestra Maiestas mitteret ad videndum locum illum aliquem peritum architectum suum, qui tandem posset Vestram Maiestatem, et de loci illius conditione et commoditate, et quantis sumptibus et laboribus edificarj et conservarj possit, informare, nam nunc quoque deus, ex sola sua misericordia, illum locum liberavit e manibus Turcarum.

(Két darab egykorú irat a bécsi titkos levéltárban. Ezek egymást kiegészítik: bár lehetséges, hogy a második, mely jelen közleményben vonal által van elválasztva, később iratott és adatott be, mint az első.)

XII.

1537. November.

Ferdinánd király leirata, a tótországi rendek követeinek válaszára.

Responsum regie Maiestatis ad eos articulos, quibus oratores regni Sclavonie responderant ad proposita sue Maiestatis.

Ubi domini oratores et commissarij responderunt ad primum articulum et propositionem sue Maiestatis, quod opus esset confinia, que supersunt, tam in Croacia, quam in Scla-

vonia firmare equitibus, peditibusque terrestribus et navalibus, ac pulueribus et ingenijs etc.

Maiestas sua respondit: summam curam se habuisse tuendi illius regni Croacie et Sclavonie, et nunc quoque potissimum hanc solam ob causam sua Maiestas voluit ad has partes venire, ut cum ipsis dominis oratoribus presens tractaret, atque iniret aliquam rationem, qua regno et partibus illis defensio ac tranquillitas parari posset; jdque certum ac firmum habeant ipsi domini oratores et universi regnicole, suam Maiestatem omnes conatus, omne studium cum fraterna cesarea Maiestate in id impendere, ut ipsos ac partes illas non modo liberaret a Tirannide atque grassacionibus Thurcorum, verum eciam, ut domestica quies, tranquillitasque illis parari posset, ad quam rem Maiestas sua adeo propensa est, ut neque regnis, provincijsque et quibusuis dominijs neque proprie persone parcere vult.

Ubi autem domini oratores proponunt ad defensionem confiniorum, que in regno Croacie et Sclavonie adhuc supersunt, opus esse equitibus peditibusque tam terrestribus quam navalibus, ac pulveribus et ingenijs etc.; deliberavit sua Maiestas duo millia equitum levis armature et mille pedites in locis necessarijs utriusque regni hac hyeme conservare.

Quod autem ad pulveres attinet, pro dandis signis, Maiestas sua ad hoc ipsum ordinavit iam Pethauie sufficientes pulveres.

De navibus autem apparandis et conducendis nazadistis, Maiestas sua, iuxta consilium ipsorum oratorum, mox providebit, et citra omnem moram expediendos eos curabit.

Quod autem ad arces, castella, oppida et alias municiones attinet, quas ipsi oratores aiunt indigere pulveribus, ingenijs, peditibus, alijsque necessarijs rebus, Maiestas sua, iuxta consilium ipsorum oratorum, deliberavit nunc primum providere per capitaneum et banos, unicuique locorum, secundum necessitatem loci et condicionem possidencium.

Quod autem oratores suadent, ut cum adversarijs nostris concordiam aliquam inirenus etc., Maiestas sua respondet, nunquam se abnuisse bonam pacem, et sub bonis condicionibus neque nunc abnuere.

Ubi autem oratores, certas ob causas, optant, ut in futura expedicione in propria persona interesse dignaremur, sua Maiestas respondit: nihil se magis et ardencius optasse, quam ut in preterita etiam expedicione interesse potuisset, tamen tot ac tam arduis negocijs implicita fuit sua Maiestas, ut suis votis nequaquam satisfacere potuit, sicuti aliquibus ex ipsis oratoribus sua Maiestas partem aliquam eius impedimenti significavit; nihil ergo dubitent fideles subditi, quin sua Maiestas ultro ad id propensa, parataque sit, et cum eis sit interfutura in propria persona.

Item, ubi domini oratores admonent suam Maiestatem, ut solicitaret fraternam eciam cesaream Maiestatem, aliosque principes cristianos atque dominium Venetorum, ut ipsi quoque studia sua impenderent ad defensionem reipublice cristiane; Maiestas sua neque hactenus pretermisit, quicquid ad hanc rem pertinere existimavit, neque autem cessat solicitare eos, ut tam pium opus diligencius capessant.

De victualibus, quoniam intelligit sua Maiestas ex ipsis oratoribus et eciam aliunde, ad generalem expedicionem ex ipsis regnis Croacie et Sclavonie sufficientem provisionem fieri non posse, Maiestas sua de alijs quoque locis clementer providere dignabitur; cupit tamen sua Maiestas, ut quicquid ab ipsis quoque prestari poterit, fideliter et diligenter providere curent, presertim quod sua Maiestas precia omnium persolvi faciet.

Loca autem ad convehenda victualia, iuxta consilium ipsorum oratorum, placent sue Maiestati, videlicet Zagrabia et Varasd.

Ubi autem oratoribus videtur, ut universi prelati, barones ac nobiles et alij cuiuscunque status et condicionis homines possessiones tenentes, de singulis triginta sex colonis dent per integrum annum unum equitem levis armature, loricatum, galeatum, clipeatum et bene instructum, ac tam personam eius, quam equum bello aptum, utque tales mittantur ad confinia sub capitaneatu capitanei, quem sua Maiestas elegerit etc. Probat sua Maiestas consilium oratorum, quod ita propensi sunt ad defensionem patrie; tamen sua Maiestas hortatur oratores ipsos, ut efficiant apud regnicolas in futura dieta, ut,

habita ratione presentis temporis, a viginti quinque colonis dent singulum equitem, bene, ut predictum est, instructum, ut de numero istorum compleatur numerus duorum millium equitum per suam Maiestatem oblatus.

Item, ubi facta est mencio de proventibus regijs, ab antiquo consuetis, hortatur sua Maiestas oratores, ut bene perpendant, quantis necessitatibus prematur hoc tempore sua Maiestas; ad eorum defensionem itaque missura est sua Maiestas oratores suos ad futuram dietam, cum quibus ipsi oratores agant apud regnicolas, ut ad hanc tam necessariam rem saltem unum et dimidium florenos contribuant persuadentes eis, quod sua Maiestas ipsam contribucionem, non in alium usum sit conversura, quam ad defensionem patrie ipsorum.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

XIII.

1537. November.

A tótországi rendek követeinek, Ferdinánd királyhoz intézett felterjesztése.

Sacratissima Regia Maiestas, domine domine nobis clementissime. Supplicant Maiestati Vestre Sacratissime, medio nostri, vniversi prelati, barones, nobilesque et omnes ordines regnorum Vestre Sacratissime Maiestatis Croacie et Sclavonie:

Imprimis, vt Maiestas Vestra dignetur in medium illorum creare et dare banos duos, vt habeant curam regnorum Vestre Sacratissime Maiestatis, tam in defensione regnorum predictorum, quam eciam in administratione juris; tales autem banos Vestra Maiestas creare et dare dignetur, qui sint virj probi, militares et justi.

Secundo, vt Vestra Maiestas iam tandem dignetur bona omnium, per alios occupata, reddi facere, jd quod alioqui Vestra Maiestas et publice, et private se gratiose nobis obtulit, et per literas suas nos assecuravit.

Tercio, vt Maiestas Vestra Sacratissima jam tandem faciat cessare in regnô Sue Maiestatis direptiones, tam per militares,

quam per alios potentes, nam alioqui, eciamsi a nullis hostibus externis vexaremur, impossibile est regnum stare posse.

Quarto, Vestra Maiestas faciat eos contentare, qui per nonnullos sunt intollerabilibus damnis, in personis, bonis et rebus affecti, et, quod majus est, multorum patres, fratres et amicj crudelissime, non solum rebus et bonis, verum eciam vita privati sunt; sicut Vestra Sacratissima Maiestas cognoscet, dum in omnibus judicium administraverit.

Ejusdem Vestre Sacratissime Maiestatis fideles
prelati, barones et nobiles oratores
regnorum Croacie et Sclavonie.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

XIV.

1537. November.

A tótországi rendek követeinek, Ferdinánd királyhoz intézett, második felterjesztése.

Ut vestra Maiestas faciat proclamare dietam in regno Sclavonie, ad quam mittat oratores suos pro subsidio petendo, qua in re nos non deficiemus agere, ut vestra Maiestas voti compos fiat.

Ut vestra Maiestas talem dicatorem preficiat in regno Sclavonie, ne, tam in connumeranda, quam exigenda dica, damnum paciatur; tum etiam, ut ex dicatore possit vestra Maiestas intelligere, quantus numerus equitum complebitur, dando de quibuslibet triginta sex jobagionibus unum equitem.

Ut vestra Maiestas preficiat in capitaneum nazadistarum dominum Balthasarum Banffy, cuius consilio vestra Maiestas plures vaivodas, centuriones et decuriones his, quos vestra Maiestas habet, conducere faciat.

Ut Maiestas vestra dignetur nos de illo principaliori articiculo, videlicet de restituendis bonis omnium, per quoscumque occupatis, generosam relationem facere.

Postremo, quod vestra Maiestas dignata est nobis respondere: velle absque mora in medium nostri banos creare et

dare, supplicamus Maiestati vestre, ut ipsos iureiurando adigat, ut ipsi ante omnes alios, quibuslibet cum eis litigare volentibus, juri stabunt, et satisfactionem de se ipsis impendent.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

XV.

1537. November.

Ferdinánd király válasza a tótországi rendek biztosainak második felterjesztésére.

De termino diete cum ipsis oratoribus concludet sua Maiestas.

De dicatoribus idoneis, ut ipsi optant, Maiestas sua bene providebit.

Ad capitaneatum nazadistarum de Baltasare Banffy contenta est sua Maiestas.

Restitutionem bonorum, sicuti prius obtulit sua Maiestas, ita graciose exequi vult.

Ut bani ante alios juri stare debeant; Maiestati regie digna res visa est, ut de omnibus, que a tempore regiminis sue Maiestatis patrata sunt, juri stetur.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

XVI.

1537. Deczember 9.

Ferdinánd királynak, a tótországi rendekhez intézett leirata, melyben azokat a bánok kinevezéséről értesíti.

Ferdinandus etc.

Omnibus et singulis Reverendis, spectabilibus, Magnificis, nobilibus, egregijs, prudentibus ac circumspectis, ceterisque statibus et vniversitati regnicolarum regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatie et Sclavonie, fidelibus nobis dilectis, salutem,

graciam regiam et omne bonum. Cum non obliti essemus, vos ardentissimis votis et vnanimi quasi voce a nobis jam diu, atque adeo sepius precatos fuisse, vti, ex veteri more jnstitutoque regnorum istorum nostrorum, proque communi eorundem bono, vtilitateque, banum vnum atque alterum crearemus, administrandisque rebus publicis istis preficeremus, jdque ipsum nos, pro eo utque regem decebat sui populi perstudiosum, primo quoque tempore facturos fore gratiose vobis promisisse recordaremur, cumque preterea per oratores vestros ea de re rursus, nomine vestro, illorumque in Grecio nuper admoniti, vestris justissimis desyderijs ac postulatis, presertim suadente et impellente nos quoque temporis huius conditione, rerumque statu, morem omnino gerendi, promissaque nostra prestanda duxissemus; jdcirco de Magnificorum, fidelium nobis dilectorum Thome Nadasdÿ et Petrj Keglewyth de Busyn, in agendis rebus experientia, singularique jndustria, animique fortitudine et longo rerum vsu nacta prudentia, plenam notitiam habentes, deque illorum virtute, devotissimaque erga nos voluntate, plurimisque documentis probate et comperte fidelitatis constantia, optime confisi, illos ipsos in prefatorum regnorum nostrorum legitimos et veros banos, maturo consilio, animoque bene deliberato, et ex certa scientia nostra, eligendos, creandosque censuimus, sicuti, de regie potestatis nostre plenitudine, elegimus et creavimus; quamobrem vobis omnibus et singulis, harum serie firmissime precipientes, mandamus, vt dictos Thomam Nadasdÿ et Petrum Keglewyth pro veris banis, sic a nobis creatis, suscipiatis et agnoscatis, illisque, non solum debitum honorem exhibere, verum etiam in omnibus, que ex offitio suo, juxtaque regnorum istorum ordinationes, ritum et consuetudinem, fecerint, jusserintque, benevolis animis obtemperare, obedireque curetis; ita, vt munus suum per omnia recte administrare, eaque exequi, vestram per obedientiam, ab antiquo magistratui iste prestari solitam, vbiuis possint et valeant, que ad communem vestrorum omnium salutem, pacificationem et regnorum istorum nostrorum jncolumitatem et conservationem merito spectant; quemadmodum vnumquemque vestrum, prout decet et convenit, nonnisi exporrecta fronte facturum esse certo confidimus et speramus, nostram in

eo expressam et omnimodam executuri voluntatem. Datum in oppido nostro Crembsÿ IX. Decembris 1537.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

XVII.

1537. Deczember 9.

Ferdinánd király meghívólevele, a tótországi rendek kőrösi gyűlésére.

Ferdinandus etc.

Magnifice, fidelis dilecte. Licet cum oratoribus, quos communes regnorum istorum nostrorum status atque ordines ad nos Grecium, superioribus diebus, miserunt, super defensione et conseruatione, non minus futura, quam presenti, fidelium regnicolarum nostrorum, multa paterne tractauerimus, tamen cum ex his atque alijs pleraque superessent, que partim dicti oratores ad vniversos status referri debere putarent, partim vero nos per peculiares commissarios nostros eisdem de consilijs et studijs nostris, ad ipsorum salutem, jncolumitatemque spectantibus, exponere decreuissemus, vt vnanimi scilicet eorundem voluntate et consensu illa ipsa concluderentur; opere pretium sane existimauimus, pro rebus istiusmodi mature conficiendis, alium conuentum et dietam indicere, quam vtique ad festum trium regum proxime futurum in — — — — indiximus et conscripsimus celebrandam. Quare cum eo certos comissarios nostros, vt diximus, qui omnem mentem nostram declarent, emandaturi simus, ibidemque ex omnibus statibus, quam plurimos conuenire velimus, tibi proinde firmiter committimus et mandamus, vt ad prefixum dicte terminum conuentui isti, vbi, que vestrum omnium ac totius adeo christianitatis commodum rationesque concernunt, agentur, omnino intersis, teque nullo modo absentes. Nostram in eo expressam et omnimodam executurus voluntatem. Datum jn oppido nostro Crembsij, die 9-na Decembris 1537.

Egy másik példány:

Ferdinandus.

Egregii et nobiles fideles dilectj. Committimus vobis, ut uniuersis dominis prelatis, Baronibus et Vniuersitati Regnicolarum istius regni nostri Croatiae et Sclauoniae ad festum Epiphaniarum dominj proxime uenturum, dietam generalem ad declarandos banos nostros, et ad eligendum Magistrum prothonotarium, in Ciuitate Nostra Crisiensi celebrandam, more solito proclamare ac promulgare debeatis. Aderunt autem ad idem tempus oratores quoque nostri, quos Crisium missuri sumus. Secus igitur facere non presummatis. Datum.

(Eredeti fogalmazatok a bécsi titkos levéltárban.)

XVIII.

1537. Deczember 18.

Ferdinánd király utasítása a tótországi rendek kőrösi gyűlésére küldött biztosai részére.

Ferdinandus etc.

Instructio de ijs, que Magnifici fideles nobis dilecti Nicolaus Juritschitz baro in Güns, generalis capitaneus noster etc., Franciscus de Bathyan comes comitatus castri ferrei, consiliarij et commissarij nostri apud vniversos status regnorum nostrorum Croatie et Sclavonie, in publico conventu et dieta, una congregatos, nomine nostro, agere et tractare debent.

Inprimis, post redditas literas nostras credentiales, eis graciam nostram regiam et omne bonum exponant.

Deinde referant, ipsos in proxima Dombrensi congregatione facile intellexisse paterna studia, animumque nostrum, ad eorum omnium salutem, istorumque regnorum nostrorum defensionem et conservationem majorem in modum inclinatum, et quantopere in faciendis provisionibus necessarijs et oportunis animati simus, et quam ingentem curam suscepe-rimus ipsorum causa, quippe qui omnes cogitatus nostros eo destinassemus, vt non solum ipsorum erumnis et adversis rebus, fortunis ac rationibus consulamus, verum etiam ea omnia, pro nostra paterna erga illos sollicitudine, clementique voluntate, agamus, que cum ad resartienda ipsorum damna et

jacturas facere, tum ad protectionem et liberationem eorundem, tanquam fidelium regnicolarum nostrorum, spectare, idoneaque ac vtilia esse possint; in qua quidem re, vt nullis nos, neque laboribus, neque jmpensis pepercisse hactenus sensissent, ita dehinc etiam que auxilia, queque suppetie fideles subditi a perclementi principe atque rege suo sperare possint, expectareque debeant, ea ne a nobis desiderentur, omni studio, proque virili nostra, curaturi simus; jd quod vel ex eo perspicere liquido potuerint, quod post inopinatum casum exercitus nostri mox Gratium non paucarum provintiarum et patriarum nostrarum status convocare, eoque in propria persona nos conferre haud dubitaverimus, in hoc scilicet, vt super necessarijs subsidijs, pro defensione regnorum istorum nostrorum, eorumque fidelium subditorum, tam futura, quam presente prestandis, tanto maturius et majori cum fructu tractaremus, vnde etiam merito adducti fuerimus ab illis ipsis petere, vt ad nos eodem tempore suos oratores, cum plenis mandatis, Gratium destinarent, quibuscum de modis atque remedijs, pro dictorum regnorum nostrorum avertendis difficultatibus et impendentibus necessitatibus, adhibendis, gratiose consulere, agere, transigereque possemus, sicuti hec et alia pleraque proposita nostra in superiori conventu, in Dombro habita, eisdem latius per comissarios nostros explicata fuissent, que superfluum sit, ac minime opus rursus hic commemorare atque repetere.

Ex quo autem prelibati status, ad requisitionem nostram, suos oratores ad nos expedivissent, nos sane illorum adventum, simul et nostri observantie, obedientieque plenam voluntatem, quam nobis per hoc dicti ordines ostendissent, clementi admodum, gratoque animo suscepisse, prout ipsorum oratoribus testati essemus, primo scilicet congressu; cum quibus etiam perquam gratiose et confidentissime tractare cepissemus, eisque cuncta, que pro communi bono, atque commodo memoratorum regnorum constitui, ordinarique summopere oportere existimavimus, diligenter aperuissemus; subinde etiam, que petitio nostra de futuro subsidio, per status illos nobis prestando, existeret, vna quoque explicassemus, non sine commemoratione causarum; quamobrem id et nobis expetere visum sit, et illi

prestare merito debeant: prout a suis oratoribus jam nunc procul dubio ijs de rebus omnibus satis abunde perceperint.

Et quamvis valde tum necessarium, tum expediens fore putaverimus, vt primo quoque tempore, et cum efficaci fundamento, istiusmodi propositiones es postulationes nostre nonnisi ad dictorum regnorum, eorumque vniversorum fidelium evidentem vtilitatem, sicuti clare apparet, tendentes, concluse et acceptate fuissent, absque vlteriori nimirum prorogatione et dilatione earum rerum, quibuscum necessaria defensio simul et liberatio, solidaque quies regnicolis istis parari possit; attento eo potissimum, quod regna ista Croatia et Sclavonia, licet nimis intolerabile onus ferant, multaque damna et erumnas hactenus a Turcis perpessa fuerint, tanto tamen majora auxilia, pro tuenda nimirum patria sua, suppeditare deberent, quanto periculis ipsis locorum propinquitate magis sunt exposita, ut eorum scilicet exemplo finitime queque, illisque proxime provintie, ac patriarum nostrarum subditi vsque adeo magis incitarentur ad ampliores suppetias suppeditandas, quo istorum regnorum populos non minus proprijs opibus quoad possent, Turcharum potentiam depellere, seseque ac fortunas suas vel extremis auxilijs, mutuaque, pro cuiusque facultatibus, contributione defendere, quam aliorum magna subsidia expectare, inque illis tantum summam spem suam posuisse videbunt. Attamen nos apud prefatos oratores, etiamsi habuerint plena mandata, obtinere illud non potuisse, vt juxta petitionem nostram, et pro vrgenti rerum necessitate, annuere, remque concludere voluerint, quin potius quicquid fuit petitionis nostre, ad communes status referri debere censuissent, non obstante, quod ipsimet affirmarint, summam necessitatem exposcere, plurimumque vtile fore, vt de ijs rebus sine mora transigeretur, conclusioque, pro petitionis nostre equitate, fieret; cum vero in sententia eorum sic perstitissent, negotiumque ad omnium statuum in communi congregatione aures rejiciendum, vnanimique istorum consensu absolvendum et determinandum omnino existimassent, non absque legitimis causis moti simus, aliam dietam ad festum trium regum, per vniversos status celebrandam, indicere et proclamare; tum, vt que nos cum oratoribus suis Grecij agitaverimus, de ijs perspicue informari

possent, tum vt latius atque amplius de omnibus rebus, pro eorum bono, quieteque ordinandis, tractaretur.

Nostre autem petitionis summam hanc fuisse et esse: primum, vt pro conservatione regnorum istorum, proque tutandis confinibus ac fidelibus subditis, singuli prelati, barones, nobiles, ceterique status omnes, de quolibet vigesimo quinto jobagione, adminus vnum equitem, per integrum annum, similiter pro vnaquaque domo, seu foco, duos florenos Hungaricales dare et contribuere velint, et quod ista contributio et connumeratio cum tali bono ordine fiat, vt inde et regna ipsa, pro conservatione et defensione sua, et nos pro intertenendis gentibus istuc debitos fructus atque commoda capere et sentire possimus, et ne, sicuti prius contigit, inutiliter talis pecunia dilabatur, et inter manus eorum, qui in proprios vsus convertant, absque publico nimirum emolumento evanescat; et quoniam inevitabilis, summaque adeo necessitas requirat, vt sibimet ipsis, dum nos vnacum patrijs et provintijs nostris hereditarijs optimos adjutores habebunt, opem ferre, manusque invicem porrigere cogitent, omniaque possibilia auxilia prestare studeant, nec non onus suis humeris et facultatibus aliquanto gravius imponere non recusent, ob id quod eorum res atque fortune, magis quam aliorum in discrimine periculoque versentur, constituteque sint: eapropter nos ab eis impensissime petere et efflagitare, vt postulatis nostris eo minus satisfacere graventur, quo magis cernunt et animadvertunt, nos in omnes curas jncumbere et toto quasi pectore jnvigilare, vti eos, tam nostris, quam omnium dominiorum nostrorum collectis auxilijs, ab jmminentibus malis eripiamus, ipsorumque fortunas sublevemus, et in tranquillum statum reducamus et collocemus; quare equum et conveniens esse, ut, cum hec ita sint, aliquid vltra vires hoc tempore faciant, onusque illud, quantumvis grave, pacienter ferant, presertim cum quicquid hac in parte contributuri sint, illud totum sibi ipsis tum bono commodoque cedet, tum saluti vtileque erit, quandoquidem non in alios, quam in proprios ipsorum vsus, inque patrie sue defensionem, ejusmodi pecunie erogationem adhibitum iri facile sciant; quibus vtique causis tanto vehementius commoveri et persuaderi debeant ad prestandum pe-

titum a nobis auxilium, tam vnius equitis de 25 jobagionibus, quam duorum florenorum Hungaricalium de quolibet foco; maxime cum inde non solum sibi ipsis commodare ac prodesse possint, verum etiam apud omnes homines maximam pietatis offitijque sui laudem atque gloriam certo comparaturi sint.

Namque nos interea temporis, tum pro defensione confinium regnorum istorum, tum Turcharum arcendis repentinis incursionibus, ac omnium fidelium regnicolarum nostrorum quiete bis mille equites levis armaturae ac mille pedites alere, sustinereque gratiose annuisse, sicuti a suis oratoribus, et ex responso nostro eisdem in scriptis novissime Grecij dato, sine dubio intelligere potuissent; quamvis consyderauerimus vel propter hybernum tempus, vel quia exigua Turcharum copia jam in confinibus remansisse pro certo dicatur, pauciorem etiam militum numerum pro nunc ad tutandos fines regnorum sufficere posse; jtaque illorum juditio perpendendum relinqueremus, an ad parcendum gravioribus jmpensis ac sumptibus, quos nos ad jntertenendas termille bellatores hoc tempore, quo hyems ipsa Turchas domi continere et ab jmpressionibus facile prohibere consuevit, facere oporteat, numero illi aliquid detraheretur, vti ad instantem scilicet estatem, dum magis opus sit, dumque expeditio generalis suscipi queat, a pecunijs paratiores essemus; omnino enim ex istiusmodi parsimonia, que potius providentia appellanda sit, consecuturum fore id, quod jmminente acerbiore necessitate regnis istis a Turcha, tanto copiosius eis succurri posset; que tamen ipsa nequaquam in eam partem ab illis accipi sive intelligi velimus, quasi mens et voluntas nostra sit vllis impensis parcendi, quas ipsorum necessitas ac merita defensio requirant, sed quia ex re non minus ipsorum, quam nostra esse possit, vt si minori gentium numero per hosce menses hyemales confinia ita custodiri queant, vt a regnicolis periculum absit, in eo quidem et temporis et nostri etiam ratio habeatur, propterea quod sciant et satis superque cognitum illis sit, nos tot tantisque sumptibus hinc inde factis, continueque faciendis, jmmensum in modum gravari et exhauriri, deinde quod non ignorent, quos pecuniarum acervos accumulare necesse habeamus, vt nos ac nostros ad futuram estatem, pro obviando Turcharum

potentie, vbi vbi penetrare tentaverint, in suscipienda necessaria expeditione, ex omni parte paratos et succinctos reddamus, efficiamusque.

Quapropter nos firmiter sperare et confidere, neque quidquam dubitare, quin ex supradictis causis petitis nostris sine omni recusatione, vnanimique adeo consensu morem sint gesturi, presertim cum in eo ipsorummet commodum a nobis paterne procurari videant, et quemadmodum et antea ipsis in proxima dieta ostendi fecissemus, quam ingens spes redimende vel vniverse christianitatis a Turcharum rabie ferocitateque omnibus Christi fidelibus ex eo affulsisset, quod confederationem inter cesarem, papam, nosque et Venetos suscipiende generalis contra Turcham expeditionis feliciter inchoatam et tractatam esse audivissent, ita eosdem etiam nunc haud clam esse vellemus, eandem confederationem ad optimum effectum tendere, adeo, quod si vnquam alias, nunc vel maxime debellandi Turce commodissima occasio divinitus reipublice christiane oblata esse videatur; cui preterea accedat et hoc, quod eosdem latere noluerimus, nempe inter Cesaream Maiestatem ac regem Gallorum jnducias esse novissime factas, dictumque regem, cum numerosissimo exercitu trans Alpes in Longobardiam profectus esset, rursus in Galliam redire cepisse, spemque non mediocrem afferri, quod bona pax consecutura sit, ad quam procurandam et opera et consilio et hortationibus subinde nostris nos minime deessemus, que quidem, si deo bene propitio successerit, tanto magis adversus Turcham vires Christianorum per metum conjunctum iri, et vndiquaque illius potentiam fracturos fore credendum sit. Atque nolle nos eos fugere etiam illud, quod in confederationis capitulis propositis et conceptis a nobis requiritur, vt pro parte nostra exercitum non paucorum millium hominum contra Turcham comparare et intertenere debeamus, quocirca majorem in modum necesse esse, vt in eo, quod nobis ratione confederationis imponitur, non negligentes simus, quin potius pro rata nostra nos sic exhibeamus, vt omnem confederatorum expectationem satisfaciamus, alioquin si recusaremus prestare ea, que a nobis hac in re petuntur, periculum esset, ne nos confederationis participes fieri possemus; jd quod certe incomparabile damnum et

jacturam, tum regnorum istorum, tum omnium provintiarum et dominiorum nostrorum vergeret; vnde omnino animati simus in hac confederacione etiam atque etiam curare, vt pro communi bono, fideliumque regnicolarum nostrorum consolatione, partes nostras subeamus, quandoquidem in casu, quo Turcha cum omni potentia regna nostra invaderet, omnium confederatorum auxilia presto futura sint; sed vt hec, prout a nobis postulant, prestare et efficere possimus, sicuti profecto cupimus et volumus, in regnicolis istis, quorum res commodumque agitur, haud parum jmo multum situm esse, vt quid sibi, quid patrie, quid liberis, quid aris focisque ac penatibus ab hostibus defendendis in tanta rei bene gerende occasione, in tam oportuno tempore debeant, vbi nimirum preter nos, omnes christianos principes, reges, potentatus, conjunctis viribus istius belli tam salutaris et necessarij adjutores paratissimos habituri sint, etiam atque etiam videant, et nunc potissimum auxiliatrices manus porrigant; nam indubitato sibi persuadere debeant, nos totis viribus nostris illorum salutem, protectionem ac quietem procuraturos, ac nihil penitus pretermissuros fore, quod ad fortunas ipsorum, nostra ope, armisque tuendas pertineat, quodue illis vsui ac commodo vlli esse posse existimaverimus.

Ceterum, quod ad ipsorum postulata attinet, que quidem oratores sui nobis in scriptis obtulere, prefati commissarij nostrj dicant nos super ijs, vti clementem eorum regem decet, non minus paterne, quam gratiose respondisse, quod quidem responsum, per literas a nobis datum, non dubitemus, ipsos a dictis oratoribus suis jam nunc accepisse.

Nam quoad pulverem tormentarium, de quo necessariam provisionem a nobis fieri postularunt, in eo gratiosum quidem ordinem et comissionem prefato Magnifico Nicolao Juritschitz generali capitaneo nostro etc. dedissemus, sicuti ab eo coram intelligent; qui autem a seipsis habeant, vnde castris suis de munitionibus necessarijs providere possint, et ex proprijs bonis et facultatibus sibimet auxiliari queant, illos sane equum sit et conveniens, pro bono patrie sue, id facere.

Circa tractatum vero pacis cum Waywoda, arcium provisionem, personalem profectionem nostram ad bellum, potuisse

illos ex suis oratoribus cognovisse, que mens ac voluntas nostra in ijs sit, queque in eo genere prestare obtulerimus; vnde facile deprehendere possint, quam omnibus modis cogitemus ipsorum curam gerere, illosque haudquaquam derelinquere. De navibus parandis dicant prefati commissarij nostri, nos nullum tempus neglecturos fore, vt in locis commodioribus edificentur, statim enim ordinem dedimus de lustrandis lignaminibus, et in quibus locis propter lignorum commoditatem ac fluuiorum vicinitatem, omnium optime naves construi queant, vt inde, cum opus sit, ad aquas deduci et transportari possint.

Super provisione victualium, etiam nos eandem summopere necessariam ac minime posthabendam esse judicasse, vt tum ex omnibus locis in regno, tum aliunde etiam, quo meliori modo fieri poterit, colligantur, et ad certa ac idonea loca comportentur, vbi ad ingruentes necessitates belli conservari, et eorum copia in parato, quantum opus sit, haberi possit: de quibus, nec non alijs plura prefato capitaneo nostro generali cum banis et omnibus statibus regnorum istorum, nomine nostro, pro eorum benefitio, agenda et tractanda comisissemus, sicuti latius ab illo cognituri essent mentem et consilia nostra.

Porro autem, quod ad omnium ordinum vota, desyderiaque attineret, de creandis a nobis banis, nos ex varijs, pluribusque causis, merito adductos, pro bono et commodo regnorum istorum, duos banos, nempe Magnificos fideles nobis dilectos Thomam Nadasdy et Petrum Keglewyth de Busyn elegisse et creasse, quos offitio illo recte, prudenterque fungi posse non dubitaremus, quibus nimirum, iureiurando ab eis prestito et accepto, iniunxissemus, vt tam in administratione justitie, quam in ceteris rebus, per illos ratione offitij ab antiquo fieri consuetis, nec non in defensione regnorum istorum, munus suum quam studiosissime, integerrimeque obirent; ita scilicet, vt non minus pauperi, quam diviti jus ipsum equa lance prestare debeant, prout commissarijs nostris mandabimus, vt eosdem in presenti dieta istic nomine nostro jusiment et publicent; quibus banis, preter alia, imposuerimus, vt ex veteri more et antiqua vtriusque regni consuetudine, omnibus juditium iusto administrare ac vnicuique jus suum reddere, nemine nimirum excepto, et ut eos, qui indigne indebiteque suis bonis

spoliati sunt, jure mediante, in possessionem eorundem restitui faciant, et omnia preterea agant, que tum justitia, tum equitas et omnis ratio dictitat.

Ceterum de reliquis articulis petitionis ipsorum relationem, deliberationemque nostram ex responso, quod ipsorum oratoribus dedimus, illos abunde posse percipere.

Circa tenendos vero exploratores, idque genus alia, nos banis curam illam imposuisse.

Cum igitur, tum ex supradictis, tum sepenominato responso nostro effusissimam voluntatem, ingentemque paterni animi nostri erga eos propensionem, jmmensaque studia, que ad istorum regnorum salutem, defensionem ac omnium ipsorum eliberationem, parandumque otium conferre nunquam dubitavimus, perspicue animadvertere queant; non posse nos de illis nobis aliter persuadere, quam quod vicissim sese erga nos in satisfaciendo justis petitionibus nostris ita gerent et exhibebunt, vti fidelissimos subditos, suique regis et propugnatoris observantes, studiososque apprime decet, quos vtique, pro nostra liberali gratia, regioque munere, semper tuendos curabimus, nec vnquam eis auxilia nostra deesse patiemur; jd quod non solum jndubitato credere, verum etiam omnia a nobis denique expectare debeant, que quique boni ac fideles subditi ab optimo et Clementissimo rege merito sperare possunt. Et in ijs omnibus ordine recensendis prefati consiliarij et commissarij nostri expressam nostram executuri sunt voluntatem. Datum Crembsij 18. Decembris 1537.

Insuper prefati oratores nostri referant, nos hactenus, non sine magna animi nostri molestia, cognovisse et perspexisse miserabiles calamitates, erumnas, damna, malaque, quibus fideles subditi illi nostri non solum a Turcis, verum etiam ab ipsismet incolis et prepotentibus quibusdam omni violentie, rapinarumque genere crebro affecti fuere, quarum rerum indignitatem populique nostri vexationes etsi graviter, acerbissimeque semper, ut par fuit, tulerimus, illisque inconvenientibus omni ratione, consilioque obviare, quoad ejus fieri potuit, studuerimus; tamen non potuisse nos tot, tantisque monitis, preceptisque nostris apud unum atque alterum efficere, uti ab injuriis inferendis sese continerent, quietique po-

tius ac paci incumberent. Quamobrem nos, uti vere christianum principem et dominum illorum, ad salutem tuendam, periculaque propellenda propensissimum, etiam atque etiam cogitasse, quasnam rationes extinguendarum istiusmodi discordiarum intestinarum, mutueque simultatis tollende iniremus, ita ut sublatis contentionibus animorumque dissensione, fideles nostri, non tam paucorum vi, immoderataque occupandi aliena cupiditate, quam justitia, virtute nimirum suum cuique tribuente, regerentur, exercendoque ex equo judicio, in ocio, tranquillitateque retinere possent, neque innocentes ullius improbi, violentique hominis potentiam, libidinemque timere posthac haberent, ne per fas nefasque illorum bona eriperentur; putasseque, vel ipsorum omnium consilio, id ipsum per Banorum Creationem recte fieri constituique posse. Proinde visum fuisse nobis ad hoc muneris Ludovicum Pewkry eligendum, sibique collegam aliquem addendum; et quamvis secum hac de re Grecii non nisi diligenter agi tractarique fecissemus, ut in administranda justicia, quemadmodum equum, rationabile et conveniens esset, ipse quoque Juri stare, seque illi submittere teneretur, si quispiam contra eum quovis modo actionem haberet, aut habiturus esset; non solum id arroganter impudenterque recusaverit, verum etiam talia tantaque, preter omnem causam, petierit, et nisi ejus injustis petitionibus acquiesceremus, sibique in hiis satisfaceremus, et secum concluderemus, rebus suis aliter provisurus esset, non veritus etiam pro sua audacia temeritateque multa istiusmodi contumeliosa et minatoria verba superaddere, que malam mentem suam ad deficiendum rursum a nobis et concitandum res novas, tumultumque in regno isto nostro facile demonstrarunt; quapropter pro intercipiendis malis et periculis, que ex illius audacissimi hominis cogitatibus facile istis regnis nostris, nostrisque fidelibus subditis et nobis eventura prospiciebamus, necessario nos adductos fuisse, ut illum capiendum et in custodia retinendum putaremus, idque, non minus pro commodo et quiete subditorum istorum nostrorum, quam quod in memoriam revocaveramus omnia ea, que antea et multoties quidem, tam contra nos, quam fideles subditos nostros violenter, contumaciter, seditiose, cum maximis, et intolerabilibus innocen-

tium injuriis, admisit et perpetravit, sicuti eis omnibus satis superque compertissimum esset; adeo, ut nefas esse duxerimus suam audaciam, minasque, ad ruinam subditorum nostrorum tendentes, diutius tolerare, suisque flagitiis conniuere, cum jactura et damno fidelium nostrorum, qui ab homine isto neque tuti, neque securi unquam esse potuerint. Quibus rebus accesserit etiam hoc, quod vere timendum erat, ne pro sua natura et consuetudine, quippe qui non semel, dum ejus libidini et iniquo desyderio obstitimus, a fidelitate nostra desciscere, seque cum adversariis nostris conjungere velle palam cominatus est, usque adeo, ut illum amplissimis semper pollicitacionibus a suo nephario proposito retrahere necesse fuerit, etiam hoc tempore vel cum Valentino Tereck, in pernitiem istorum regnorum, conspiraret, vel alioquin ad partes adversarii nostri concedens, totam rempublicam perturbaret. Quo factum est, ut illum, nihil nisi minas atrocitatemque spirantem, in custodiam duci jure quidem merito debere, idque non absque consilio suasuque unanimi corum, qui a regnicolis istis ad nos oratores missi fuere, arbitrati simus, eamque rem omnibus probatum iri minime dubitemus.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

XIX.

1538. Január 6.

A tótországi rendek kőrösi gyűlésén alkotott törvényczikkek.

Constitutiones in Congregatione generali universitatis Dominorum et Nobilium Regni Sclavoniae, pro festo Epiphaniarum Domini, anno eiusdem M. D. XXXVIII. Crisii celebrata, editae.

Articulus I.

Imprimis obtulimus Sacratissimae Regiae Maiestati, domino nostro gratiosissimo, subsidium duorum florenorum per anni circulum, in duobus terminis, de omnium bonis persolvendis; ita, ut si Maiestati suae visum fuerit, faciat denuo Regnum dicare, et

in ipsa dicatione illi inordinati liberi, qui hactenus eximi solebant, demptis villicis, ac praeconibus, illisque, qui in domibus, allodiis et curiis dominorum Nobilitaribus, ac Nobilium residentiam faciunt, pro liberis et exemptis minime serventur. Rustici etiam, non habentes bona sex florenos valentia, ne dicentur. Media autem pars illius subsidii, hoc est unus florenus, ubique statim, postquam dicatio bonorum quorumcunque facta fuerit, decimo quinto die immediate sequenti, ad manus exactorum debeat administrari. Praeterito autem ipso decimo quinto die, mox domini Bani, ad exigendum ipsum subsidium more solito spanos extramittere possint. Alter vero florenus, penes eandem dicationem, ad festum Pentecostes nunc venturum, solvi debeat et administrari.

Articulus II.

Unusquisque dominorum ac Nobilium, de singulis Triginta sex Jobagionibus seu fumis, iuxta praemissam dicationem numeratis, pro custodia et tuitione Regni, singulum unum equitem bene armatum, galeatum, loricatum, clypeatum et hastatum, per integri anni revolutionem, in confinibus penes Capitaneum Regni, ubi domini Bani iusserint, continuo conservare debeant et teneantur. In conservatione autem huiusmodi equitum, nec domini Bani, aut Vicebani, nec Magister Protonotarius, aut Judices Nobilium, nec alii cuiusvis status et conditionis homines atque officiales exempti esse valeant.

Articulus III.

Omnes etiam domini Magnates, et ipsi quoque domini, qui Banderia propria levare non sunt soliti, gentes huiuscemodi de bonis eorum dari debendas, sub Capitaneum Regni dare debeant et teneantur.

Articulus IV.

Conclusum insuper est, ut universi domini, Nobiles ac Regnicolae continuo parati se in bellum teneant, ut si hostis ipse, maioribus viribus atque copiis viscera Regni intraverit,

aut castrum sive fortalicium aliquod obsederit, et necessitas ipsa postulaverit, mox viritim, et cum quinta parte rusticorum, vel autem necessitate ipsa magis exigente, cum pleno numero, prout iidem rustici per Dicatores numerati fuerint, armati insurgere, ac penes Capitaneum Regni, illo quo opus fuerit, et quo domini Bani iusserint, sine mora proficisci debeant et teneantur.

Articulus V.

Dum autem haec necessitas insurrectionis accesserit, dominus Capitaneus Regni, accepta informatione et commissione dominorum Banorum, curet ad singulum Judicem Nobilium, unum specialem ad idque idoneum hominem mittere, penes quem ipse Judex Nobilium, in suo processu seu iudicatu proclamationes superinde facere, huiuscemodique gentes per omnia remedia levare tenebitur. Quae tandem idem homo domini Capitanei, ad loca necessaria ducere debebit.

Articulus VI.

Ad vehenda vero ingenia, quae Regia Maiestas, dominus noster gratiosissimus, ad praesentem particularem expeditionem dare dignata est, civitas Crisiensis equos sedecim, et civitas Zagrabiensis sive Montisgraecensis viginti quatuor, una cum rhedis, et aliis eiusdem generis attinentiis. Ad vehendos vero pulveres, et alios ingeniorum illorum apparatus, fratres Heremitae de Lepaglava, et alii Heremitae in hoc Regno degentes, duos currus et equos duodecim similiter cum omnibus attinentiis, semper paratos tenere et conservare, ac ingenia ipsa atque pulveres, eo, quo domini Bani iusserint, vehi et conduci omnibus temporibus debeant et teneantur. Quae quidem civitates ac fratres Heremitae, ratione huiusmodi conductionis pixidum sive ingeniorum, a conductu victualium infra conscriptorum, liberi sint et exempti.

Articulus VII.

Supplicandum denique est sacratissimae Regiae Maiestati, domino nostro gratiosissimo, ut sua Maiestas aliquem

idoneum hominem in hoc Regno conservare dignetur, qui pro singula quarta parte anni castra finitima, assumpto penes se Capitaneo Regni, perlustrare revidereque, ac defectum eorum reformare, vel illi cui opus fuerit recitare debeant.

Articulus VIII.

Conclusum est etiam, ut dum incursiones Turcarum accesserint, quae Regno et vicinis provinciis Australibus nocivae esse possent, Omnes et singuli domini atque Nobiles vicini, per ictus et sonitus bombardarum, ac per flammas ignis, et alia omnia signa, quae fieri poterunt, eisdem provinciis significare, sub poena in Decreto expressa, debeant et teneantur.

Articulus IX.

Caetera vero, quae ad fortificationem confiniorum, ad excubias, ad vigilias, et ad custodiam Regni pertinere, et non manifestanda videbantur, commendavimus dominis Banis.

Articulus X.

Gentes et stipendarii quorumcunque, in domibus ac curiis dominorum et Nobilium, ac etiam Plebanorum, nullibi condescendere audeant, neque praesumant.

Articulus XI.

Supplicandum etiam est Regiae Maiestati, ut sua Maiestas dignetur mittere in hoc Regnum unum Magistrum victualium, qui huius rei seu officii peritus sit, penes quem parati sumus nostrum hominem conservare, qui curam victualium et aliarum eiusdem generis necessitatum habeant et gerant.

Articulus XII.

Omnes domini Nobiles et Regnicolae, de singulis viginti fumis, penes numerum dicationis computando, unum currum paratum semper, et victualibus oneratum tenere, et ad exercitum ad loca depositionis, prout Magister victualium iusserit, conducere debeant. Quae quidem victualia, iuxta limitationem exinde fiendam, pretio divendenda erunt, in qua conductione

victualium, iusta series et ordo per Magistrum victualium servetur, ne alter altero maioribus fatigiis gravetur.

Articulus XIII.

Quia autem connumeratio et dicatio ipsa morosa fore videretur, victualia vero continuo necessaria sunt. Ideo conclusum est, interim quoad Dicatores connumerationem ipsam perfecerint, penes priorem dicationem huiuscemodi currus servari.

Articulus XIV.

Loca depositionis victualium erunt Weröcze, Ujudvar et Welike, donec aliter superinde provisum erit. Et altera pars Regni, quae est penes Dravum videlicet Comitatus Warasdiensis, et ab illo Comitatu, usque ad Weröcze, huiuscemodi victualia, ad idem oppidum Weröcze: altera vero pars Regni, videlicet Comitatus Zagrabiensis, et utraque parte Szavi, usque ad flumen Kopa, nec non bona Episcopatus Zagrabiensis, et pertinentiae castri Monoszlo, ac integer portus Szavi ad Welike: tertia denique et inferior pars Regni, Ujudvar conducere locareque debeant et teneantur.

Articulus XV.

Insuper ne et castra finitima casu aliquo victualibus destituta maneant, defectuque victualium, quod facile contingere solet, iacturam paciantur, conclusum est, ut universi domini Magnates et Nobiles Regni; atque etiam Capitula vigesimam partem frugum, tritici scilicet ac siliginis et millii, ad confinia ipsa contribuere teneantur. Ac dum Dicatores Regni in dicatione processerint, Dicatori Regio hominique suo, coram Judice Nobilium unusquisque dominorum ac Nobilium fideliter omnes fruges, trituratas et non trituratas, ostendere et demonstrare debeat: ubi Dicator ipse vigesimam partem earundem sequestret, et apud manus eiusdem domini vel Nobilis relinquat. Quam tandem vigesimam partem frugum, singuli domini atque Nobiles, eo quo domini Bani iusserint, propriis laboribus, fatigiis et sumptibus dare et facere deferri debeant, teneantur, et sint astricti.

Articulus XVI.

Et quia tempore proximae expeditionis, personis etiam Ecclesiasticis parcere non poteramus, sed in eos quoque contributionem imposueramus, quam ad privatas Regni necessitates exponendam deputaveramus: nunc autem intelligimus Regiam Maiestatem, dominum nostrum gratiosum, ipsam contributionem personarum Ecclesiasticarum, aliter erogandam commisisse. Quare supplicandum est Regiae Maiestati, ut sua Maiestas dignetur contributionem illam nobis exigendam, et ad Regni necessitates exponendam concedere gratiose. Interim autem, donec a sua Maiestate exinde relationem veram obtinuerimus, universi Presbyteri ac plebani, et aliae personae Ecclesiasticae, contributionem ipsam penes se conservare debeant.

Articulus XVII.

Primum et ante omnia, iuxta commissionem et gratiosam concessionem Regiae Maiestatis, universa et quaelibet bona haereditaria sive possessionaria, atque etiam castra, hisce disturbiorum temporibus per quoscunque violenter occupata, statim et defacto per dominos Banos, absque omni litis motione, spoliatis restituantur; damna vero illata, semper iure requirenda sint. Ne autem aliqui perinde animati, causas eorum sinistre interpretantes, iustis etiam detentoribus et possessoribus bonorum iniuriam facere valeant: domini Bani penes unumquemque spoliatum, ad requisitionem eius teneantur dare Vicecomitem et Judicem Nobilium, qui spolitum ipsum, ad bona ab eo violenter occupata introducant, et illa a detentoribus eorum, una cum castris ac fortaliciis, seu curiis Nobilitaribus illi spoliato repetant. Ubi vero detentores bonorum huiusmodi bona restituere etiam modo recusaverint, per eundem Judicem Nobilium evocentur in presentiam dominorum Banorum. Qui ad literatoriam relationem ipsius Judicis Nobilium, absque omni ulteriori prorogatione, si se detentores ipsi ab ipsa violenti et ulteriori detentione bonorum legitime expurgare non poterint, cum onere capitalis sententiae, in Decreto expresso, per omnia remedia, bona ipsa et castra spoliato restituant, non obstante etiam eo, si iidem detentores aliqua iura, super eisdem bonis se habere praetenderint.

Articulus XVIII.

Judicia incipiantur pro Dominica Reminiscere nunc futura, et universae causae, tam factum bonorum et iurium possessionariorum, quam etiam actuum potentiarium tangentes, a tempore foelicis regiminis et Coronationis Regiae Maiestatis, domini nostri gratiosissimi exortae, donationes quoque Regiae iudicentur. Vigore autem quorumcunque iurium antiquorum, nemo in causam se ingerere valeat. Causae tamen facti pignoris omnes, etiam quantumvis veteres, iudicentur, et iusto iuris tramite discutiantur.

Articulus XIX.

Fiant evocationes dominorum et Nobilium possessionatorum, per testimonium Capituli et homines Banales, pro quinto decimo die.

Articulus XX.

Pro redemptione vero literarum Evocatoriarum atque relatoriarum, Magistro Protonotario solvantur denarii quinquaginta et Capitulo similiter denarii quinquaginta, Evocationes vero Nobilium unius sessionis, fiant per Judicem Nobilium.

Articulus XXI.

Traductio colonorum, quae hactenus demeritis quidem rusticorum exigentibus inhibita erat, interdum etiam inordinata quadam et damnabili consvetudine in plerisque locis fieri solebat, omnium dominorum ac Nobilium et Regnicolarum uno voto et consensu admissa et concessa est, modo et ordine infrascripto.

Articulus XXII.

Si quis colonum alterius ad bona sua traducere voluerit, assumpto penes se Judice Nobilium Comitatus illius, accedat dominum illius coloni, vel officialem aut villicum eius: et Judex Nobilium, depositis prius pro terragio denariis quatuor, repetat colonum, et licentiam abeundi illi recipiat. Recepta tandem licentia, relinquat colonum in loco suae residentiae infra spacium quindecim dierum, ut interim omnia debita, quibus do-

mino suo terrestri, aut alteri cuipiam, qui illum ibidem requisitum habuerit persolvat : vel si dominus eius terrestris benevolum in bonis suis reservare poterit, liberam superinde habeat potestatis facultatem. Ubi vero idem dominus terrestris, huiusmodi colonum benevolum apud se et in bonis suis reservare non poterit : extunc ipso quinto decimo die, iterum Judex Nobilium illo vadat, et colonum ipsum clara die, cum omnibus suis rebus mobilibus illi domino aut Nobili, qui illum recipere voluerit, restituat, et colonus restitutus iterum infra terminum aliorum quindecim dierum immediate sequentium, libere se cum rebus suis omnibus recipere et traducere valeat.

Articulus XXIII.

Seminaturas autem si quas idem colonus in sessione illa sua, quam relicturus est, habeat, sub nomine eiusdem pacifice maneant, quas ubi opus fuerit, idem rusticus recludere et sepire et praecustodire, ac dum maturescent, deposito proventu terragii domino terrestri, iuxta loci consuetudinem, pro se recipere et levare possit. Et si quis colonorum ac hominum illius domini terrestris, aut etiam ipse dominus terrestris, in seminaturis ipsis, sive in aliis quibuscunque rebus, quoquomodo damna illi intulerit : extunc talia damna colonus ille, vel dominus eius terrestris, iure requirere valeat.

Articulus XXIV.

Ubi vero aliquis dominorum aut Nobilium, huiusmodi colonum, modo praemisso, repetitum et licentiatum pacifice dimittere nollet, et eundem violenter detineret : extunc colonus ille per Comites et Vicecomites ac Judices Nobilium, cum onere viginti quinque marcarum, per eosdem, super violentum detentorem talis coloni, irremissibiliter exigendarum, domino aut Nobili, qui colonum petiturus fuerit, restituere debeant et teneantur.

Articulus XXV.

Praeterea diversis negotiis Regni instantibus, certis vicibus Oratores ad Regiam Maiestatem mittere, et pro expensis eorum mutuum contrahere, vel sese obligare fuimus coacti. Accessit etiam, ut pro faciendo iudicio, electi sint assessores

sedis, quibus similiter de expensis providendum erat. Itaque impositae sunt pecuniae fumales decem denariorum, ut de omnium, tam dominorum, quam Nobilium bonis, ac etiam a Nobilibus unius sessionis, iuxta numerum novissimae dicationis exigantur, et ad manus dominorum Vicebanorum administrentur. Domini autem Vicebani, de eisdem pecuniis fumalibus, solvant Magnifico domino Francisco Batthyani ducentos et sedecim florenos, quibus eidem in sortem illarum expensarum suarum, quas anno praeterito in legatione nostra ad Regiam Maiestatem missus exponere fuit coactus, debitores extiteramus. Similiter Oratoribus, qui nuper ad Gerecz, ad Regiam Maiestatem profecti erant, singulo eorum florenos decem. Assessoribus vero et Judicibus Nobilium, qui in iudiciis manebunt, singulis eorum, pro singula hebdomada duos florenos solvant. Residuum autem pecuniarum conservent ad alias necessitates Regni. Et quod iuxta commissionem et voluntatem Regiae Maiestatis, ab Egregio Emerico Bradach, de universis Regni proventibus, cuiuscunque generis fuerint, anno proxime elapso ad manus suas administratis, iusta ratio recipiatur. Ad quam recipiendam, electi sunt Joannes Golecz de Zotezka, et Stephanus Praschoczi, ut ad diem et locum, per Spectabilem et Magnificum dominum Thomam de Nadasd Banum, prefigendum accedere et ipsam rationem recipere debeant, quo et Regia Maiestas hominem suae Maiestatis missura est.

Articulus XXVI.

Moneta omnis generis in suo valore currat et recipiatur, cruciferi quoque septuaginta quinque pro uno floreno, et grossi quatuor cruciferorum similiter pro sedecim Viennensibus recipiantur.

Victualia.

Haidona	In Werőcze	denar.	25
	In Ujudvar	„	32
	In Welike	„	32
Czirek		„	20
Pinta vini infra Quadragesimam		denár.	2
Bos unus arabilis		floren.	12
Vacca mulgibilis		„	2

Porcus castratus saginatus				denar.	2
Porcus castratus non saginatus				„	1
Porca una				„	1
Porcus medii anni				denar.	50
Suellus unus	intra Regnum	denar. 4	in confinibus	„	5
Anser unus		denar. 3		„	4
Capo		denar. 3		„	4
Gallina		denar. 2		„	3
Pullus unus				„	1
Carnium bovinarum funta una				Crucifer	1
Carnium porcinarum funta una				denar.	2
Capreolus unus				„	6
Capra una				„	25

(Kiadva „Decreta, Constitutiones et Articuli Regum inclyti Regni Ungariae.“ 1584-ik évi kiadás. 400—406. ll.

XX.

1538. Május 21.

Keglevich Péter bánnak, Ferdinánd királyhoz intézett jelentése a tótországi rendek kőrösi gyűléséről.

Serenissime princeps et domine domine clementissime. Serviciorum et perpetue fidelitatis humilimam commendacionem. Potuit vestra Maiestas intelligere, qualiter castrum Dwbycze iampridem amissum sit, quod hostibus viam non parvam in hoc regnum Maiestatis vestre, et precipue in Croaciam ingredienti patefecit, cuius amissione visa, statueram, ut donec hostis illud et viribus et municionibus maioribus armare, fortificareque posset, festine idem castrum aggrederem, tentaremque; jndixeram toti huic regno congregacionem, hic Zagrabie celebrandam, ut omnes regnicole viritim, et cum omnibus colonis eorum, armati ad eam venire debuissent, ut hinc recto, et preter moram, illo paratus proficisci potuissem. Venerant certe domini regnicole animo satis parato et obedienti, miserant et domini magnates speciales oratores suos, sed tam celeriter non potuit regnum ad arma levari, maxime quia presidia et gentes vestre Maiestatis deerant, respectu quarum domini et regnicole armati insurgere sese hoc proximo tempore obtulerant; miserant et domini Croati suos oratores, offeren-

tes se ad omnem defensionem regni, et ad omnia obsequia, que facultatibus eorum sufferre possent; visi tamen sumus ob defectum gencium vestre Maiestatis ad aggrediendum propositum longe impares. Coactus sum mentem mutare, ne hoc regnum Maiestatis vestre, mea vehementi intencione, hoc tempore casum aliquem pateretur; nam vestra Maiestas novit, quas gentes ego et dominus collega meus penes se habeamus; non latet eciam eandem, quam paucos servitores hic conductos habeant, qui aiunt, a festo Epiphaniarum domini nec obelli quidem solucionis habuisse, quos ad servicia vestre Maiestatis levare minime potui. Lamentabatur dominus Castellanffy quam maxime, quod non habuerit, quibus mecum ad servicia vestre Maiestatis moveri potuisset, qui cum omni apparatu et cum omnibus servitoribus suis huc venerat, sperans hic aliquam solucionem habere potuisse, que sibi nulla fieri potuit; venerant eciam ex omnibus fere confinijs quam plurimi, querulantes eorum paupertates, et inopiam castrorum finitimorum, querentesque presidia, inter quos multi parati erant proprias hereditariasque domus et fortalicia exire, desertaque relinquere, facientes exinde coram regnicolis lamentabiles protestaciones, quibus cum nulla via provideri poterat, jndixi aliam congregacionem ad feriam terciam proximi festi Penthecostes Crisij celebrandam, ut interim de hijs omnibus vestram Maiestatem certam redderem, et provisio Maiestatis vestre illis advenire posset. Ostendens itaque illis bonam spem, cum gentibus meis et domini college mei, quem in horas ad me venturum expecto, movi me ad illas partes regni Croacie, que nunc offense sunt, maiorique egent custodia, quibus refectis cogor preter moram regredi, quia inter Drawum et Zawum Thurce, quos Marthalozos vocant, usque ad viscera huius regni penetrarunt. Quare supplico Vestre Serenissime Maiestati, dignetur tempestive huic regno, in periculis maximis existenti, succurrere, confinia ipsa reformare, de solucione mea et domini college mei, ac eciam servitorum suorum providere, et gentes maiores huc mittere, ne defectu gencium et nostra insufficiencia, ac huiusmodi provisionis Vestre Maiestatis, hec remanencia, regnum ruat, ex quo ego et dominus collega meus cum hoc parvo gencium numero, in tam gravibus periculis, parum

vel nihil Vestre Maiestati et regno eius inseruire possumus. Non parceremus proprijs personis et capitibus nostris, vitamque nostram opponere parati essemus, modo adesset aliqua alia facultas. Ne igitur Vestra Maiestas culpam aliquam mihi et domino college meo impingere velit, quam deus conservet felicem, pro commodo reipublice Christiane. Ex Zagrabia XXI. Maij 1538.

Ceterum constat Maiestati Vestre, quam pluries jam eidem supplicaverim, nunc iterum supplico obnixissime, dignetur castra Byhegh et Rypach de manibus meis excipere, et hanc curam a me releuare, quia nequaquam possum ad dupplices vigilias atque curas et jn duas partes sufficere; mittat igitur quem Maiestas Vestra voluerit, vt illa ad manus recipiat.

Venit nunc saltem fama certissima Bassam et vires Boznenses, expugnatis aliquot castris Venetorum, iterum revertisse, et has partes regni obsidere velle.

Eiusdem Vestre Serenissime Maiestatis fidelis servitor

Petrus Kyglewych,
banus et comes.

Kívül: Sacre Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regie Maiestati, domino domino meo clementissimo.

(Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

XXI.

1539. Márczius 28.

Ferdinánd királynak utasítása, a horvát- és tótországi rendek dombrói gyűlésére küldött biztosai részére.

Instructio data magnificis Francisco de Batthyan consiliario Regie Maiestatis ac Luce Zekel de Ormosd, ad Croacie et Sclauonie regna, vigesima octava mensis Marcij MDXXXIX.

Domini oratores salutent dominos et nobiles, ac alios status nomine regiae Maiestatis, offerentes eisdem eius Maiestatis gratiam.

Dicant, regiam Maiestatem fuisse semper sollicitam, de conservatione istorum regnorum, nihilque neglexisse hactenus,

quod ad illorum defensionem pertinere cognoverit, et si quid adversi hijs diebus ab hostibus illi accidit, non Maiestas sua, sed clades illa exercitus sui inopinata, quam duce Kaczianer ammissit, in caussa fuit.

Quemadmodum itaque oculis videre potuerunt, etiam post ammissum exercitum, maiorem semper quam potuit Maiestas sua, fecit eidem regno provisionem.

Nunc quoque expedivit Maiestas sua certas copias, tam Equitum, quam peditum, quas in dies augere etiam non cessabit.

Quae quidem copiae, quoniam sine solucione et victualibus, in servitijs et defensione istius regni, durare non possunt, neque Maiestas sua ex proprio Marsupio tantum unus ferre potest.

Iccirco hortentur dominos et nobiles, ac regnicolas, quum res et salus ipsorum agatur, non graventur ipsi quoque tale subsidium in pecunijs praestare, quo copias praefatas Maiestas sua in defenssione regni diutius tenere possit.

Dicant praeterea domini oratores, regiam Maiestatem a dominis et nobilibus, ac regnicolis, subsidium quoque Equitum, Peditumque et nazadistarum, ac victualium cupere.

Quod quidem subsidium, arbitratur regia Maiestas non gravatim dominos et regnicolas praestaturos, eo quod aperte vident, et manibus palpant, absque huiusmodi subsidio, quieti et tranquillitatj eorum consulere minime posse.

Iccirco hortentur domini oratores, status regni universos, cum iam sint in faucibus hostium, ne ad praestanda subsidia huiusmodj difficiles sese exhibeant, sed tanquam Amatores patriae, uxorum et liberorum suorum, maiora, quae possunt, praestare velint.

Hortentur ijdem status, quo per eosdem inveniatur modus et via talis, qua oblatum subsidium, termino constituto, communiter per quoscunque contribuatur, renitentibus vero et turbantibus pena indicatur.

Cetera domini oratores, pro prudentia et industria eorum, agant et transigant, prout melius poterint.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

XXII.

1539. Apríl 14.

Ferdinánd királynak utasítása a horvát- és tótországi rendek dombrói gyűlésére küldött követei részére.

Instructio ad Sclavoniam.

Ferdinandus etc.

Instructio de ijs, que Magnifici Franciscus de Batthyan consiliarius noster et Lucas Zekel de Ormosd, commissarij nostri, fideles nobis dilecti, cum vniversis statibus et ordinibus regnorum nostrorum Croatie et Sclavonie, nostro nomine, agere et tractare debent.

Inprimis, post redditas literas credentiales, illis salutem, gratiam nostram regiam et omne bonum exponant.

Deinde vero referant, postquam ex immani iamdudum proposito et pernitiosis apparatibus Turcharum clare et aperte animadvertimus, illique senserunt, quemadmodum gens illa Turcica regna ista nostra Croacie et Sclavonie non solum depopulari, devastareque, verum etiam in potestatem suam redigere conata est, illucque pedem figere et in dies magis magisque partium istarum loca occupare studuit, sicuti ne nunc quidem ab ijs conatibus cessat; nos, vti clementem regem decet, semper sollicitos fuisse de istorum regnorum conservatione, nihilque neglexisse hactenus, que ad illorum defensionem pertinere cognovimus, quippe qui omnia auxilia, omnesque suppetias, quas tum facultatibus nostris, tum patriarum et provintiarum nostrarum ope, contrahere potuimus, pro tuenda eorum patria superiori tempore, non sine maximis sumptibus conferre non dubitavimus, sicuti re ipsa deprehendere potuerunt; et licet istiusmodi preterita expeditio, casu quodam infelici, ita obscurata fuerit, vt non per omnia expectationi nostre, et ipsorum pulchre concepte spei, respondeat; tamen cujus rei culpa et defectu hec illa secus acciderint, quam nostra studia et tot tanteque opere et impense promittebant, non dubitare nos, quin compertum habeant ipsi et adhuc memoria teneant.

Sed quemadmodum oculis videre potuerunt, etiam post illud tempus non cessavimus maiores, quas potuimus, istis regnis provisiones facere, et sicuti nos ad protectionem et liberationem eorum, tanquam fidelium regnicolarum nostrorum semper propensos et vigilantes antea exhibuimus, ita nunc et jmposterum illi paterne cure et offitio nostro non deerimus, quin potius pro virili curabimus ea, que ad prefatorum regnorum necessitates avertendas idonea et vtilia sint, quoquomodo parare et adferre.

Nam simul acque Turcos a solitis et continuis jncursionibus, devastationibusque istarum partium et confinium neutiquam desistere, sed in dies latius serpere audivimus, non equidem pretermisimus bonam gentium nostrarum manum ad regna ista, cum celeritate, in fidelium regnicolarum nostrorum succursum et defensionem expedire, quarum adventum pro rerum conditione non exiguo etiam vsui et consolationi eisdem fuisse percepimus, easque copias nostras in dies maiori supplemento augere non cessabimus.

Preterea, banos ipsos cum bono numero gentium et alijs rebus expedivimus, nec non generosum Nicolaum Juritschitz baronem in Günss, generalem capitaneum nostrum, ad hec negotia procuranda destinavimus, eique certos alios consiliarios adiunximus, qui simul et vnanimiter super necessarijs provisionibus, ad conservationem et defensionem prefatorum regnorum, conferendis, consultare et decernere, omnesque vias et modos vtiles et idoneos inire et suscipere debeant, quibus jmminentia pericula, excursionesque Turcharum arceri et propelli possint, prout dilucide ex operibus et actionibus, quas habituri sunt, ipsi regnicole intelligent; siquidem consilia capienda esse arbitramur, quomodo confinium loca, arces et fortalitia, tum substructionibus restaurari, tum validius ad insultus reprimendos communiri queant et debeant.

Item, de constituendis et habendis explorationibus et signis vltro citroque cum crepitu bombardarum, ex eminentioribus locis atque arcibus dandis, et id genus alijs ordinationibus, in hoc, vt eo melius ad defensionem omnes, exposcente necessitate, parati, et ad sumenda arma succincti esse possint.

Hec itaque dicant commissarij nostri, nos animo voluere

et cogitare, ex quo facile perspiciunt, nos pro nostra paterna sollicitudine in omnes partes elaborare, vt quantum in nostris viribus et facultatibus situm est, regna ista nostra et fideles subditos nostros haud jndefensos relinquamus, vt, qui in continuis actionibus indefesse versamur, non solum ex patrijs et dominijs nostris paremus illis auxilia, verum etiam externorum principum et potentatuum subsidia, pro eorum suscursu et defensione, obtineamus et excitemus.

Etenim, ordinem dedimus, vt cum gravius aliquod discrimen per Turcas istis regnis nostris jmmineret, quod deus avertat, statim quoque prouintie nostre, illis viciniores, suam manum porrigant et in ipsorum repentinum auxilium, defensionemque concurrant, et designato tam equitum, quam peditum numero illorum patrie tuende presto sint.

Quamobrem, cum talia pro bono et comodo illorum a nobis constitui et procurari videant, illique incendio isti propinquiores sint, et periculis magis expositi, equum esse, et eorum in nos fidelitati, et in patriam amori convenire, vt etiam ipsi cum nos, tantos adiutores, cum provintijs et patrijs nostris habeant, omnia possibilia auxilia prestare studeant, proprieque defensioni maioribus, quibus possunt, viribus incumbant, nec non onus humeris et facultatibus suis pro tam graui necessitate aliquanto maius imponere non recusent, eo quod ipsorum res et fortune plus alijs nunc in discrimine constitute sint, et hoc maxime attento, quod quicquid hac in parte fecerint, illud totum sibi ipsis, tum bono commodoque cedet, tum salutare vtileque erit; et si ita sibi inuicem manus porrigant, et vltra vires aliquid fecerint, incitabunt et ceterorum dominiorum et populorum nostrorum animos, vt sint tanto alacrius in ipsorum defensionem suppetias et opem laturi, et externorum etiam auxilia habebunt paratiora.

His igitur de causis, dicti commissarij nostri ipsos status et ordines, verbis nostris, maiorem in modum requirant et hortentur, vt inter se de contributione ad intertenendos levis armature equites conveniant, et in eam vnanimiter consentiant, talemque ordinem in exigenda hac ipsa contributione constituant, vt nemo intromittere se audeat in illam jmpositionem, sed solummodo in prescriptum jntertentionis vsum

conuertatur, et ab omnibus, cuiuscunque ordinis et conditionis fuerit, integre et fideliter persoluatur, et si aliqui tali ordinationi contraire attentarent, quod contra illos pena, de more regnorum istorum, proponatur, et per banos erga quoscunque, qui decretis non obtemperauerint, debita animaduersione et punitione cum effectu procedatur.

Preterea, etiam vnanimi consilio et deliberatione de modis et vijs cogitent, quibus in maiori necessitate ingruente tormenta belica, commeatus, victualia, aliaque jnstrumenta militaria et munitiones conduci vehique possint, eo, quo opus fuerit, et quod currus et equos et id genus alia necessaria ita parata et disposita habeant, vt cum eis in deputatis et designatis locis semper presto esse possint, idque sine aliqua contradictione faciant, cum inde multa sane commoda ad defensionem eorum prouenire possint, et contra, si neglexerint, incomparabilia mala.

Item, si in aliquibus locis in regnis istis victualium copia superesset, vt diligenter ordinem et modum prescribant, quo colligatur in vnum, vt ad primam necessitatem ad manum haberi, et ne per hostes diripi et aufferri possit.

Item, ad necessarias exstructiones et munitiones, diversis in locis et ex tempore parandas, pro defensione et conseruatione regnorum et populorum istorum, cum multa requirantur, si velimus ea statim confici, nosque ad eiusmodi opera fabros et operarios designauerimus, magnopere necesse erit, vt operas et labores quisque suos prestare curet, et in ea re, iuxta consilium et ordinationem capitanei, banorum et aliorum, qui ad hoc negocij per nos deputabantnr, obedientes et promptos sese exhibeant, ne pro bono et tuitione illorum surgentes structure atque opera, ipsorum negligentia, impediantur, quominus perfici possint.

Et in summa, ita se omnibus rebus parent et accingant, vt cum necessitas postulauerit, quam possunt validissime et robustissime insurgere, et auxilia sua vnire et coniungere queant, cum eiusmodi nimirum ordine, vt statim ad banorum copias et castra confluant, et patriam, liberos, vxores, fortunasque suas ex hostium faucibus totis viribus eripere contendant.

Nos enim egregiam operam adhibere, declarent ijdem

commissarij nostri, vt copias et exercitum nostrum augeamus, et in actu magna diligentia curaque versari, quo omnia possibilia auxilia in istorum regnorum et fidelium regnicolarum conseruationem et defensionem clementer conuertamus. nullis vtique sumptibus et laboribus in hoc parsuri, quin etiam facultates et corpus nostrum, pro salute et eliberatione eorumdem, oblaturi, si res exposcat.

Proinde, cum de effusissima voluntate, ingentique paterni animi nostrj erga eos propensione, certi esse debeant, et eorum potissimum res agatur, vt qui quasi in faucibus hostium positi sint; nos non posse dubitare, quin, vt fidelissimos subditos, suique regis et propugnatoris observantes, et patrie studiosos viros decet, sese tali modo exhibebunt, in satisfaciendo iustis petitionibus nostris, et prouidendis ijs, que ad eorum defensionem spectant, vt maiorem in dies causam habeamus illorum tuitioni et conseruationi toto pectore incumbere, et alij jncitamentum capiant illis proniori studio et auxilio subueniendj.

Ceterum, vltra premissa, dicti comissarij nostri, quicquid ad persuadendos animos ipsorum statuum, et in effectum optatumque finem deducenda et dirigenda supradicta omnia, pro sua prudentia, conducere et alioquin huc quadrare et apta, simulque necessaria esse videbunt, non omittant, summa dexteritate, in medium afferre, et quanta possunt cura huic commissioni nostre ex animi sententia conficiende, prout rerum presentium dispositionem et dictorum regnorum necessitatem exposcere animaduertent, inuigilare et attendere laborent; prefatisque statibus et regnicolis nostris omnem paternam et fidelem opem, auxiliaque nostra conuenienti sermone polliceantur; nostram in premissis omnibus expressam et omnimodam executuri voluntatem. Datum in ciuitate nostra Prunna die 14. Aprilis 1539.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

XXIII.

1539. Apríl 14.

Ferdinánd királynak megbízólevele, a dombrói gyűlésre küldött biztosai részére.

Credentiales ad status Croatie et Sclavonie.

Ferdinandus etc.

Reverendi, devoti, spectabiles, Magnifici, egregij, nobiles, prudentes et circumspecti, fideles dilecti. Commisimus Magnificis fidelibus nobis dilectis Francisco de Bathyan consiliario nostro et Luce Zeckel de Ormosd, commissarijs nostris, nonnulla vobis, nomine nostro, exponenda, sicuti ab eis vel eorum altero, coram intelligetis; que cum de mente et voluntate nostra mere procedant, et nonnisi ad vestram salutem, regnorumque istorum nostrorum conseruationem, per vos adiuvandam, pertineant, vos omnes et singulos, tanquam fideles regnicolas nostros, requirimus et hortamur enixius, vt non modo dictis commissarijs, in ijs, que sic verbis nostris exponent, plenam et indubitatam fidem adhibeatis, verum etiam ita vos super eisdem gerere et exhibere velitis, quemadmodum tum ipsa necessitas exposcit, tum vestro in patriam defendendam amori, officioque, nec non vestre erga nos fidelitatis et obseruantis animi debito conuenit; jd quod et vos vnanimiter facturos esse nihil dubitamus, et erga vos in vniversum pro regia gratia et clementia nostra recognoscemus. Datum in ciuitate nostra Prunna die 14. Aprilis 1539.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

XXIV.

1539. Apríl 14.

Ferdinánd királynak Batthyányi Ferenczhez, mint a dombrói gyűlésre küldött biztosához intézett rendelete.

Francisco de Bathyan.

Ferdinandus etc.

Magnifice fidelis dilecte. Mittimus ad te nunc jnstructio-

nem nostram, iuxta quam tu et Magnificus Lucas Zeckel, negotia in conuentu regnicolarum nostrorum Croatie et Sclavonie proxime futuro, proponere et dirigere debeatis, prout te coram, ante discessum nostrum, ea de re clementer requisiuimus, tuque ad humilem nostri complacentiam, onus illud suscipere non detrectasti; quare abs te hoc idem rursus et vehementer quidem contendimus, vt, non obstantibus vllis causis, que te remorari possint, provintiam istam subeas, et vna cum prefato Luca Zeckel te ad destinatum conuentus locum statim conferas; ibique omnem operam des, et efficere labores, quo status et ordines isti tum optatis nostris cum effectu respondeant, tum in ijs, que ad ipsorum conseruationem spectant, omni ope iuuandis sese promtos et obedientes exhibeant; prout in te plene confidimus; quod, pro tua dexteritate, prudentia et singulari in nos fide, et perpetuo in patriam tuam studio, illa omnia quam diligentissime curabis, et ad optatum exitum perducere laborabis. Quod erga te sane omni gracia nostra recognoscemus; nostram in promissis expressam et omnimodam executurus voluntatem. Datum Prunnae 14. Aprilis 1539.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

XXV.

1539. Május 8.

A tótországi rendek dombrói gyűlésen alkotott törvényczikkek.

Articulj Regni Sclauonie in congregacione Generalj vniuersitatis Dominorum et Regnicolarum eiusdem Regni, Pro festo apparicionis Beatj michaelis Archangelj Dombrj Celebrata, editj, 1539.

Quia Sacratissima Regia Maiestas, Dominus Noster Clementissimus, ex sua innata liberalitate, qua ab inicio sui Regiminis, Nos graciose prosequi solita est, ad nostram et huius miserrimi Regni defensionem, nouum validumque exercitum hispanicum ac eciam Capitaneum generalem sue Maie-

statis, Dominosque Banos cum gentibus non contemnendis, nostrj in medium mittere dignata est, pernecessarium erat huic gentj de commeatu ac victualibus prouidere. Conclusum igitur est, vt de omnium, tam Dominorum, quam Nobilium bonis, penes nouissimam dicacionem, de singulo colono, singulum vnum quartale, seu quarta pars cubuli Crisiensis farine Triticee, statim cum primum proclamatum fuerit, et signanter infra quintumdecimum diem a die proclamacionis, Crisium diuendendum importetur et administretur, vbi pro singula quarta farine vnusquisque a Magistro Prouentuum, habebit singulos viginti quinque denarios; durabit hoc precium pro hac dumtaxat vice; sed si opus fuerit maioribus victualibus, ex tunc pro secunda et alia vice noua debebit fierj estimacio.

Conclusum eciam est, vt ad Castra quoque finitima, que iam bonis et prouentibus destituta sunt, victualia contribuantur, ad quorum subsidium similiter de omnium bonis et de singulo colono, penes eandem vltimam dicacionem, singula vna quarta frugum, aut milij, aut siliginis; aut mixture, preter omnem solucionem debeat administrari; que quidem fruges de Comitatu warasdiensi et de planicie vicina fluuij Drawe, ad Kapronczam, de residua vero parte Regni ad Krysthaloocz, vel ad welyke, quo videlicet cuique comodius ducere visum fuerit, infra prescriptum quindecimum diem, a die Dominico Rogacionum computandum, importare et ducere teneantur. Fruges autem istas, ad confinia oblatas, Dominus Gaspar Ernusth in Kapronczа, Dominus Franciscus Batthyanÿ in Krÿsthalocz, et dominus Thomas Nadasdy Banus in Welyke, vnusquisque eorum per suum proprium hominem, vel ciuem, siue officialem, excipere et custodire teneantur, de quibus eam habeant curam, vt suo tempore de omnibus racionem reddere iidem dominj valeant. De hijs autem frugibus Domini Bani ipsis Castris finitimis prouideant, prout illis visum fuerit, et necessitas postulauerit.

Cum tandem eo tam deuentum sit, vt Thurce plagiarij siue Martholoczij, totos fere montes, visceraque Regni ingressi sint, visum est, vt illis simili obstaculo resistatur; propterea ordinatum est, vt trecentj pedites plagiarij conducantur, et per integram estatem, atque eciam autumpnum conseruentur,

quos dominj Bani conducant, et in locis aptis, necessarijsque collocent, secundum necessitatis exigenciam, quorum curam ijdem Domini Bani in se assumpserunt.

Ad conseruacionem vero et solucionem dictorum plagiariorum oblatum est subsidium vnius floreni, de omnium Bonis, penes ipsam nouam dicacionem, cuius altera pars, videlicet medius florenus, statim et presertim infra decimum quintum diem, a predicto die Dominico Rogacionum computandum, reliqua vero medietas ad festum assumcionis Marie virginis, proxime affuturum, manibus Egregij Magistri Michaelis de Ralven, huius Regni Sclauonie prothonotarij, qui ad exaccionem huius subsidij electus est, administretur, et racione primi medij floreni, post predictum decimum quintum diem, pretextu vero secundi medij floreni post dictum festum Assumpcionis Beatissime virginis Marie, statim vicecomites et Judices nobilium ad depredaciones bonorum accedere valeant.

Et licet in administracione huiusmodj subsidiorum hoc Regnum vetustam habeat consuetudinem, quam et si immutarj non licuit, instante tamen hac vltima necessitate Regni, opere precium illam in suis longisculis processibus abreuiare, temporique accomodare erat; vnde post primam depredacionem, si aliquis contumacia vsus, subsidium ipsum persoluere recusauerit, vice iterata depredacio non ad decimum quintum diem, sed ad octauum et vice terciaria ad quartum dumtaxat erit expectandum siue differendum: depredacio autem ipsa fiat cum birsagijs ab olim fierj solitis.

Non potuimus in hac vltima necessitate nostra eciam personis ecclesiasticis parcere; determinatum itaque est, vt illi quoque aliquod subsidium prestent, quod videlicet superiorj anno eis impositum, minime tamen exactum fuerat; ita, vt singulus plebanus, cuius plebania in ea quantitate prouentus habet, vt non solet Capellanum conseruare, similiter et omnes Rectores altarium et alij Beneficiatj singulum vnum florenum: plebani vero, quorum prouentus maiores sunt, vt solent Capellanum vnum tenere, singulos duos florenos; qui vero duos capellanos solent seruare, singulos quattuor, et qui tres Capellanos habet, singulos sex; Capellani autem, et graciarii singulum medium florenum, infra predictum quindecimum diem

dominice Rogacionum similiter ad manus dictj magistri prothonotarij dare, administrareque debeant et teneantur, qui iuxta commissionem dominorum Banorum dispensare debeat. Vt autem huiusmodi subsidium personarum ecclesiasticarum comodius, et absque bonorum et rerum ecclesiasticarum aliquo dispendio, administrari posset, conclusum est, vt tam domini Magnates, quam eciam Nobiles ac Regnicole huius Regni plebanos eorum ac alias personas ecclesiasticas, in bonis ipsorum constitutos et existentes, eciam per priuacionem prouentuum aut beneficiorum eorundem, ad solucionem dicti subsidij cogere et compellere debeant et teneantur; alioquin non bona ecclesiastica, sed bona ipsorum dominorum et nobilium, vbj talis plebanus aut alia persona ecclesiastica contumacia vsa subsidium soluere neglexerit, depredabuntur; et huiusmodi contribucio ecclesiasticarum personarum ad necessitates castrorum finitimorum per dominos Banos exponatur, quousque Regia Maiestas aliter prouidebit.

Non latet insuper vniversos Regnicolas, qualiter Egregius Johannes alappÿ de Naghkemlek superioribus annis, in seruicijs huius Regni existens, in captiuitatem Thurcarum inciderat, ex qua cum maxima summa florenorum illius eliberacio fierj debuit, vt eciam modo omnia fere bona sua pignorj inscripta existunt, vt igitur idem Johannes alapÿ sua seruicia in conspectu Regni pondus aliquod conciliasse videat, et alij quoque hinc exemplarj ad seruicia Regni alacriores reddantur, obtullimus eidem similiter de omnium bonis, de singulo fumo, singulos decem denarios, statim cum presenti medio floreno simul manibus ipsius Magistri prothonotharij administrandos. Nobiles quoque vnius sessionis ad solucionem premissorum omnium, tam victualium, quam eciam subsidiorum astricti sint et obligatj; qui eciam non habentes bona trium florenorum ad hanc solucionem non compellantur.

Conclusum tandem est, vt iudicia, de quibus et in prioribus articulis mencio facta est, super vniuersis causis, quorumcunque actuum potenciarum, a tempore felicis Coronacionis Regie Maiestatis in hoc Regno hungarico adepte, per quoscunque patratorum, necnon dotaliciorum, impignoraticiorum, aliorumque casuum in articulis Regni hungarie specificatorum,

per formam Breuis Breuium Euocacionum, inter Subditos ipsius Regie Maiestatis judicentur, ac decimo quinto die diej Dominice Rogacionum inchoentur, fiantque Crisij, vel si metus causa, necessarium fuerit in loco tuciorj, similiter et Zagrabie. Additum quoque est ad articulum abduccionis Jobagionum, in dictis prioribus Articulis conscriptum, vt si quispiam alicuius Jobagionem, contra formam illius articuli, quocunque modo traduci faceret, vel traduceret, ex tunc talis Jobagio, contra seriem articulorum abductus, cum eodem onere, quo et Jobagio violenter detentus, videlicet cum solucione vigintj quinque Marcarum, quinquaginta florenos aurj facientes, cum omnibus rebus et bonis, quibus traductus fuit, per comites vel vicecomites ac Judices Nobilium illi, cuius prefuerat, et vbi receptus fuit, restituantur; de dampnorum autem illacione, tempore huiusmodj indebite traduccionis, in bonis illius dominj, vbi violencia commissa est, illatorum, iure procedendum erit.

De Jobagionibns fugitiuis aliud est intelligendum. Nam vbi Jobagio fugitiuus reperirj poterit, debebit dominus aut Nobilis ille, in cuius bonis Jobagio reperietur, per Judicem nobilium ad restituendum huiuscemodj Jobagionem; [1]) qui si ammonitus Jobagionem restituere recusauerit, extunc in tali casu eciam Jobagiones fugitiui cum prescripto onere restitui debebunt. Preterea conclusum est, vt quotiescunque necessitas expostulauerit, siue Thurcj cum valido exercitu in regnum irruerent, siue Castrum aliquod obsiderent, ex tunc vniuersi Dominj et Nobiles per singula capita ad requisicionem Dominorum Banorum, simul cum parte vel singulis colonis ipsorum, insurgere et vnacum Dominis Banis hostj obuiare debeant; idque sub amissione bonorum suorum, si quis neglexerit, quorum bona domini Bani occupare et pro Regia Maiestate tenere debeant.

(Egykorú példány a bécsi császári kamara levéltárában.)

[1]) Talán kihagyva „prouocari.“

VIII.

MAGYARORSZÁGI

RÉSZLEGES GYŰLÉSEK

1540. és 1541-ben.

Magyarországi részleges gyülések 1540. és 1541-ben.

I.

János király halála után, erdélyi és magyarországi hívei két pártra oszoltak. Az egyik, melynek élén Frangepán kalocsai érsek és Perényi Péter állottak, a nagyváradi béke végrehajtását, az ország egyesítését Ferdinánd kormánya alatt, ohajtotta. A másik, Frater György és Petrovics Péter vezérlete alatt, az elhúnyt király fiát János Zsigmondot törekedett a magyar trónra emelni, s e végből királyválasztó országgyülést hívni össze. [1])

János király számos előkelő hívei és az erdélyi rendek

[1]) *Frater György* 1540. július 18-án Szászsebesről Zsigmond királynak írja: „Neque hoc omittendum, agere per oratorem apud S. Cath. Caesaream majestatem, ut Ser. Romanorum Regem cohibeat, ne in regnum Ungariae quicquam tentet, neve solito more irrumpat, et bello calamitatis infligat (sic), quoadusque nos *conventu indicto*, quid regno, conservationiqui eius conveniat, statuemus.“ Az Acta Tomiciana kiadatlan XVI. kötetéből a szent-pétervári cs. könyvtárban. — *Choron András* 1540. augusztus 24-én Ugodból jelenti: „Hic pro certo narratur, ut ipsi Joanniste, qui in transsilvania fuere, cum vaywodis, videlicet Maylath et Balassa Imre fecissent concordiam, et essent in reditu cum cadavere Joannis Regis, venirentque cum eo Albam Regalem ad sepelliendum, ubi inter sepulturam facerent unam congregacionem, illucque aut gubernatorem filii Joannis Regis, vel alium eligerent et constituerent, seu cum solucione taxe ad Imperatorem Turcarum adherebunt, vel tuicioni Polonie Regis sese subjugabunt. . . . . Bonum esset, ut Sua Maiestas (Ferdinánd) primo ante omnia conventum faceret, quoniam si ipsi primitus facient aliquam dietam et electionem inter ipsos, tandem illam eorum conclusionem armis Suae Maiestati gravius erit solvere.“ Egykorú másolata a bécsi cs. levéltárban.

követei, [1]) miután uruk tetemeit a székesfehérvári sírboltban ünnepélyesen elhelyezték, 1540. szeptember végső napjaiban a Rákos mezejére gyűltek össze.

Vajjon a magyarországi megyék és városok meghívattak-e? És ha igen, vajjon megjelentek-e követeik? nem tudjuk. Itt János Zsigmondot egyhangúlag Magyarország királyává kiáltották ki, nagy korúságáig az ország kormányát anyjára, Izabella királynére és három tanácsosra: Frater Györgyre, Petrovics Péterre és Török Bálintra bízták. [2]) A gyűlés lefolyásáról és végzéseiről egyéb részleteket nem ismerünk. Annyi azonban kétségtelen, hogy e gyűlés nem bírt a törvényes országgyűlés jellemével, és a királyválasztás nélkülözte az érvényesség összes feltételeit.

II.

Ekként János király halála nem állította vissza a megoszlott ország egységét. Frater György lángesze és erélye képes volt János Zsigmond részére az atyja által bírt területet megmenteni. De ez ismét csak a török szövetség utján volt kivihető, minek gyászos következményei mind világosabban tüntek elő.

1541. nyarán Szulejmán újból Magyarországba vezette hadait. A mohácsi gyásznap tizenötödik évfordulóján Budavára ormaira feltűzte a félholdat. A török hóditás az ország szívéig terjeszkedett. És Ferdinánd most is képtelen volt útját állani.

Az ország állapota, a nemzet hangulata sok tekintetben

[1]) Verancsics Antal 1540. szeptember 2-án Gyulafehérvárról Statiliusnak írja, hogy a szászsebesi gyűlésen többi között határoztatott, „ut mittantur legati ad reginam et ad Hungariae proceres, iisque voluntas, consensusque ipsorum mutuus declaretur. . . Oratores supplices ad reginam mittunt, fidelitatem offerunt, auxilia poscunt, pro gratia laborant, ab Hungariae proceribus regem se expectare profitentur.“ Verancsics munkái. VI. 144.—7. ll.

[2]) Verancsics 1540. október 11-én Gyulafehérvárról Szalánczi Jánosnak írja, hogy Frangepán érsek és társai „neque interfuerunt *comitiis ab universo regno in campo Rakos celebratis*,“ i. m. 150. l. És *Bethlen Farkas* i. m. 344. l.

hasonló volt ahoz, mely 1531-ben, a két uralkodó mellőzésével tartott gyűléseket provocálta, melyeken a hazafiúi buzgalom és az egyéni nagyravágyás közös czélban találkozott: véget vetni az ország megoszlásának, és önerővel menteni meg a hazát.

Már 1541. augusztus 28-án, midőn Szulejmán czéljait még homály borította, a felső magyarországi megyék követei *Eperjesen* gyűlést tartottak, hol arról tanácskoztak, mikép oltalmazhatnák meg területüket a török ellen? [1]) Tanácskozásaik- és megállapodásaikról közelebbi részleteket nem ismerünk.

III.

Két héttel utóbb, 1541. szeptember 13-án több főúr és nemes *Tokaj* várában tartott tanácskozmányt. *Perényi Péter* abauji főispán és főkapitány, *Serédi Gáspár* főkapitány, *Bebek Imre* gömöri főispán és *Balassa Imre* erdélyi vajda voltak a jelenlevők között legkiválóbbak. Itt elhatározták, hogy szent Mihály napjára *Gönczre* az ország összes rendeit meg fogják hívni, hogy velök hazájuk fentartásáról és megmentéséről tanácskozzanak.

„A végveszély, melyben forgunk, — írják — felhív és int minket, hogy végre egyesülten és egyetértve tanácskozzunk hazánk üdvéről.“

A nevezett urak meghívóleveleikben hivatkoztak azon hatalomra, melylyel Ferdinánd király által vannak felruházva. És minden megyét tizennyolcz nemes képviselő küldésére hívták fel. [2])

Vajjon megtartatott-e a gönczi gyűlés? nem tudjuk.

---

[1]) Loboczky Mátyás 1541. augusztus 31-én Késmárk városának írja: „Die Dominico proximo fuimus in Eperjes congregati, ubi Universitas Nobilium Sedis Saros et Scepus, nec non et omnium Comitatuum Nuncii aderant. Consuluimus invicem, quomodo nos a Turcica manu salvare possemus; Deus tamen novit, an consilia nostra aliquid proficient.“ *Wagner*. Analecta Scepusii. I. 76. l.

[2]) A nevezett uraknak Szepes megyéhez intézett, Tokajban 1541. szeptember 13-án kelt meghívólevele. Eredetije a nevezett megye levéltárában. — L. **Irományok.** I. szám.

IV.

Míg a tokaji értekezlet fejei az országot, kellő biztosítékok mellett, Ferdinánd jogara alatt ohajtották egyesíteni, s e czélból hívták össze a gönczi gyűlést; Frater György 1541. október 18-ára *Debreczenbe* a végett hívta össze az ország rendeit, hogy azokat Ferdinándtól elvonja és János Zsigmond pártjára vezesse. Ezt előkészítendő, meghívóleveleiben kiemelte, hogy a szultán által fel van hatalmazva személy- és vagyonbiztosságot igérni mindazoknak, kik „vele egyetértenek." [1])

Ezen debreczeni gyűlésről is hallgatnak emlékeink.

V.

Hasonló gyűlés hívatott össze 1541. deczember 6-ára *Sajó-Szent-Péterre, Borsodban.* [2]) Azonban Ferdinánd kapitányai és szorosabb hívei vonalkodtak ott megjelenni; vagy mert nem tartották megengedettnek a király tudta nélkül hirdetett gyűlésen résztvenni; vagy mert féltek, hogy az János Zsigmond érdekében fog tartatni. Főurak általán nem voltak jelen; csak kevesen képviseltették magukat követek által. E miatt az egybegyűlt nemesség, csekély számánál fogva, nem tekintette magát illetékesnek az egész országot érdeklő ügyekben határozni, s deczember 21-re Miskolczra újabb gyűlést hívott össze. Mindazáltal már most kimondatott, hogy az ország fennmaradásának érdeke sürgetően követeli a nemzet egyesülését, egy uralkodó jogara alatt, hogy ekként egyesült erővel lehessen a török ellen fellépni. Találkoztak ugyan, kik javasolták, hogy ha Izabella a szultánnál Buda visszaadását kieszközli, meg kell hódolni fiának. De a nagy többség *Ferdinánd* mellett nyilatkozott, és Frater Györgynek s más vele tartó uraknak követei készeknek nyilatkoztak hozzá csatlakozni.

[1]) Frater Györgynek 1541. szeptember 28-án Szepes megyéhez intézett meghívólevele ugyanott. — L. **Irományok.** II. szám.

[2]) Úgy látszik az ország összes rendei meghívattak ide. Ugyanis, mint Verner Gy. alább idézendő leveléből kitünik, a bányavárosok felkérték Verner Györgyöt, hogy őket a gyűlésen képviselje.

A közügyek mellett a nemesség nem feledkezhetett meg saját külön érdekeiről sem. Élénk panaszok emelkedtek némely főurak ellen, kik az alsó nemességet elnyomják és zsarolják.

Midőn az iránt tanácskoztak, mikép szüntessék meg e bajokat, a nézetek elágaztak. Némelyek javasolták, hogy a nemesség lépjen egymás között szövetségre és ragadjon fegyvert zsarnokai ellen. Azonban a többség abban állapodott meg, hogy az orvoslást Ferdinándtól kell sürgetni.

A gyűlés két küldöttet bocsátott *Verner Györgyhöz*, Ferdinánd sárosi kapitányához, kik felkérték, hogy járuljon határozataikhoz, és eszközölje ki a felső magyarországi királyi városok hozzájárulását.[1])

VI.

Verner György deczember 18-ára *Eperjesre* hívta meg Lőcse, Bártfa, Eperjes és Kis-Szeben városokat, Sáros- és Szepesmegye rendeit, hogy velök a teendők iránt tanácskozzék.

Az egybegyűlt rendek kinyilatkoztatták, hogy, a mi az egyesülést illeti, melyre a sajószentpéteri gyűlés által felhívatnak, ők törvényesen megkoronázott királyukhoz hűségesen ragaszkodnak, annál inkább, mert az képes őket mind a külellenségek támadásaival szemben megoltalmazni, mind a belső bajokat, melyek ekkoráig zaklatják, megszüntetni. Eszerint készséggel felajánlják közreműködésüket ő felsége s közös hazájuk javának előmozdítására.

A menyiben a rendek szenvedett sérelmeik és bajaik megszüntetése tárgyában ő felségéhez folyamodni kívánnak, készek hozzájuk csatlakozni. Azonban mind ő felségének jogaira nézve sérelmesnek, mind a közbéke fentartása szempontjából veszélyesnek tartanák, ama bajok megszüntetése végett akár külön szövetséget kötni, akár azok ellen, kik őket elnyomják, fegyvert ragadni. Ő felsége, méltányos kívánatait kétség nélkül meg fogja hallgatni, és nem mulasztandja

[1]) Verner György Sárosból deczember 14-én a bányavárosokhoz és deczember 20-án Ferdinándhoz intézett levele. Amaz a selmeczi városi, ez a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** III. szám.

el a véghelyekről is megfelelően gondoskodni, miként Eger váráról már is gondoskodott. Ha tehát a rendek olyast határoznának, mi ő felsége jogaira nézve sérelmes: ők az ellen óvást emelnek.

Az eperjesi gyűlés, ezen megállapodásainak kijelentése végett két követet küldött Miskolczra. [1])

VII.

A deczember 21-re kihirdetett *miskolczi gyűlésen* tizenhárom megye: *Abauj*, *Bereg*, *Bihar*, *Borsod*, *Gömör*, *Heves*, *Külső-Szolnok*, *Nógrád*, *Sáros*, *Szabolcs*, *Szatmár*, *Szepes*, *Zemplén* és *Ugocsa* nemessége volt képviselve.

Mindnyájan, egyértelműleg kifejezést adtak Ferdinándhoz való ragaszkodásuknak. Felhagyva az önsegély gondolatával, a királyhoz fordúltak. Követeik által tolmácsolták áldozatkészségüket, és kifejtették a szenvedéseket, melyek, a hatalmaskodó főurak kiméletlen zsarnoksága által, évek óta súlyosodnak az alsó nemességre. E miatt kérik a királyt, rendeljen egy magyar kapitányt, ki az erőszakosan elfoglalt birtokokat törvényes tulajdonosaiknak adja vissza, a sérelmek és elnyomás ellen oltalmazza, a törvénytelen adókat és harminczadokat szüntesse meg, őket jobbágyaikkal együtt, kiket az alispánok és szolgabírák által megállapítandó számban, fel fognak fegyverezni, a török ellen vezérelje, végre gondoskodjék, hogy mind a magyar, mind az idegen hadak a jobbágyok zsarolásától tartozkodván, saját zsoldjukból éljenek, nehogy az elnyomott szegénység jajkiáltásai az ég boszúját kérjék le vagy pedig — a mi több helyen történt — török területre kényszerüljön menekülni, s a törökökkel saját honfitársai ellen harczolni. [2])

[1]) Az eperjesi gyűlésnek a miskolczi gyűléshez intézett átirata. Egykorú másolata a bécsi cs. t. levéltárban. — L. **Irományok.** IV. szám.

[2]) A miskolczi gyűlés lefolyásáról nem bírunk adatokat. Végzései és Ferdinándhoz intézett felirata ismeretlenek. De az utóbbinak tartalmát nemcsak a királyi válaszirat ismerteti, hanem Lőcse, Bártfa, Eperjes és Kis-Szeben 1541. deczember 27-én Ferdinándhoz

Ferdinánd az 1542-ik év első napjaiban fogadta a miskolczi gyűlés követeit. Előterjesztésükre adott válaszában kijelentette, hogy a gyűlés megtartását, határozatait és kívánatait kegyelmesen tudomásul veszi.

Benső részvettel értesült hű rendeinek szenvedéseiről, melyeket hőn ohajtott megszüntetni; azonban, bár Lajos király halála óta mindent megtett, hogy ezen „nemes és dicső országot“ egységre és összetartásra vezesse, jogai- és szabadságaiban megtartsa, a belbékét megszilárdítsa; igyekezetei nem vezettek eredményre. Egyébkint biztosítja a rendeket, hogy ezentúl sem fogja őket elhagyni, s a közelebb tartandó országgyűlésen, biztosai által közölni fogja javaslatait, melyek az országnak belső és külső ellenségeitől való megszabadítására vonatkoznak. A rendek ezen országgyűlésre küldjenek követeket, és türelemmel várják be eredményét.

A király továbbá ígéri, hogy haladéktalanul fel fogja hívni azokat, kik a nemességet és a jobbágyokat elnyomják, hogy további hatalmaskodásoktól tartózkodjanak; a királyi helytartót is utasítandja, hogy erre nézve a szükséges intézkedéseket tegye meg.

A mi a rendek által kért kapitányt illeti, hozzanak 2—3 alkalmas férfiút javaslatba, mire a közelebbi országgyűlésen elő fogja adni határozatát.

Értesíti a rendeket, hogy Frater György, Petrovics Péter és Kostka Szaniszló készek meghódolni, kikkel már is tárgyalásokat folytat.

A Csehországban, s egyéb tartományaiban tartott gyűléseken a török hadjáratra jelentékeny haderőt ajánlottak meg, és mielőbb 8000 könnyű lovast és 1000 martalóczot fognak kiállítani. Biztos reménysége van, hogy a speieri birodalmi gyűlés, melyre most készül utazni, nemcsak a Regensburgban megajánlott segélyt fogja megadni, hanem még nagyobb áldozatokat is hozand. [1])

---

intézett felirata is, melyben a miskolczi gyűlés kérelmeit támogatják. Eredetije a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** V. szám.

[1]) A k. válasz egykorú másolata Bártfa sz. k. város levéltárában. Közli *Kovachich.* Supplementum. III. 179.—183. ll. — L. **Irományok.** VI. szám.

A király e választ 1542. január 15-én adta ki. Már a következő napon teljesítette az abban foglalt igéretek egyikét. *Perényi Péterhez*, ki ellen a miskolczi gyűlésnek legtöbb panasza volt, rendeletet bocsátott, melyben meghagyta, hogy a törvénytelen harminczadok behajtásával, az alsó nemesség és a jobbágyok elnyomásával hagyjon fel. [1])

[1]) A január 16-iki k. rendelet eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.

ORSZÁGGYŰLÉSI IRODÁNYOK.

I.

1541. Szeptember 13.

Meghívólevél a gönczi részleges gyűlésre.

Nos *Petrus de Peren* Comes perpetuus Abawywariensis ac Regni Hungarie Capitaneus Supremus, Cancellariusque Regie Maiestatis etc., *Caspar Seredi* partium superiorum Capitaneus etc., *Franciscus Bebek* de Pelsewcz Comes perpetuus Comitatus Ghemeriensis etc., *Emericus Balassa* Vayuoda Transiluaniensis etc.

Egregiis et Nobilibus dominis Uniuersitati Comitatus Scepusiensis Salutem et amiciciam. Notum facimus dominacionibus vestris, nos cum aliis dominis amicis ac fratribus nostris congregacionem habuisse, consultantes et acquirentes *(sic)* viam accomodam ad conseruacionem huius miserimi Regni, communis videlicet patrie nostre, tum christiane reipublice. Visum itaque est nobis et aliis dominis amicis et fratribus nostris, nobiscum mutuam intelligenciam habentibus, pari voluntate ac consensu nostro deliberare et concludere, ut in oppido Gencz, loco videlicet communi, ad festum Beati Michaelis proxime futurum, iterum congregacionem faciamus, in eaque tam dominaciones vestras, quam eciam dominos et nobiles alios interesse debere. Proinde dominaciones vestras amice et fraterne rogamus, nec non in persona et autoritate nostra, nobis a Regia Maiestate domino nostro clementissimo attributa et collata, easdem requirimus et hortamur, quatenus in dicto oppido Gencz, die prefixo, octo ac decem probos ac idoneos nobiles e medio vestri eligere, ad eamdemque congre-

gacionem expedire debeatis, cum quibus una consultantes, deo optimo maximo duce, eum modum, eamque viam inuenire possimus, qua imminencia pericula euitare, et conseruacionem Regni huius, iam in ultimo exicio positi, consulere valeamus. Assecuramus autem per presentes uniuersos dominos et nobiles, aliosque quoslibet, quod ad hanc congregacionem secure et libere venire, et absque ullo damno ac impedimento ad propria redire possunt, quascunque tandem partes secuti fuerint. Extrema enim ista pericula requirunt, nosque monent, ut jam tandem uniti, mutuo consensu, de salute patrie nostre afflicte consultemus. Nihilominus nos et interim pro virili nostra sedulo curabimus, si aliqua pericula euenirent, ut ea euitare, et si aliqui perturbatoros tranquilitatis suborirentur, illis resistere queamus. Vestras quoque dominaciones rogamus et hortamur, ut quum per literas nostras requirentur, cum omnibus suis et seruitoribus et bonis parate sint, quo nobis in tam necessaria re oportuno auxilio adesse possint. Quas in reliquo bene valere optamus. Datum ex Castro Tokay 13. die Septembris, anno domini 1541.

(Eredetije, melyen három gyűrű-pecsét látható, Szepes megye levéltárában.)

II.

1541. Szeptember 28.

Meghívólevél a debreczeni részleges gyűlésre.

Egregii ac Nobiles domini, fratres et amici nobis honorandi. Salutem et commendacionem. Dominaciones vestre non ignorant, quibus tumultibus et calamitatibus Regnum hoc per multos annos turbatum est, et nunc in quem statum iam incidit. Huius causa nihil alind est nisi discordia intestina. Si eciam decetero eadem discordia inter nos fuerit, manifestum est indicium calamitatis et periculi nostri. Dominaciones igitur vestras, uti dominos et fratres, hortamur et requirimus, ut iam tandem resipiscentes animaduertant, quid sit permansio vestra

et tocius Regni; ne vel reliquias huius Regni iam perdamus. Cesar eciam Thurcarum nobis commisit, ut omnes ad una mittemus, et concordiam ad nos moneamus (?), et omnes quicumque una nobiscum concordes esse voluerint, illos assecurare debeamus contra omnem deuastacionem et omne periculum. Quod periculum ut deuitare possimus, et consilio et voluntate dominorum, omnibus Regnicolis congregacionem in oppido Debreczen ad festum sancti Luce Ewangeliste proxime venturum indiximus. Dominaciones igitur vestras rogamus, velint electos homines ex isto Comitatu, tales, qui apti et sufficientes sint ad consultandum de conseruacione huius lacerati et desolati Regni, ad prescriptum diem in medium nostri mittere. Inueniamus iam tandem, una cum dominacionibus vestris, eum modum et viam, ut hoc afflictum Regnum conseruari possit; nam nos, sicut hactenus, ita etiam nunc, nihil aliud optamus et volumus, nisi commodum et conseruacionem communis patrie nostre. Datum Waradini feria quarta ante festum Michaelis Archangeli Anno domini 1541.

Frater Georgius Episcopus Waradiensis
ac Thesaurarius.

Kivül: „Egregiis ac Nobilibus dominis Universitati Nobilium Comitatus Zepesiensis etc. dominis et amicis nobis honorandis.“

(Eredetije Szepes megye levéltárában.)

III.

1541. Deczember 20.

Verner György sárosi kapitánynak, Ferdinánd királyhoz intézett, jelentése a sajó-szentpéteri és eperjesi részleges gyülésekről.

Sacratissime Rex et domine domine clementissime.

Seruicia mea fidelissima et paratissima quouis loco. Quae in conuentu nobilitatis ad Sayozentpeter, pro festo diui Nicolaj, de quo prioribus meis ad Maiestatem vestram literis mentionem fecj, acta et mihj per certos ex eo conuentu nuntios his diebus exposita sunt, putaui me Maiestati vestrae significare

oportere. Miseram quidem illuc certum hominem meum, qui quid ibj fieret subauscultaret; sed quae idem ibj palam tractata renunciauit, nihil fere sedatj et quieti in se habuerunt, clamatum est enim potissimum contra uim potentiorum, a quibus se nobilitas oprimj queritur, et quesite sunt rationes, quibus violencia ista reprimj et coercerj posset. Neque defuerunt, qui censerent nobilitatem contra eos coniurare et arma capere oportere, et ad constituendum regnj huius statum id inpresens satis esse, si per reginam Joannis uiduam ab jmperatore Turcarum peteretur, ut Budam filio suo restitueret. Atque alia hoc genus; Verum et haec quidem ita se habere, et oppressiones istas nobilitatis sine dubio nunc potissimam omnis in hoc regno discordiae causam esse, dicti ex illo conuentu nuntij retulerunt. Sed nihil tamen ibj constitutum et conclusum esse, quod ad Maiestatis vestrae offensionem pertineat, quin uota et studia omnium eo tendere, ut concordia parta et firmata Maiestati vestrae, tanquam uero et legittimo regi suo, fideliter seruiant et obediant, modo a potentiorum istorum oppressione liberentur, et quae per eosdem ui occupata tenentur, bona sua recuperent, cuius rej gratia singulares nuncios suos ad Maiestatem vestram expediendos curarint; atque ab ijs consilijs neque fratrem Georgium, neque alios dominos eius partis abhorrere, quemadmodum per nuncios suos eundem in conuentum missos sint testatj. Petiuerunt autem a me, ut quae ad constituendam bonam concordiam pertinerent promouerem, et ciuitates istas aliosque Maiestatis vestrae in his partibus fideles ad idem faciendum inducerem, ac tandem ipsis in altero conuentu, qui pro festo diuj Thomae Apostolj ad oppidum Miskoltz indictus est, meam atque aliorum Maiestatis vestrae fidelium mentem declarandam curarem. Quia uero intellexi idem ab alijs Maiestatis vestrae fidelibus, qui priori conuentuj non interfuerunt, esse petitum, putaui super ea re cum dictis Maiestatis vestrae fidelibus ciuitatibus istis ac Sarossiensis et Scepusiensis comitatibus deliberationem habendam, quae et nudiustercius in Eperies habita est, et in hanc exijt conclusionem, vt quia dicta nobilitatis nunciata magni boni speciem habent, duo hinc nuntij in proxime futurum istum conuentum mitterentur, qui ibi referant: dictos duos comitatus et ciuitates

istas uelle omnia, quae ad stabiliendam in fidelitate et obedientia Maiestatis vestrae generalem concordiam faciunt, neque recusare per communes aut etiam proprios nuntios suos supplicare Maiestati vestrae, ut oppressionibus nobilium, alijsque omnibus publicis ac priuatis incommodis atque defectibus quam primum mederj dignetur. Quod si qua ibj tentarentur, quae quoquo modo Maiestatis vestrae dignitati et authoritatj derogarent, aut particularis alicuius confaederationis speciem haberent, ad res nouandas, aut aliquem Maiestatis vestrae fidelium oppugnandum et persequendum, sicutj plerique non obscure loquuntur, se Maiestatis vestrae capitaneos dominum Petrum Perenj et dominum Casparem Seredj ferre non posse, ut ijdem nuntij, quatenus haec impediri non possent, dicant et protestentur comitatus istos et ciuitates nihil cum eis commune esse habituros. In priore conuentu nemo ex dominis personaliter interfuit, plurimj tamen nuntios ibj suos habuerunt et qui tum non miserunt, nunc omnino missurj creduntur, quemadmodum et dominus Petrus Perenj, de ea re a nobis consultus, se facturum esse significauit; ceterum, quae ad me ex eo conuentu referentur ea, quatenus Maiestatis vestrae cognitione digna erunt, mox ad Maiestatem vestram perferrj curabo.

Cassouienses Maiestatis vestrae subditos nondum desinunt infestare, et sibj quasi in media Maiestatis vestrae ditione imperium usurpare, iamque eo sunt progressi, ut a nobilibus quibusdam in huius arcis conspectu commorantibus census et seruicia ac obedienciam filio regis sui prestandam exigere audeant, denunciantes eisdem se nisi id fecerint non passuros, ut domj ac in sedibus suis maneant, et bonorum suorum possessione fruantur. Idem postulant a domini locumtenentis subditis ad arcem Scepusiensem pertinentibus, in quos ante nihil potestatis habuerunt. Questus sum de ijs iniurijs domino Petro Perenj, tanquam Maiestatis vestrae supremo capitaneo, rogauique eundem, ut ne quid detrimentj Maiestatis vestrae ditio caperet, ex officio suo prouidere dignaretur. Verum is ad dominum Casparem Seredj hoc negocij referendum putauit, quemadmodum Maiestas vestra ex literarum eius ad me exemplo his adiuncto intelliget. Atque ita fit, dum alter in alterum intuetur, et suorum interim racionem habet, dicionis Maiestatis

vestrae defensio et conseruacio negligatur, maximisque damnis et iniurijs Maiestatis vestrae subditj afficiantur. Cum autem quottidie ne grauiora accidant verear, et propter simultatem, qua Maiestatis vestrae capitanej inter se distractj sunt, parum in ijs presidij nobis positum esse putem: dignetur mihj Maiestas vestra clementer indicare, ad quem mihj sit per Maiestatis vestrae absenciam in eiusmodj casibus, si quid opus erit, pro auxilio et consilio confugiendum. Dominus deus perpetuo felicem et victorem esse sinat Maiestatem vestram, cuj me humilime commendo. Datum in arce Saros vigesima die Decembris Anno domini 1541.

Sscratissimae Maiestatis vestrae
humilimus seruitor.
Georgius Vernerus.

Kívül: Sacratissimae Romanorum, Hungariae, Boemiae etc. Regiae Maiestati etc., Domino meo clementissimo.

(Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

IV.

1541. Deczember 28.

Az eperjesi gyűlésnek a miskolczi gyűléshez intézett átirata.

Relacio comitatuum Saarosiensis et Scepusiensis, ac Ciuitatum liberarum Lewcha, Bartpha, Eperies et Zebyn ad nunciata regnicolarum, data Eperijs 18. Decembris 1541.

Post salutem etc. dominj nuncij dicent regnicolis.

Primum, quod ad concordiam et unionem attinet, ad quam per regnicolas ex conuentu Sayozenthpeteriensi inuitati sunt comitatus et ciuitates, dicunt se habere dominum, quem in hoc regno legittimum ac coronatum regem agnoscunt, in cuius fidelitate hactenus perseuerauerunt et deinceps quoque perseueraturi sunt, qui dej auxilio fideles suos tum ab exteriore

hostium impressione et tyrannide defendere, tum quoque internis hisce malis, quibus hucusque oppressi fuerunt, subleuare poterit.

In quantum itaque domini regnicolae, aut qui hactenus alium dominum secuti sunt, eundem regem et dominum agnoscunt, iam certam et definitam esse cum ipsis vnitatem et concordiam, et offerunt se ijdem comitatus et ciuitates ad omnia, quae pro commodo Maiestatis regiae et huius regni communis, videlicet patriae ipsorum conseruacione faciunt.

Quod si etiam domini regnicolae, tum propter publica pericula, tum quoque particularia grauamina, uiolencias, bonorum occupaciones, inuasiones et oppressiones, quas a potentioribus patiuntur, quales et ipsi plurimas et praesertim a Cassoviensibus patiuntur, alia item qualiacumque incommoda amouenda ad Maiestatem regiam mittere decreuerunt; ipsos quoque comitatus et ciuitates paratos esse penes dominationes suas pro oportuno remedio apud Maiestatem suam diligenter laborare et sollicitare.

Ceterum, quod dominj regnicolae interim particulares confaederationes facere, et ob non remissionem bonorum, oppressiones, aut aliam quamcumque causam contra aliquem insurgere velint, viderj dictis comitatibus et ciuitatibus id contra authoritatem regiae Maiestatis esse, neque ad publicam salutem et vnitatem conducere, uerum maiorum motuum causam fore; sed ea incommoda ad Maiestatem regiam esse deferenda, quae sine dubio, uti se antehac regnicolis clementer obtulit, de remedio opportuno prouidere sciet.

Similiter prouisionem finium Maiestas sua, quemadmodum iam pro parte Agriae fecit, modo regnicolae concordauerint, alijs etiam locis, ubicunque necessitas postulaverit, prouideri curabit, cum in hoc Maiestas sua capitaneos et gentes Strigonij paratas habeat, et plures etiam bono modo ordinare poterit.

Quod si uero dominj regnicolae pro se aliquid contra quempiam, in derogamen dignitatis et authoritatis Maiestatis regiae, attentarent, dictos comitatus Saaros et Scepus, ac ciuitates liberas Lewcha, Bartpha, Eperyes et Zebyn ipsis nullo

modo consentire posse, neque uelle, sed superinde solenniter protestari.

Kivül: Exemplum relacionis ciuitatum parcium superiorum etc. nobilibus in Miskoltz congregatis factae.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

V.

1541. Deczember 27.

Lôcse, Bártfa, Eperjes és Kis-Szeben királyi városoknak Ferdinánd királyhoz intézett felirata.

Sacratissima regia Maiestas, domine noster clementissime. Post fidelitatis et seruiciorum nostrorum humilimam commendacionem. Sacratissimam Maiestatem vestram ex aliorum quoque fidelium significacione intellexisse arbitramur, quales sint regnicolarum conuentus hisce diebus in oppidis Saÿozenthpeter et Miscolcz habiti, et quod ijdem regnicolae qui quidem adhuc supersunt, consenserint, atque coniurauerint, quod solam Maiestatem vestram regem et dominum suum agnoscere, et penes eiusdem fidelitatem se contra naturalem ipsorum et nostrum omnium hostem Thurcam armare, viritim insurgere, atque vita durante pugnare velint; quia vero ea omnia, que per eos ibi acta et conclusa esse intelleximus, in Maiestatis vestre commodum et regni huius conseruacionem et publicam salutem tendere videntur, et nos eadem ipsa summa semper fide studio et diligencia quesiuimus, et promouere quantum in nobis fuit conati sumus, per eosdem regnicolas de conclusionibus ipsorum certiores facti, et ad vnionem atque concordiam inuitati, obtulimus nos paratos ad omnia, que ad Maiestatis vestre dignitatem et commodum, ac regni conseruacionem per ipsos deliberata fuissent. Cumque ijdem decreuerunt eciam certos suos nuncios ad Maiestatem vestram mittere, qui hanc ipsorum deliberacionem Maiestati vestre exponere, atque de publicis periculis, tum quoque particularibus grauа-

A megajánlott adó behajtására vonatkozólag, a főrendek és az alsó nemesség között felmerült ellentét kérdésében, a Rakovszky által felhozott nyomatékos érvek Ferdinándot az alsó nemesség részére hajlították.[1]) Mindazáltal a főrendeket sem akarta elkedvetleníteni, s így egy közvetítő intézkedésre határozta el magát: hogy a főrendek saját kincstárnokaik, az alsó nemesség pedig a megyei adószedők kezeihez fizessék az adó és segélypénzeket; de a befolyó összegek egyedül hadak fogadására és ellátására fordíttassanak. Hogy mind a főrendek, mind az alsó nemesség kincstárnokai az adó kezelésében és a hadak kiállításában a törvény követelésének eleget tegyenek, a király kijelenté, hogy biztosokat fog rendelni, kik a hadakat megszemléljék és a számadásokat megvizsgálják, egyúttal kapitányainak meg fogja hagyni, hogy azok ellen, kik a jobbágyaiktól behajtott adót maguk részére letartóztatják, szigorúan lépjenek fel. Mivel pedig az alsó nemesség a megyei adószedőktől megvárja, hogy díj nélkül járjanak el tisztükben, a király felhívja a főrendek kincstárnokait, hogy a részükre rendelt 3000 forintnyi tiszteletdíjról mondjanak le, s ezen összeg is hadak fogadására fordíttassék. A királyi városok polgárai tekintetében, a király megnyugodott abban, hogy házaik és szőlleik a hatvanad fizetése alól fel legyenek mentve.

A király igérte, hogy mihelyt az ország egysége helyre

---

[1]) Thurzó apríl 14-iki levelében hathatósan támogatta a főrendek javaslatát. A király apríl 29-iki válaszában írja neki: „Licet ipse nobilium sententiam et conclusionem non probandam ducas,... latere te nolumus, dictam uniuersitatem nobilium nobis et suas *rationes satis validas, honestas et efficaces,* quibus ordinationem illorum a nobis confirmari contenderunt, exponendas curasse."

lesz állítva, és az egész nemzet a királynak meghódolt, Pekry Lajost szabadon fogja bocsátani. A Sáros várában levő tiszteknek már megparancsolta, hogy a nemességet jövőben ne terheljék. A jászói prépostot a reá rótt pénzösszeg fizetésétől felmenti, oly feltétel alatt, hogy a jövő hadjárat alkalmával, a törvények értelmében állítsa ki fegyvereseit. Pálczán Péter budai bíróról, mihelyt alkalom nyílik, gondoskodni fog. [1])

Az országgyűlés küldöttei ezen királyi választ május 5-én Thurzó Elek királyi helytartónak hozták meg, ki azt az ország hatóságaival közölte. [2])

---

[1]) Az apríl 30-án kelt királyi válaszirat egykorú példánya Szepes megye levéltárában. — L. **Irományok.** XVI. szám.

[2]) Thurzó Eleknek május 7-én Szepes megyéhez intézett levele, e megye levéltárában. — Thurzónak több lényeges kifogása volt a k. válaszirat ellen, melyeket május 6-án Ferdinándhoz intézett felterjesztésében hosszasan kifejtett; de ezek már hatás nélkül maradtak. (Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

ORSZÁGGYŰLÉSI IRODALMÁNYOK ÉS TÖRVÉNYEK.

I.

1542. Január 6.

Ferdinánd király meghívólevele a beszterczebányai országgyűlésre.

Ferdinandus etc., diuina fauente clementia Romanorum, Hungarie et Bohemie etc. Rex, semper Augustus.

Egregij et nobiles fideles dilectj. In quem rerum statum conditio regni nostri Hungarie, patrieque vestre, prolapsa sit, et quam ingens periculum vobis omnibus immineat, non est opus multis vobis recensere, non solum enim omnia ob oculos vestros posita sunt, sed plerique vestrum satis superque experti sunt magno detrimento. Thurca enim nominis christiani hostis crudelissimus, his, quibus publicam dederat defensionis et libertatis conseruande fidem, cum antea multocies, tum nuper impie delusis, Budam, caput regni, soliumque nostrum sibi deditam possidet, et nunc quoque non aliud molitur, quam, ut sub specie promulgate libertatis publice, reliquam quoque Hungarie, quam adhuc non possidet, partem Tyrannidi sue subijciat, et vos coniuges et liberos vestros, eorum instar, quos armis hactenus deuicit, aut in diuersas regiones transferat, aut in perpetuam seruitutem redigat: quod ne euenire possit, nos dei imprimis adiutj clementia, omnia, que ad liberandum ab hoc tyrannide patriam vestram, opus esse videbantur, diligenti studio curauimus, hacque de causa aliorum quoque regnorum nostrorum subditj nihil est, quod hortatu iussu et imperio nostro, lato iam ad hoc publico suffragio, tum pro vestra, tum pro sua, Christianeque reipublice salute, non sint libenter citra moram facturj. Maiestas etiam cesarea, dominus et frater noster charissimus, cum alijs principibus et ordinibus Imperij, iam pre-

sto erunt, vti ex oratoribus nostris, iam quos ad conuentum fidelium nostrorum proximum missuri sumus, de his plura et latius intelligetis. Ne autem vos quoque qui periculo propinquiores estis, et in medio incendio agitis, vobis ipsis deesse et alijs remotioribus periculis tardiores esse videaminj, necessarium est, vt conventu quamprimum generalj inter vos celebrato, communibus consilijs et votis hac de re decernatur; ad huiusmodi igitur conuentum publice agendum diem dominicam ante festum beati Valentinj proximum et ciuitatem Nouizolij constituimus et indicimus; quare fidelitati vestre harum serie firmiter comittimus, ut ad predictum diem et locum aliquos de medio vestri electos cum plena facultate mittere debeatis, vt omnia eo fundamento nomine vestro tractare et concludere istic possint, ne alijs subditis nostris a periculo remotioribus, vos, quos hoc incendium magis vrit, in defendenda vestra, coniugum et liberorum uestrorum salute non modo inferiores non sitis, sed etiam longe superiores esse videaminj. Ut autem ad commune hoc publice salutis curande negocium, quisque libere conuenire et tractare possit, his, qui a fidelitate nostra hactenus alieniores visi fuerunt, et nunc animo ad ipsam fidelitatem nostram accedendj venire aut mittere uoluerint, damus presentibus ad conuentum predictum absque timore veniendi publicam fidem atque securitatem, eosque alijs fidelibus nostris adnumerabimus. Aliud igitur ne feceritis. Datum Prage, in die Epiphaniarum dominj, 1542.

(Egykorú másolat a bécsi titkos levéltárban.)

II.

1542. Január 23.

Ferdinánd királynak, a beszterczebányai országgyűlésre küldött biztosai részére kiállított megbízólevele.

Ferdinandus etc.

Reverendi, Spectabiles, Magnifici, egregij, nobiles, fideles dilectj. Commisimus Magnifico francisco de Bathyan comiti

comitatus Castri ferrei et Honorabili docto Marco Beck a Leopolstorff cancellario per Austriam nostram jnferiorem, consiliarijs, oratoribus et comissarijs nostris fidelibus nobis dilectis, nonnulla vobis, nomine nostro, publice exponenda, et vobiscum in presenti isto conuentu comunicanda, consultanda et tractanda, que cum de mera voluntate nostra procedant, et ad communem istorum regnorum nostrorum, vestrumque omnium salutem, defensionem atque quietem spectent: vos itaque omnes et singulos horum serie clementer requirimus, vt dictis oratoribus et mandatarijs nostris in his, que uerbis nostris referent, et in medium, pro commodo, quiete, liberationeque eorundem regnorum nostrorum proponent, plenam et indubitatam fidem adhibeatis, vosque superinde ita gerere et exhibere velitis, prout vestre in patriam pietati, amorique simul et fidelitatis erga nos vestre debito conuenit, jd quod cum vos omnes et singulos sicut unquam alias, nunc vel maxime facturos esse minime dubitamus, tum erga vos, vt suorum subditorum et fidelium studiosum principem decet, paterna cura recognoscemus.

Datum in oppido nostro Egger, die 23. Januarij 1542.

Fiant binae credentiales.

Altere sint: Commisimus Reverendis, Spectabilibus et Magnificis, honorabili, docto, fidelibus Paulo de Warda archiepiscopo Strigoniensi, primati regni Hungarie etc., comiti Alexio Turzonj judici curie et locumtenenti nostro in eodem regno, Petro de Peren perpetuo comiti Abawywariensi supremo capitaneo et cancellario ejusdem regni nostri, nec non francisco de Batthyan comiti comitatus Castri ferrej et Marco Beck a Leopolstorf cancellario nostro per Austrie nostre jnferioris prouintiam, consiliarijs, oratoribus et commissarijs nostris ad conuentum illum generalem singulariter deputatis.

Az irat elén: Statibus regnicolisque Hungarie, Dalmacie, Croacie, Sclauonie.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

III.

1542. Január 23.

Ferdinánd király utasítása, a besztercebányai országgyülésre küldött biztosai részére.

Ferdinandus etc.

Instructio de ijs rebus, quas res oratores et commissarij nostri, in generali conuentu, ad diem dominicam post festum beati Valentinj proximum, et ciuitatem Nouisolij per nos indicto, apud communes status ordinesque regnicolarum nostrorum nomine nostro agere et tractare debent. Inprimis post redditas literas nostras credentitias, illis salutem, gratiam nostram regiam et omne bonum exponant.

Deinde vero eisdem reuocent in memoriam, Nos iam inde ab initio, uiuente adhuc Serenissimo rege Ludovico pie memoriae, omni studio, cura, diligentiaque et opera, quantum in nobis fuit, prestare studuisse, quecunque ad regni Hungarie quietem et salutem pertinere videbantur, et proprijs adeo sumptibus castra pleraque in Croatia et Dalmacia conseruare, ac bonum numerum militum stipendio nostro alere minime dubitasse; vbi autem infelici proelio prefatus Serenissimus dominus Ludovicus rex occubuit, nos non tam pro juribus nostris asserendis, quibus clarum erat regnum ad nos liberosque nostros irrefragabiliter pertinere, quam pro conseruatione et incolumitate eiusdem regni, ne ex eius scilicet periculo tota respublica Christiana detrimentum, damnumque irreparabile caperet, omnia fecisse et tentasse, que ad tranquillitatem et conservationem eidem regno parandam spectare putabantur; verum postquam pacatis consilijs, quibus nullus plane locus per adversarium nostrum datus fuit, nos regnum consequi non posse videremus, ad arma tandem confugere nos fuisse coactos, cumque varie per annos aliquot concertatum fuisset, essetque nobis permolestum et non mediocri dolorj, videre scilicet mutuis huiusmodi dissidijs et dissensionibus regnum in dies minui et vastari, tranquillitatem, libertatem, ociumque eius conuelli

et labefactari, mutuas grassationes, rapinas, cedes, violentias, pauperum oppressiones, bonorumque direptiones, exclusa omni justitia, augeri, nulla juditia recte exerceri, veramque militiam concidere et abolere, et nonnisi hostibus viam in regni pernitiem aperiri: hinc ex innato quidem erga nationem Hungaricam amore et pietate Christiana, nihil magis expetivisse et voluisse nos, quam vt omnis ruine et calamitatum materia quamprimum tolleretur, et propterea ad certos pacis et concordie tractatus et conditiones cum Serenissimo quondam Joanne rege etc., pro salute et quiete regni illius, proque totius reipublicae Christianae commodo, non sine graui jurium nostrorum praeiuditio et detrimento, ineundos accessisse et condescendisse, fecisseque cum eo, intercedente nimirum juramento vtrinque literis et sigillis manuumque subscriptione firmato, pacem et concordiam, in aliquot descriptos articulos redactam et determinate sancitam, et penes hoc juramentum potiores regis Joannis consiliarios, praesertim illos, qui ad hos pacis et concordie tractatus admissi fuerunt, bona fide se literis ipsorum obstrinxisse, omnia illa inter nos conclusa firmiter et jnuiolabiliter sese obseruaturos et obseruanda totis viribus curaturos esse. Eius autem pacis conditiones ita cum rege Joanne susceptas, et vltro citroque iureiurando firmatas, tametsi ipse rex Joannes minus obseruare curarit, dum uiueret, nos tamen nolentes vllam occasionem dare perturbandi rursus statum Hungarie, patienter vtique tulisse omnes illius offensiones, et vtcunque sibi ad ea conniuendum putasse, que per ipsum, factiososque quosdam homines dicte paci non parum aduersa et contraria sine intermissione fiebant. Succedente postea morte illius, etsi nos eo, quod ipse rex Joannes in vita sua non praestiterat ea, que iuxta pacis conditiones praestare et exequi ex parte sua tenebatur, pro jure nostro minime obligari videremur, antenominatis tractatibus stare et satisfacere, maluisse tamen publicum bonum priuate vtilitati anteponere, ac potius quieti et tranquillitati regni Hungarie consulere, quam praeteritarum jniuriarum offensionumque meminisse.

Proinde haud neglexisse statim ab obitu ipsius regis Joannis tum ad Serenissimum regem Polonie etc., tum ad filiam

illius Isabellam reginam viduam peculiares legatos nostros emandare, propterea vt verbis nostris intelligerent, nos pacis et concordie cum rege quondam Joanne inite tractatus et conditiones observare cupere, velleque omnia praestare, que iuxta earum tenorem ipsam reginam et filium suum, ceteraque in his contenta concernerent.

Preterea, non praetermisisse omnibus et singulis totius regni Hungarie statibus et ordinibus successionis nostre jus per patentes literas nostras clementer insinuare et proponere, admonuisseque inprimis Serenissime regine consiliarios, vt fidei sue, nobis vigore literarum suarum promisse, satisfacientes, nobis in successione ad regnum Hungarie nullum negotium nullumue jmpedimentum vel ipsi facerent, vel ab alijs afferri paterentur.

Manifestum autem esse, post hec ád nostri obedientiam fidelitatemque bonam magnatum, procerumque regni partem accesisse, qui sanis nimirum consilijs vsi, atque adeo prae oculis habentes pericula et calamitates, quas ipsi regno et per Turcas et per factionum studia impendere videbant, facile nos, vti debebant, in regem et dominum suum recognouerint.

Et quamvis quorundam certorum hominum conatus alio potius respicere et declinare, quam inite concordie articulis satisfacere exploratum habebamus, nihilominus tamen nos illis omnem graciam, liberalitatem, clementiamque nostram statim a principio benigne proponere et offerre non dubitasse, quo eos ad vnionem, concordiamque regni, nec non ad nostri obedientiam, fidelitatemque reduceremus.

Ex his igitur supramemoratis ipsos regnicolas facile posse animaduertere, nos omnia prius lenitate, mansuetudine, precibus, monitis, adhortationibus atque in summa pacifica prorsus via tentare voluisse, nec non omnibus quibuscunque potuimus quietis et pacatis consilijs vsos fuisse, antequam ad arma expeditionemque aliquam descenderimus.

Ex quo autem istorum hominum in odium nostri concitatorum nimiam obstinatiam nulla clementia gratiaque nostra proposita flecti posse sensissemus, et alioqui certum quasi periculum esse videremus, ne Turcarum viribus superuenientibus tam jnclytum et jncomparabile regnum, quod veluti vali-

dissimus quidam murus et propugnaculum vniuerse christianitatis semper habitum est, non minus cum totius reipublice Christiane pernitie, quam regnorum et prouintiarum nostrarum detrimento ac summo discrimine in fedissimam ac deplorandam seruitutem redigeretur, ac denique oratores ad Turcam non probando consilio missos, multaque praeterea indigna, ipsique regno pernitiosa et seditionis plena ac ad perturbandam in eodem regno quietem magis idonea, quam ad publicam tranquillitatem salutaria, simul et in praeiuditium et fraudem juris nostri, fieri certo certius constaret : non potuisse nos ex offitio nostro, vti Christiani principis et de regni Hungarie salute maiorem in modum soliciti, aliter facere, quam vt milites conscribendos curaremus, non eo tamen consilio, quo regine ac filiolo suo vim aliquam aut minimam jniuriam faceremus, sed vt jus nostrum prosequendo, regnum illud nostrum ab impendenti a Turcis jnteritu, ruinaque liberandum susciperemus; vidisse enim nos et perspexisse euidenter, quod nihil neque regine, prouintijsque nostris magis necessarium ac oportunius neque toti Christianitati vtilius, salubriusque foret, quam si regnum Hungarie conseruari posset, quo minus a Turcis occuparetur, praesertim cum in eius conseruatione vniverse propemodum reipublice Christiane salutem, nedum nostram, regnorumque nostrorum jncolumitatem positam esse uere existimaretur.

Collegisse itaque jnuitos et plane coactos, suprascriptis rationibus causisque vrgentissimis, exercitum, iussisseque illum in Hungariam superiori anno duci, non eo proposito, vt in regno illo cruentum ac ciuile bellum excitaret, sed vt vel armorum metu seditiosorum ac rebellium hominum animos a pernitiosis conatibus suis, quibus sese nobis, non sine publica calamitate et regni pernitie, opponere ausi fuere, deterreret, vel alio quocunque modo eos ad nostri obedientiam pertraheret, eaque, que et diuino et humano jure ad nos pertinerent, mediantibus viribus, ex quo pacifica amicabilique via adipisci non possemus, extorqueret.

Accidisse autem postea, ut, regina a nobis ita efflagitante, per comissarios vtrinque constitutos, de negotio rursus secundum initos pacis concordieque tractatus honeste beeuolneque componendo, tractatum fuerit.

Sed quam indigne et immerito earum conditionum, quas tum cum ad tractationem ventum erat, per comissarios et oratores nostros proposueramus et obtuleramus, equitas plusquam honestissima contempta et repulsa sit, et quam jniqua contra petita fuerint, perlongum fore jmpresentiarum recensere.

Tantum haec pauca ipsis de consilijs et actionibus nostris jndicare jmpresentiarum opere pretium existimasse nos, vt inde tanto magis perspicere possent, et si totis viribus tranquillitatem, jncolumitatemque ipsi regno Hungarie parare nusquam cessauerimus, tamen vel propter aduersariorum nostrorum non recta consilia, vel, quod magis credendum est, ob Dei optimi maximi, peccatis sceleribusque nostris grauissime indignantis, iram, vt qui hoc veluti flagello errantis, et fraterna Christianaque charitate plane exuti populi sui flagitia castiganda, puniendaque proposuerit, non potuisse conatus hactenus nostros, quamlibet paterne pieque pro regni Hungarie tuitione susceptos, ad optatum speratumque exitum deducere; spectasse autem eo omnes illos conatus actionesque nostras, primum vt eos, qui nobis aduersarentur, ad sanam mentem sanaque consilia reduceremus, vt facta nimirum vnanimi concordia, consonatisque omnium regnicolarum in idem voluntatibus, regnum ipsum pristino nitori restitueremus, et ex imminentibus calamitatibus eriperemus, deinde vt Budam regni caput sedemque, pacifica via, aut si id obtineri non posset per aduersariorum iniurias, vi bellica consequeremur, priusquam in Turcarum potestatem miserabiliter veniret; consyderasse enim nos altius, quod si ille locus per Turcas occuparetur, tunc sane difficilimum fore tam potentem hostem inde, absque magnis validissimisque exercitibus, eijcere, et ob eam causam nos nullis laboribus pepercisse, vt istam calamitatem, quam quasi previderamus ingruituram, quoquo modo auerteremus, cumque Turcorum aduentum appropinguare, jmo et ipsum tyrannum in propria persona accurrere audiuissemus, non destitisse nos dies noctesque in eam curam incumbere, vti repentina auxilia in tanta necessitate et periculo, tempestiue consequeremur, eiusque rei causa relictis interim patrijs nostris, non sine maximo incommodo nostro populorumque nostrorum, Ratisponam aduolasse; sed cum ea ipsa auxilia promissa nimis tarde aduenirent,

nostreque copie ex omnibus tum locis collecte magis exigue esse apparerent, quam que communis hostis adductam secum vim potentiamque retundere possent, hinc sane miserabili fato, vel dei potius permissu euenisse, vt nostris militibus profligatis Turca Budam occuparit. Nos itaque perpendentes ex istiusmodi regie sedis amissione totum regnum Hungarie ac reliquas prouintias, dominiaque nostra, simul et vniuersam rempublicam Christianam in summo versari discrimine, et nisi protinus ex ipso regno, antequam communis hostis ille in eo pedem fortiorem figet, eliminetur, sibique transitus, quos vndequaque expeditos habet et tot fluuiorum aluei mox eripiantur, non esse causam cernentes, cur Germaniam vel ipsam etiam Italiam aliquo modo saluam permanere posse speremus, presertim cum amissum regnum simul et Germaniam et Italiam in extremam pernitiem et ruinam trahat necesse sit, cupientesque ob id tanto maiorem curam studiumque ad liberandos fortissimos bellicosissimosque Hungarice nationis populos a jmmani Turcarum seruitute posthac impendere, et ne in Christiani principis offitio cessasse videremur, existimasse nihil melius ad hoc opus et jnstitutum tam pium et necessarium perficiendum esse posse, quam vt habendis celebrandisque in regnis et dominijs nostris omnium ordinum populorumque nostrorum conventibus, de firmis, durabilibus, validisque auxilijs ad generalem expeditionem contra Turcas primo quoque tempore suscipiendam diligenter ageremus, tractaremus et concluderemus, ijsque vnanimi consensu, deliberationeque constitutis et obtentis, subito nos ad comitia jmperialia Spiram conferentes, non solum a Maiestate Cesarea et ab omnibus et singulis Sacri Romani imperij principibus et statibus promissa nuper Ratispone auxilia in triennium certa et parata, labore solicitudineque nostra, redderemus, nec non ab eisdem maiora etiam subsidia ad tantam expeditionem consequi elaboraremus, verum etiam a ceteris externis principibus et potentatibus, praesertim a Sanctissimo pontifice, Sanctaque sede Apostolica debitam opem auxiliumque eliceremus.

Dicant igitur praefati oratores et comissarij nostri, nos iam generalem hunc conuentum, ad quem non modo regni huius status ordinesque, verum etiam adiunctorum et incorporatorum

illi principatuum, vt est Morauia, Silesia, Lusatia ac denique omnium prouintiarum et dominiorum nostrorum tam superioris quam inferioris Austrie nuntij et legati, cum plenissima potestate facultateque a suis deputati et expediti, confluxerunt, ita feliciter jactis positisque fundamentis absoluisse, vt nonnisi ingentem pecuniarum contributionem de vniuscuiusque facultatibus censendam, et in totum triennium praestandam, vnanimiter, consentientibusque voluntatibus ab eis promissam habeamus, jdque tali modo, vt inde sine omni mora jngentes et equitum et peditum exercitus conflentur, omniaque, que ad propositam expeditionem, gerendumque bellum illud requiruntur, subito parentur, vt tandem accedentibus tum prefate Cesareae Maiestatis, fratris et domini nostri charissimi, tum summi pontificis et aliorum principum et potentatuum externorum ac maxime Sacri Romani imperij auxilijs, quarum rerum omnium causa ad comitia jmperialia Spiram properare iam intendamus, generalem expeditionem ad recuperandum regnum nostrum Hungariae, eijciendumque inde communem christianitatis hostem maturare et accelerare possimus, antequam nos suis copijs, apparatuque preuertere possit, et ne interim, dum generalis expeditio subsequatur, hostium excursionibus locus detur, idcirco ab eisdem regnicolis et subditis nostris constitutum esse, vti iam in continenti octo milia equitum leuis armature et mille martaloti siue plagiarij, pro auertendis et prohibendis dictis hostium jncursionibus conducantur, et ad confinia mittantur et expediantur, vltra illos nimirum gentes equitesque, quos et antea et nunc in Hungaria nostris jmpensis alimus et sustinemus.

Que cum ita se habeant, e re commodoque istius regni nostri visum nobis fuisse, vti presentem istum conuentum in Nouo Solio, tanquam loco commodiori, ipsis regnicolis indiceremus, idque ob infrascriptas potissimum causas: Primo, vt que per hosce totos menses, magno studio, cura, indefessoque labore pro salute eorum et afflicti istius regni liberatione a nobis acta essent, queque in comitijs jmperialibus pro eisdem non minori solicitudine agere et tractare constituissemus, fusius et apertius intelligerent.

Secundo, vt quid de paterna cura, regiaque clementia

nostra, nec non de regni nostri Bohemie, omniumque dominiorum et prouintiarum nostrarum promissis auxilijs sibi polliceri possent, certius scirent.

Tertio, vt cognitis et perspectis conatibus istiusmodi nostris, vtpote ad procurandam solidam pacem et quietem eorum directis, sese pari modo ad propositam expeditionem generalem totis viribus prepararent et accingerent, et ante alios nunc ad tutanda finitima loca et arces, prohibendasque quottidianas hostium jncursiones leuis armature equites conducendos, tanquam ij, qui Turcarum oppressionibus omnium maxime obiecti sunt, curarent, et pro eorum jntertentione et prouisionibus finitimorum locorum necessarijs communem contributionem facerent.

Quarto, vt ob oculos posita Turcarum perfidia, se illorum et ipsis adherentium falsis pollicitis a communi liberande patrie studio minime abduci sinerent, neque vllas factiones sectari studerent.

Quinto, vt quantum ipsi ad dictam generalem expeditionem praestare velint et possint, quantocyus declararent.

Sexto, vt quia negari non possit, eorum mutuis dissensionibus et in partes diuisione potissimum factum fuisse, vti ipsi tot tantaque mala, oppressiones, vexationes hactenus, sine intermissione quasi, senserint, sese vniendos coniungendosque statuerent, nostraque mansuetudine et animi lenitudine prouocati, ij scilicet, qui nobis hactenus adversari haud veriti sunt, ad nostri tanquam legitimi et naturalis eorum regis et dominj obedientiam deuotionemque accedere non cunctentur; sicque que iam olim ab eis facta esse oportuisset, nunc in extremo ferme periculo positi faciant, quo per illorum vnionem et concordiam regnum illud, patriaque ipsorum in tranquillum statum redigere et ab imminentibus Turcorum periculis tanto magis tutum quietumque reddere possimus, quemadmodum summo studio per nos in hunc vsque diem elaboratum fuit.

Septimo, vt per communes regni status et vos oratores et commissarios nostros, matura et exquisitissima deliberatione, consultaretur, quo pacto iam tandem vie, rationes, modique queri, inueniri, suscipique queant, quibus iuxta regni decreta turbatores communis tranquillitatis, grassatores, praedonesque

puniantur et omnis violentia, spoliationes pauperum, iniuste exactiones coherceantur, indebite occupata bona restituantur ijs, quibus jure pertinent; credibile enim est ex licentia et impunitate talium facinorum maiorem malorum tam preteritorum quam praesentium partem ab irato deo nobis istique regno hucusque immissam esse, quare si ista tollantur, vt certe omnibus modis sublata esse velimus, sique contaminata uiuendi licentia corrigatur, rectaque morum disciplina instituatur, emendatisque vitijs dei timor et erga proximum fraterna christianaque charitas exerceatur, facile sperari tunc posse, quod pius et benignus deus pro jnmensa sua misericordia susceptam et jntentatam in nos jram suam remissurus, et resipiscenti populo suo propitius futurus, illique victoriam contra perpetuos nominis religionisque sue hostes clementer daturus sit.

Quocirca sepedicti oratores et commissarij nostri, expositis praemissis, eos omnes et singulos verbis nostris grauiter admoneant, hortentur et requirant, vt postquam et nosmetipsos vires potentiamque nostram omnem contra Turcarum rabiem et furorem, pro regno isto eiusque jncolis atque subditis conseruandis et defendendis, conferre statuisse, parati vel sanguinem et vitam pro eis effundere, et omnes etiam alios christianos principes, qui rempublicam modo, religionemque nostram saluam uelint, ad studia sua, suasque opes in dictam expeditionem congerendas, depromendasque, exemplo, sollicitationibusque nostris extimulare, instigareque, haud pretermisisse hactenus, et multo minus posthac praetermissuros esse, palam vident; velint his atque alijs salutiferis actionibus nostris bene perpensis, respectuque ad illorum propriam salutem habito, hoc institutum a nobis opus tam laudabile, tam pium, tam vtile et salutare suis studijs adiuuare, promouereque, praesertim cum illius rectissime perficiendi non minima pars in illorum ope, consilio et voluntate posita esse videatur, nempe vt idem omnes sentientes, unioneque et concordia, quam debent, inter eos facta, nolle se vel Turcarum, vel leuissimorum aliquorum hominum seruitutem perferre, sed vnanimes potius, coniunctisque viribus, tanquam fidelia membra nos, vtpote verum et christianum caput, naturalem dominum, legitimumque regem et propugnatorem eorum debita obedien-

tia amplecti, statuant et concludant, maxime cum suo hucvsque malo experti sint, nihil pernitiosius discordia, diuisioneque inter eos nata esse potuisse, vt que factiosis hominibus nonnullis privatim tantummodo alicui commodo fuerit, publice vero omnem ruinam, milleque mala pepererit, et quamdiu vigebit, procul dubio paritura sit; preterea, vt maiorum suorum fortitudine, laudatissimorumque gestorum et preclare actorum, simul et viriliter parte glorie exempla imitantes, in communem patrie pacificationem studia, voluntatesque suos simul consociatos conferant, et ad arma pro fortuna, vxoribus, liberis, aris, focis, pro patria denique ipsorum conseruanda, communique liberatione sua, vna nobiscum, ceterisque regnis et dominijs nostris, adhibitis etiam summi pontificis sancteque sedis apostolice, nec non cesareae Maiestatis et sacri Romanj jmperij, aliorumque principum et potentatuum auxilijs, opibusque, sumenda, exercenda, tractandaque viriliter incumbant, idque tanto magis, quanto jncendio isti proximiores sunt, nosque et ceteros principes, populosque christianos alacrioribus animis eos ipsos regnumque Hungarie ab extremo excidio, vastitateque eximere proposuisse intelligunt; siquidem aequum esse, et eorum in patriam amori vel maxime conuenire putemus, vt cum talia pro bono et commodo illorum a nobis constitui et procurari cernant, ipsique presentibus periculis magis expositi sint, nosque tantos adiutores cum prouintijs et patrijs nostris habeant, omnia possibilia auxilia praestare studeant, proprieque defensioni maioribus quibus possunt viribus insudent, nec non onus humeris et facultatibus suis, pro tam graui necessitate, aliquanto maius imponere non recusent, eo quod ipsorum res et fortune plus alijs nunc in discrimine ancipitique constitute sint, et hoc maxime attento, quia quicquid hac in parte fecerint, illud totum sibi ipsis, tum bono commodoque cessurum, tum saluti vtilitatique futurum sit, et si ita vltra vires aliquid facere statuerint, vt eos consyderata presentis temporis facie, erumnisque, omnes neruos in hoc intensuros, nullisque adeo sumptibus et facultatibus suis parsuros, firmiter credimus, tunc certum fore, quod ceterorum nostrorum dominiorum et populorum ac Cesaree Maiestatis, Sacrique jmperij statuum animos magis magisque per hoc incitabunt et inflammabunt,

vt sint tanto alacrius in ipsorum defensionem suppetias et opem laturi, et externorum etiam potentatuum auxilia habebunt paratiora, et ideo necesse esse, vt qua ope, quanto auxilio, quibus apparatibus generali expeditioni contra Turcas praesto esse velint, nulla mora interposita ad nos Spiram vel per spetialem nuntium suum, magnis itineribus expediendum, vel si temporis angustia non ferat, per literas saltem deferant, quo communibus jmperij statibus ipsorum voluntas promissioque auxiliorum et contributionis quamprimum intimari queat, sicque proniores fiant ad sua subsidia certa tum conferenda.

Et quia nihil magis in votis habeamus, quam vt inprimis et ante omnia fideles regnicolas in extremis pene periculis iam nunc constitutos a Turcarum seruitute, tirannide juǵoque ea ope iisque auxilijs, de quibus supra dictum est, liberemus, deinde vt ijs expulsis, vnitoque per vnanimem omnium regnicolarum concordiam regno ipso, mutuisque odijs, dissensionibus, bellis jntestinis penitus sublatis, ueram solidamque quietem, pacem et tranquillitatem, que per dominorum et magnatum simultates et contentiones hactenus perturbata fuit, ita vt inde varie interemptiones nobilium et jncolarum eiusdem regni, jnuasiones domorum eorundem, ecclesiarum desolationes, spoliationesque templorum dei, sacrilegia, spurcissimeque defedationes, bonorum direptiones, jntolerabiles indebiteque exactiones et jmpositiones potentium, et rerum depredationes, rapine, idque genus innumera alia incommoda grauaminaque, non sine magna animarum displicentia, emanata sint ipsis regnicolis, paremus; ita et tali modo, vt iuxta veterem morem, consuetudinem, decretumque regni omnis juris justitieque administratio restauretur, pupilli et orphani, miserique et jnnocentes, nobiles et coloni, ab jniurijs et oppressionibus defendantur, longe diligentius et accuratius, quam vnquam antea in medium suas opes viresque iam nunc ad exterminandum tam pernitiosum totius christianitatis hostem e regno ipso et ad recuperandam Budam, ceteraque loca conferre debere, vt eorum exemplo ceteri etiam populi, qui periculis longe remotiores sunt, incitati, ardentius cupidiusque ad maiora etiam quam promiserunt auxilia praestanda festinent.

Porro, cum proprium christiani clementisque principis

offitium sit, resipiscentes in graciam recipere, eisque delicta condonare, et non solum jniuriarum facile obliuisci: verum etiam omnem vindictam vltionemque deo relinquere, ijdem oratores et commissarij nostri hoc de expressa voluntate nostra in dicto generali conuentu nostro declarent, nos omnibus rebellibus, jnfidelibusque nostris, qui vel a principio adversariorum nostrorum partes hucusque sequuti sunt, vel a nobis ad eos desciuerunt, si ad nostri obedientiam redire cupiant, paratos esse, post praestitum fidelitatis nobis juramentum, graciam nostram impartire, ipsisque omnem culpam, excessum et crimen, hactenus in nos et sacram regni nostri Hungarie coronam, vel ex timore, vel mala persuasione, vel minis, vel ex errore animique simplicitate, vel alia quacunque ratione admissum et perpetratum, clementer remittere et condonare, prout super hoc oratoribus et commissarijs nostris plenam potestatem et facultatem dedimus, et vigore huius jnstructionis nostre damus et concedimus.

Praeterea, quod eisdem statibus et regnicolis clementer significamus, fratrem Georgium, Petrum Petrowyth et Statilium habuisse hic apud nos certos nuntios suos, per quos nobis fidem et obedientiam obtulerunt, et nos super hoc iam esse cum illis in tractationibus, neque alienos esse recipiendi eos in graciam et clementiam nostram, si modo hec non simulant, vereque resipiscere ac aequis et honestis conditionibus contenti esse voluerint.

Insuper necessarium existimamus, vt eodem in conuentu tractetur et concludatur de constituendo ordine, modis et prouisionibus super re frumentaria, victualibus, pecoribus in tempore ordinandis, et ad tuta et secura loca deportandis et collocandis, vt nullus scilicet defectus, cum ijs opus erit, appareat, sed ad primam quamque necessitatem ad manum haberi possint, et ne commeatus a Turcis intercipiantur; jtem, vt ad tot gentes, quos ad Hungariam expedituri sumus, pro habendis victualibus et eorundem vecturis, idque genus alijs rebus ad hoc idoneis et necessarijs, meliores quas possunt rationes ineant, et omnia recto ordine constituenda curent.

Item, vt ad capitatim viritimque insurgendum similiter oportunas et conuenientes ordinationes iam nunc faciant et

decernant, et in summa sese omnibus rebus parent et accingant, vt ad principium mensis Aprilis proxime futuri, quam possunt validissime et robustissime, pro suis viribus atque gentibus insurgere et auxilia sua cum nostris vnire et coniungere queant.

Item, quod nunc absque mora ordinent inter se contributionem fieri, qua non solum gentes parentur et interteneantur, ad tutanda confinia locaque finitima, verum etiam cum eorum res, salus, defensio et vtilitas potissimum agatur, vna nobiscum passus et loca potiora in regno nostro Hungarie necessarijs munitionibus prouideri facere curent, et ad hoc sumptus, quibus opus est, ex generali contributione inter eos communiter constituenda suppeditent.

Item, vt cogitent ordinem dare et constituere, vti circa stipendia Husaronibus, idque genus equitibus et militibus nationis eorum danda sese aequo precio et mercede stipendiaria contentari permittant, nec praeter solitam illorum maiorem auctionem postulent.

Item, vt ratione victualium, videlicet annone, omnisque generis frumenti, praesertim ordei et auene, nec non carnis et ijs similium, que ad victum spectant, talis ordinatio ab eis fiat, vt gentes militesque externi, et qui ex longinquis et remotissimis locis in auxilium ipsis veniunt, circa earum rerum pretium in emptione non grauentur, quin potius honesta et competenti mercede consequi possint, quod valde vtile et proficuum erit ad futuram expeditionem continuandam; alioquin, si talia non fiant cum matura et debita ordinatione, multa procul dubio incommoda et defectus inde sequerentur.

Proinde, cum de effusissima voluntate, ingentique paterni animi nostri erga eos propensione certi esse debeant, et eorum potissimum salus agatur, vt qui quasi in faucibus crudelissimorum hostium positi sint, nos ob id non posse dubitare, quin vt fidelissimos subditos suique regis et propugnatoris observantes, et patrie studiosos decet, sese tali modo in satisfaciendo expectationi de se nostre, inque prouidendis iam dictis, aliisque rebus, que ad eorum defensionem spectant, vt maiorem in dies causam habeamus, illorum tuitioni et conser-

uationi toto pectore incumbere, et alij incitamentum capiant illis proniori studio et auxilio subueniendj.

Ceterum, vltra premissa dicti oratores et commissarij nostri, quicquid ad persuadendos ipsorum statuum animos, et in effectum optatumque finem deducenda et dirigenda supradicta omnia pro sua prudentia conducere, et alioqui huc quadrare et apta simulque necessaria esse videbunt, non pretermittant summa dexteritate in medium afferre, et quanta possunt cura huic commissioni nostre ex animi sententia conficiende, prout rerum presentium dispositionem et dicti regni nostri Hungarie liberandi necessitatem exposcere animaduertent, inuigilare et attendere laborent, praefatisque statibus et regnicolis nostris omnem paternam et fidelem opem auxiliaque, conuenienti sermone polliceantur. Nostram in premissis omnibus expressam exequuturi voluntatem. Datum in oppido nostro Egger die XXIII. Januarij 1542.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

IV.

1542. Január 23.

Ferdinánd király pót-utasítása, a beszterczebányai országgyűlésre küldött követei részére.

Ferdinandus diuina fauente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Rex, jnfans Hispaniarum, Archidux Austrie etc.

Postscripta. Volumus et iubemus, ut oratores et commissarij nostri ea omnia, que in nostra jnstructione illis data continentur, cum Reverendissimo deuoto Paulo de Warda archiepiscopo Strigoniensi etc., nec non cum spectabilibus et Magnificis comite Alexio Thurzone locumtenente nostro et Petro de Peren perpetuo comite Abawywariensi cancellario et capitaneo nostro supremo, fidelibus syncere nobis dilectis, communicent, eorumque in eisdem consilio per omnia utantur; ita sane, ut si que in prefata jnstructione nostra vel mutanda, uel alio modo proponenda, uel ijs ipsis addenda, pro presenti

rerum Hungaricarum statu, existimauerint, ea omnia, iuxta eorum opinionem et sententiam, mutent, proponant, et addant, simul et illis verbis nostris referant; quod licet ipsos vel imprimis in oratores et commissarios nostros, ad prefatum conuentum generalem, vt qui iamdudum similem quasi cum regnicolis nostris agendj et tractandj jnstructionem acceperunt. constituere et deputare proposueramus, tamen cum cogitaremus fieri posse, vt jntentum nostrum apud regnicolas fortasse melius et facilius consequeremur, si illi tanquam primates regni cum ceteris statibus et regnicolis conjungerentur, et apud illos starent et manerent, veluti in hac parte eorum publicum commodum acturi: visum ob id nobis fuisse consultum presentem instructionem nostram in personas sollummodo dictorum Francisci de Batthÿan et Marci Beck expediri facere, sed ita tamen, vt ipsorum videlicet Strigoniensis, Turzonis et Petri de Peren arbitrio et judicio prorsus relinquamus, vtrum melius esse censeant, an simul omnes tres, una cum dictis duobus commissarijs nostris, negocia in sepedicto conuentu proponant, vel ipsis tribus manentibus apud regnicolas, uti prefertur, illi duo propositionem faciant, sed nisi ex consilio et sententia ipsorum, vt supradictum est; in eventum autem, quod ipsi existimarent sese omnino adhibendos esse ad faciendam propositionem, tanquam precipuos oratores et commissarios nostros, jussimus pro maiori cautela binas literas credenciales ad status et regnicolas fieri, vnas in personas omnium, alteras in personas tantummodo Francisci Bathÿani et Marci Beck, vt alterutris, secundum quod illis videbitur, vtantur.

Et quoniam ad dictum conuentum regnicolas etiam et status regnorum nostrorum Dalmatie, Croatie et Sclauonie conuocauimus, debent ijdem oratores et commissarij nostri cum prefatis consiliarijs nostris quam diligentissime consultare et tractare, super faciendis per communes status prouisionibus in Sclauonia et Croatia, occasione finitimorum castrorum et locorum intertenendorum, et jmpressionum jncursionumque quottidianarum auertendi causa, et quod militarium hominum ibidem ratio habeatur et ineatur, ut cum suorum equitum aliquo bono numero ad seruitia conducantur, illisque debita stipendia ordinentur et persoluantur.

Preterea, quia dicta regna opus habent idoneis et expertis banis, uelint super hoc etiam cogitare et consultare, quosnam existiment ad magistratum illum dignos et sufficientes per nos eligi debere.

Insuper, ex quo uniuersitas nobilium aliquot comitatuum apud nos Prage proprios suos nuncios habuit, et preter grauamina sua nobis demonstrata, a nobis uehementer petijt, ut eis capitaneum constituere dignaremur, de eo volumus, ut ijdem oratores et commissarij nostri cum prefatis consiliarijs nostris agant et consultent, quo pacto et qua ratione dictorum nobilium postulatis, tam super grauaminibus eorum oportuno aliquo remedio tollendis, quam super capitaneo deputando a nobis satisfieri possit.

Porro, cum Magnificus fidelis nobis dilectus Balthasar Bamffÿ proxime Pragam ad nos veniens inter alia ostenderit nobis, sese habere vexillum regis, paratumque esse ad institutam expeditionem Hungaricam sua nobis servitia forti alacrique animo impendere, nosque omnino speremus ipsos regnicolas ad iam dictam expeditionem nobis auxilia nonnisi maxima prestaturos fore: ideo cupientes prefati Balthasaris Banffÿ rationem in eiusmodi militarium seruitiorum genere haberi, sibique pre alijs prospici, eisdem oratoribus et mandatarijs nostris committimus, vt cum sepedictis consiliarijs nostris super ea re diligenter agere et tractare studeant, quo per eos de viis atque modis inueniendis cogitetur, quibus in futura expeditione nostra antenominato Balthasarj Bamffÿ, pro statu dignitate et conditione sua, per communes status et regnicolas recte prouideri possit.

Nostram in ijs omnibus expressam et omnimodam exequuturi voluntatem. Datum in oppido nostro Egger die XXIII. mensis Januarij anno domini MDXLII., regnorum nostrorum Romani XII., aliorum uero decimo sexto.

(Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

V.

1542. Márczius 3.

A beszterczebányai országgyűlésen egybegyűlt főrendeknek Ferdinánd királyhoz intézett felirata.

Sacratissima regia Maiestas, domine domine clementissime.

Fidelium seruitiorum nostrorum humilem commendacionem. Ex instructione Maiestatis vestre sacratissime, quam medio dominorum oratorum suorum, huc Nouum Zolium ad nos mittere dignata est, plane jntelleximus serenissimam reginam Isabellam, dominos episcopos Transyluaniensem ac Waradiensem et Petrum Pethrowÿtth, cum ijs, qui eorum factionis sunt, apud Maiestatem vestram agere et laborare, cum eaque aliquam habere intelligentiam. Non dubitamus autem Maiestatem vestram memoria tenere, qua fide et jntegritate dominus Stephanus Maÿlad frater et amicus noster a certis temporibus eidem seruierit, eaque omnia prestiterit, que ad Maiestatis vestre authoritatem ac dignitatem augendam, ac modis omnibus promouendam pertinuerint, et vt hunc suum animum erga Maiestatem vestram syncerum declarare posset, que damna pertulerit, tum antea tum postremo, quodque captivitatem capitisque periculum subire non formidarit, adeo vt captus nunc in compedibus ferreis, in nouo castro nigri maris, vti ipse ex captivitate scribit, crudelissime detineatur, vnde nulla illi eliberatio, nulla salus speranda est, nisi opera et jntercessione, vti certo accepimus, prefate serenissime regine Isabelle, et eorum, qui factioni ipsius adherent. Quamobrem humiliter sacratissime vestre Maiestati supplicamus, dignetur jntuitu tum seruiciorum ipsius domini Stephani Maylad, que Maiestati vestre hactenus pro virili sua exhibuit, et qui jnposterum quoque, hoc potissimum tempore periculoso, exhibere poterit, tum nostre jntercessionis et obsequiorum gratia, apud prefatos serenissimam dominam reginam Isabellam, ac Transsyluaniensem atque Waradiensem episcopos, et alios illi adherentes, patroci-

nio suo per literas efficere, vt apud cesarem Thurcarum, jmperatricem et Bassas ac oratorem regis Francie agant, laborent, atque efficiant, vt ipse dominus Stephanus Maylad e captiuitate, quam duram patitur, et jn qua periculosa correptus nunc est valetudine, liberari possit. In ea autem re dignetur Maiestas vestra authoritatem suam jnterea jnterponere, donec apud cesarem Thurcarum palam erit, prefatam serenissimam reginam Isabellam et eius partes ad Maiestatem vestram accessisse, nam verendum est, ne postea vlla spes sit ipsius domini Maylad eliberationis. Faciet Maiestas vestra jn hoc officium clemente principe dignum. Quod et nos fidelibus nostris seruitijs, omnibus quibus possumus, ab eadem promerebimur. Deus optimus maximus Maiestatem vestram sacratissimam jncolumem, felicemque ad longa tempora conseruare dignetur. In cuius clementiam nos et humilia nostra seruitia iterum atque iterum commendamus. Ex conuentu Nouizoliensi die 3. Martij 1542.

sacratissime vestre Maiestatis fideles seruitores
Prelati et Barones regni Hungarie,
in conuentu Nouizoliensi congregati.

Kivül: Sacratissime regie maiestati, domino nostro clementissimo.

(Eredetije, melyen tizenöt gyürü-pecsét látható, a bécsi titkos levéltárban.)

VI.

1542. Márczius 5.

Thurzó Eleknek Ferdinánd királyhoz intézett jelentése, a besztercze-bányai országgyülésről.

Sacratissima Maiestas regia, domine clementissime.

Premissa fidelium seruiciorum meorum humillima commendacione. Nihil erat, quod ante hunc diem certi de dieta et conventu isto scriberem ad Maiestatem vestram, preter id, quod

scripsi prioribus literis de dissensione, que interciderat inter dominos parcium superiorum hic presentes et nos atque nobilitatem; sed et hec ipsa dissensio vtcumque est complanata, nec aliter, quam vt quedam per illos petita, tametsi non satis honesta aut equa, concederentur, ne scilicet per hasce contenciones ea intermitterentur, que ad publicam defensionem et salutem tuendam spectare viderentur. Exhibebant negocium non paruum restitutio bonorum per vim occupatorum, refusio item damnorum fidelibus Maiestatis vestre illatorum, tum eciam modi illi et cauciones ad ista auertenda propositi; hijs tandem vtcunque et potissimum pro voto dominorum dissidencium confectis, deuentum est ad oblacionem subsidiorum et equitum intertencionem.

Placuit itaque, quod iam nunc expediantur equites conducti et alendi per continuos sex menses, racione bonorum et hereditatum, simul etiam decimarum. Nihil certi possum Maiestati vestre scribere, de numero certo, quandoquidem nostra memoria talis et tanta exactio nunquam fuit.

Quanquam comitatus vltra Tisciam siti ista non intelligant, neque enim ex illis nuncij aliqui venerunt, sicuti neque ex Transsylvania, tamen si illi quoque accedere placitis et scitis nostris voluerint, non parua erit accessio copijs per regna et prouincias Maiestatis vestre decretis; debebunt primo quoque tempore conduci equites, alendi per menses sex continuos. Et vltra hoc pro defensione confiniorum obtulerunt status de singulis centum colonis tres equites, et preterea ad expedicionem generalem circa personam Maiestatis vestre sese per singula capita et viritim proficisci, domini scilicet et nobiles, et vltra hoc secum summere equites bene instructos leui armatura, singulos de singulis viginti colonis; senes vero confecti, vel egritudine jnvalidi, certos pro persona sua statuent. Decreuerunt preterea, vt habita iusta estimacione precij seu valoris perennalis bonorum et hereditatum omnium, sexagesima istorum pars conferatur; hec pecunia partim pro equitibus contra Turcos, partim ad domandos rebelles et raptores, violentosque occupatores bonorum alendis, conuertetur; hinc certe, presertim si Transyluani et comitatus vltra Tisciam ad hec consenserint, non paruus numerus equitum conduci et ali poterit.

Debebunt eciam libere et montane ciuitates sexagesimam pertem hereditatum, mercatores vero externi quadragesimam rerum ad hoc conferre, et hec summa ad alias presentis expedicionis necessitates erit conuertenda. Hec omnia, quia lacius hoc biduo articulatim describentur, dirigenturque ad Maiestatem vestram Sacratissimam, consulto volui breuior esse, cum omnia lucidius sit cognitura. Fuit unus articulus, de quo nobiles cum dominis conuenire non potuerunt; videbatur dominis, vt pro tractanda dispensandaque pecunia publica ex ordine dominorum duo et totidem ex nobilius eligerentur, jd quod nobilibus placere nullomodo potuit; allegantibus sepius, hoc experimento cognitum esse dominos in hoc officio non passos, vt nobiles college equam secum auctoritatem haberent; placebat dominis, vt tribus locis exactio maturaretur, (?) visum est nobilibus, vt jn quolibet comitatu fieret exactio per nobiles seu vicecomites; ducebantur illi hac racione, quod plerumque nobiles exhiberent equites non satis instructos et aptos, vt loco ineptorum, domini alios prestanciores statuerent; contra illis displicebat, quod solum respectu contribucionis nobilium, domini deligerentur, qui pecuniam tractarent; jta res indecisa ad Maiestatis vestre sacratissime deliberacionem reuertetur, que non ignorabit, quomodo in hijs prestet et istos dirigat, quemadmodum eciam hec cercius et vberius Maiestas vestra cognoscet ex nuncio. Hec tantum sunt, que particularibus literis volui ad Maiestatem vestram scribere, vt de nostris tractatibus intelligeret.

Turce hostes ex vtraque Danubij parte vestre Maiestatis Sacratissime dicioni jmminent, augent in horas omnes vires suas, depopulanturque subditos; dignetur Maiestas vestra graciose instare apud status regnorum et prouinciarum suarum, ne paciantur ocio torpere milites iam conductos et jn dies conducendos, sed mittant versus Hungariam atque ea loca, que maxime presidio egent, vt excursio hostilis retardetur et circa Albam Regalem et Vaciam atque alia loca opportuna et necessaria; nam nemo videt, quid copie conducte vtilitatis prestant in locis a Turca remotis. Fieret illorum aduentu, quod et hostibus animus caderet, et nostra auxilia commodius instruerentur, auxilioque illorum freti, eciam justo exercitu procedentem

hostem expectare, atque animose profligare, deo opitulante, possent. Nisi hoc fiat, verendum est, ne omnes deliberaciones nostre ju irritum abeant, nam ex locis direptis ab hoste nihil contribui poterit, et vt quisque est periculo propior, ita se mature alio recipere cogitur, relicta domo et omnibus bonis, neque contrahi copie nostre poterunt; facile enim turbare nos nondum paratos hostes possunt, et euertere omnia consilia, nisi sit respectus presidij externi presentis, et frustra tandem subsidia alia regnorum et prouinciarum Maiestatis vestre superuentura sunt, vbi de nobis actum fuerit, neque huic commeatus vllus externis erit expectandus. Maiestati vestre sacratissime fidelia seruicia mea humiliter commendo. Ex Nouo Solio, 5. die Martij anno 1542.

Eiusdem Maiestatis vestre sacratissime fidelis
seruitor
Alexius Thurzo.

Hodie tantum persensi (tametsi vellem hoc Maiestas vestra ex alijs pocius intelligeret) dominos contentiosos parcium superiorum in hoc fuisse, vt si non ex voto ipsorum res succederet, nobis et omnibus statibus huc congregatis vim inferrent, sed de hijs alias.

Kivül: Sacratissime Maiestati Regie Romanorum, Hungarie etc., domino meo clementissimo, ad manus proprias.

(Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

VII.

1542. Márczius 6.

A beszterczebányai országgyülésnek Ferdinánd királyhoz intézett felirata.

Sacratissime Rex, domine clementissime.

Fidelium seruiciorum nostrorum commendationem. Cum

ex mandato sacratissime vestre maiestatis, his diebus, in hunc locum conuenissemus, eaque omnia inter nos mature consultassemus, que maiestas vestra nobis agenda, tractandaque per magnificos dominos oratores suos jniunxerat, queque ad statum et salutem huius regni nostrumque omnium retinendam et conseruandam, jmminentiaque ab hostibus pericula propulsanda pertinere videbantur, tandem communibus omnium votis in eos articulos consensimus, quos ad Maiestatem vestram cum presentibus transmisimus; jnter ceterea autem, que pro communi bono et ad mutuam concordiam in regno, charitatemque proximorum conciliandam et stabiliendam, sancita et decreta sunt, illud omnium maximum et fere precipuum vnanimiter constitutum est, vt ad dominicam proximam palmarum bona et prouentus omnes alieni ex omnibus ordinibus et statibus ijs dimittantur libera, ad quos ea jure spectant, idque sub certis condicionibus, certaque lege firmatum est, que lex et condiciones latius tum in articulis sunt explicate, tum dominis oratoribus Maiestatis vestre coram pluribus verbis exposite. Cum itaque, vt maiestas vestra in sua instructione, per dominos oratores nobis missa, recte prudentissimeque sentit, nihil neque sanctius, neque opportunius hac deliberatione constitui hoc tempore potuisset, ob eas raciones, quas in jnstructione sua predicta Maiestas vestra copiose ac benigne commemorare dignata est, sit autem ita res hec optatum exitum consecutura, si Maiestatis vestre ac serenissime domine Marie regine, sororis sue exemplo, ad eliberationem huiusmodi, remissionemque alienorum bonorum ceteri domini ac proceres in regno adducantur, ac propemodum jnuitentur: eidem Maiestati vestre predictis de causis humiliter supplicamus, dignetur primum spectabili et magnifico domino Petro de Peren cancellario suo et supremo regni capitaneo arces suas Saros et Lÿpowcz benigne remitti iubere, aut si id tam repente non potest, concordiam eam, que racione huiusmodj arcium superiori anno cum eodem domino Pereny jnita fuerat, condicionesque illi propterea oblatas, Maiestas vestra firmiter illi faciat obseruari; deinde cum magnificus dominus Andreas de Bathor cum suis fratribus et cognatis ad fidelitatem nunc vestre Maiestatis sese receperit, ad ipsumque bona et arces deuolute sint ac de jure pertineant,

que post mortem domine quondam relicte spectabilis et magnifici domini Stephani de Bathor, eiusque filie, per Maiestatem vestram et suos fideles nonnullos sub certis jnscriptionibus possessa sunt, et possidentur: dignetur similiter Maiestas vestra benigne bona huiusmodj, arces et possessiones, prouentusque alios, prefato domino Andree libere jubere remitti quamprimum, vt et ipse alacrius seruitijs vestre Maiestatis assidue jncumbere, et ceteri illius exemplo et hac vestre Maiestatis munificentia ac liberalitate illecti, ad fidelitatem se vestre Maiestatis conferre minime cunctentur; quod si, vt speramus, Maiestas vestra restitucionem huiusmodj bonorum ipsa primitus re perficere inceperit, que sane caput et princeps noster ac regni est, nulla erit causa, quamobrem constitucionem factam omnes ex omnibus ordinibus ac statibus, vel saltem exemplo vestre Maiestatis adducti, ultra constitutum terminum, producere, vel executioni mandare cunctentur. Dignetur preterea, ob hanc causam precipue, Maiestas vestra serenissimam dominam Mariam reginam admonere, vti arces Lypche, Wygles et Dobranÿwa, que ad subditos vestre Maiestatis jure spectant, qui partim iam inde ab jnitio in fide semper eiusdem perstiterunt, partim se nunc ad eam contulerunt, ipsa quoque primo quoque tempore remitti iubeat, ne vlla cuiquam causa, vel occasio tanti, tamque communis boni diutius differendi prebeatur. Reliquis de rebus, tum que in hoc conuentu concluse sunt, tum quas alioqui hoc tempore Maiestatem vestram a nobis scire oportere censuimus, pluribus verbis coram hic cum magnificis dominis oratoribus vestre Maiestatis collocuti sumus, et per eosdem, simul et per magnificum dominum Christophorum de Batthÿan magistrum pincernarum vestre Maiestatis, ad omnes propositiones vestre Maiestatis tum per ipsos oratores, tum in scriptis nobis clementer factas, abunde respondimus, quam quidem responsionem nostram simul et constitutiones per nos hic factas, supplicamus Maiestati vestre, dignetur aequi bonique consulere, et tum verbis prefati domini Christophori fidem adhibere, tum peticionibus nostris, que ab eodem Maiestati vestre coram exponentur, pro benignitate sua, clementer respondere, jd quod ab eadem perpetuis seruicijs nostris emereri contendemus. Quam deus optimus maximus

felicissimam et jncolumem diu seruet ad vota. Datum Nouisolij die sexta mensis Martij anno domini 1542.

sacratissime vestre Maiestatis fideles seruitores prelati et Barones, alijque ordines et status regni Hungarie, in conuentu Nouisoliensi congregati etc.

Kívül: Sacratissime regie Maiestati, domino nostro clementissimo.

(Eredetije, melyen tizenkét gyűrű-pecsét látható, a bécsi titkos levéltárban.)

VIII.

1542. Márczius.

A beszterczebányai országgyűlésnek válasza, a királyi biztosok előterjesztésére.

Responsio dominorum Prelatorum, Baronum ac Nobilium aliorumque Procerum et statuum Regni Hungarie, in conuentu Nouizoliensi congregatorum, sacratissime Regie Maiestati ad legationem magnificorum dominorum Francisci de Bathyan consiliarij Regie Maiestatis et magnifici domini Marci Beck a Leopolstorff per Austrie jnferioris prouincias cancellarij, consiliariorum et oratorum sue Maiestatis.

Inprimis agunt Prelati, Barones, Nobiles et vniuersi Proceres ac status Regni Hungarie in predicto conuentu Nouizoliensi congregati sacratissime Regie Maiestati, domino eorum clementissimo, gratias immortales de benigna ac clementi Sue Maiestatis salutatione, gratieque sue oblatione, illis per dominos oratores predictos coram et in scriptis facta, uicissimque offerunt illi fidelia seruicia sua et se in gratiam ipsius humiliter commendant.

Deinde non ignorant Maiestatem suam sacratissimam, superstite adhuc serenissimo quondam Ludovico Rege, proprijs sumptibus pleraque loca et munitiones Regni Hungarie finitimas liberalitate sua sustentasse, et contra hostes defendisse, et post obitum ipsius, causa defensionis Reipublice Christiane,

mox se ad curam et Regimen illius suscipiendum contulisse, et pro innata pietate sua et amore, quo in hoc Regnum et hanc nationem iam inde ab initio fuerat affecta, adductam esse, ut tantum sibi negocij assumeret, nec dubitaret ob id sumptus incredibiles, labores immensos, ac pericula ingentia subire ac perpeti, quo sane Regnum ipsum omni ex parte pacaret et uniret, hostesque Turcas ex eius finibus penitus eijceret et exterminaret.

Verum, cum huic tam sancto proposito sue Maiestatis in ipsis rerum primordijs mox sese Rex Joannes opposuisset, acriterque obstaret, ne qua ratione Maiestas Regia uoti sui compos efficeretur, et hinc bella ciuilia exorta, sedicionesque et discordie intestine maxima incommoda et detrimenta quottidie Regno parerent, impunitate ac licencia omnibus predandi, spoliandi, ac queuis scelera perpetrandi inualescente in dies magis, Turcisque etiam ad defensionem uel auxilium per quosdam aduocatis, predas et uastationes, diuersasque oppressiones quottidie in uarijs Regni locis committentibus, Maiestas Regia iniquo admodum animo ferens, negocium pro uoto conficere non posse, sentiensque paulatim ex mutuis huiusmodi discordijs, bellisque ciuilibus Regnum uergere ad interitum, postquam omnes rationes experta fuerat, omnia adhibuerat remedia, quibus uoluntates omnium in Regno inter se conciliari, unireque posse confideret: tandem nil pretermisit, opera, labore, consilio et diligentia, quo sic postea suscepta iniqua etiam cum Joanne pace contra hostes communes pro salute patrie publica communibus consilijs coniunctisque omnium viribus animaduerteretur.

Et quamuis post initam huiusmodi pacem, permulta a prefato Joanne Rege quottidie admitterentur, que preter pacta et condiciones pacis, Maiestatem Regiam iure inducere potuissent, ne et ipsa ad ea teneretur, ad que se obstrinxerat, cum tamen haud multo post, idem Joannes Rex extremum diem obijsset, meminerunt omnes Maiestatem Regiam ad communem duntaxat commodum et quietem intentam, nec ullas iniurias, uel incommoda priuata pluris faciens, quam suorum fidelium tranquillitatem, et conseruationem, Reginam viduam e uestigio per suos peculiares oratores benigne inuisere suo

nomine fecisse, eamque clementer cum ipsius potioribus consiliarijs requisiuisse, ad condiciones et pacta, pacis predicte articulis inserta, omni ex parte obseruanda, gratiam et munificentiam suam Regiam illis beneuole offerendo, et affirmando ab sese quam sanctissime condiciones et pacta huiusmodi inuiolabiliter obseruatum iri.

Licet itaque ex potioribus consiliarijs predictis ex debito eorum officio, mox sese ad gratiam et obedientiam Regie Maiestatis contulissent nonnulli, tamen benignas oblationes sue Maiestatis et iusiurandum, quo obstricti erant, nihili pendentes, non modo Regie Maiestati adherere recusarunt, sed ultra ad Imperatorem Turcarum legatione missa, hostem seuissimum ac prepotentem contra suam Maiestatem, in perniciem et excidium huius Regni, quamuis sub alio pretextu, concitare non dubitarunt; quo audito Maiestas Regia, cognitaque illorum obstinatione, coacta est omnibus de causis arma capere, non in alium sane finem, quam ut ne aduenientes hostes, uniuersam circumquaque Regionem, presidijs omnibus destitutam, penitus pro eorum libito uastare possent ac opprimere, et uel hac saltem ratione, rebelles prefati ad honestissimas huiusmodi condiciones acceptandas inducerentur; quo tempore, quos sua Maiestas sumptus, quos labores, que incommoda perpessa sit, dum per annum ferme integrum continue numerosum, ualidumque exercitum in expedicione alit, nemo est, qui ignoret. Verum ubi superueniente ipso Turcarum Tyranno cum maiore ui et fortitudine gentium et apparatuum bellicorum, quam ut illi ad resistendum copie Regie Maiestatis pares esse possent, cessantibus diu nimium externis auxilijs, exercitus sue Maiestatis retrocedere coactus est, et Buda in potestatem hostium deuenit, perspicuum est omnibus ab eo toto tempore, quo studio, cura ac solicitudine Maiestas sua ad reparandas preteritas clades, hostiumque conatus reprimendos incubuerit, incumbatque assidue, adeo ut a sua Maiestate amplius nihil a quopiam desyderari potuerit, aut possit.

Ob eam igitur causam cum satis iam pridem exploratum habeant, fideles et subditi sue Maiestatis omnium ordinum ac statuum, nihil iam inde ab initio sue Maiestati magis extitisse cordi, quam defensionem atque unionem suorum fidelium et

Regni conseruationem, una omnes uoce eisdemque uotis fatentur et predicant: sese uitam, statum, ac fortunas suas Maiestati Regie, domino eorum clementissimo acceptas referre, et ob id penes ipsam omnes casus promptissime subire et perpeti paratos esse, deumque optimum maximum supplices pecantur, pium ac iustum bonorum largitorem, uti maiestati Regie et suis posteris uices clementer reddat, pro tantis in suos fideles meritis, inauditaque prope pietate, uotaque illi obsecundet omnia, et premia largiatur eterna.

Quod uero Maiestas Regia per dominos oratores suos admonuit benigne fideles et subditos suos, uti consyderatis imminentibus periculis et rerum presenti statu, tum ad unionem inter se redire uelint, simultatibus omnibus exutis ac depositis, tum rationem ineant, qua se ab hostibus intra uiscera Regni positis defenderent, uariasque rationes ob id Maiestas sua commemorat, que ipsos fideles suos ad hoc toto pectore capessendum inflammare iure debent, precipue autem offereus se, contractis externis auxilijs, quae a christianis principibus oblata sunt, personaliter affuturam: fideles et subditi sue Maiestatis, hic ex mandato illius congregati, leto admodum animo propositiones et oblationes eius clementer modo predicto factas audientes, et ob id in magnam salutis et conseruationis sue spem erecti, ipsi quoque diutius inter se actis et examinatis, que sua Maiestas illis tractanda decernendaque iniunxerat, denique diuino numine in eos articulos unanimiter consenserunt, quos Maiestas Regia tum in scriptis, tum ex oratoribus suis, tum etiam ex hoc fratre nostro magnifico domino Christophero de Bathyan, pincernarum Maiestatis Regie Magistro, planius cognoscet, que quidem ipsorum fidelium et subditorum suorum decreta, ut Maiestas Regia, dominus eorum clementissimo, equi bonique consulat, et ut facit, ad salutem et conseruationem ipsorum, propulsandamque impendentem ruinam mature ac clementer inuigilare dignetur, quando ipsi post deum optimum maximum in eius Maiestatem omnem eorum spem habent repositam, seseque illi ad omnes fortune casus perpetuo deuouerunt, eidem Maiestati Regie etiam atque etiam humillime supplicant.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

IX.

1542. Márczius 7.

A beszterczebányai országgyűlésen egybegyűlt alsó nemességnek, Ferdinánd királyhoz küldött követe részére adott megbízólevele.

Sacratissima regia Maiestas, domine domine clementissime.

Post fidelium et perpetuorum seruiciorum nostrorum in gratiam Maiestatis vestre humilimam commendacionem. Misimus omnium nostrum nomine egregium Georgium Rakowsky vice-comitem comitatus de Thurocz, in negocijs per eum Maiestati vestre referendis; supplicamus igitur Maiestati vestre, domino nostro clementissimo, humillime, dignetur ipsi fratri nostro benignam audienciam prebere, relatibusque eius fidem creditiuam prestare, et eum graciosa relacione quam primum ad nos remittere. Deus optimus maximus Maiestatem vestram pro commodo reipublice Christiane, diu jncolumpnem et sospitem seruet, cum omnibus suis. Datum in comicijs nostris Nouizolij celebratis, 7. Marcij anno domini 1542.

Eiusdem sacratissime Maiestatis vestre
fideles subditi vniuersi nobiles in dieta
Nouizolij congregati.

Kivül: Sacratissime Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regie Maiestati, domino nostro clementissimo.

(Eredetije, melyen hét gyürü-pecsét látható, a bécsi titkos levéltárban.)

X.

1542. Márczius 8.

A beszterczebányai országgyűlésen egybegyűlt városi követeknek Ferdinánd királyhoz intézett felirata.

Sacratissima regia Maiestas, et domine domine semper gratiosissime.

Post fidelitatem nostram, perpetuorum seruiciorum nostrorum in gratiam Maiestatis vestrae serenissime humillimam semper subiectionem. Quum nos, iuxta mandatum Maiestatis vestrae serenissimae, hic Bistriciae in montanis, in praesenti generali dieta dominorum praelatorum et baronum, vniuersorumque regnicolarum ac aliorum omnium et singulorum huius regni statuum essemus, vnanimi uoto deliberatum erat et conclusum, vt nos ciuitates, respectu praeteritorum damnorum et periculorum diuersorum, in quibus per haec disturbiorum tempora omnes quidem ciuitates positae erant, de omnibus rebus nostris mobilibus uidelicet sexagesimam partem in cameram Maiestatis vestrae Serenissimae pro nauali exercitu intertenendo contribueremus, de colonis uero nostris simili modo sexagesimam partem in medium comitatus et nobilium daremus. Nescimus tamen, quo errore contigit, quod in articulos Maiestatis vestrae Serenissimae missos non eo modo, sicut conclusum erat, est conscriptum, de domibus uidelicet et vineis nostris etiam sexagesimam partem dandam et contribuendam esse, de quo domini prelati et barones simul et regnicolae non paruam perturbationem caeperunt, et quia iam articuli sigillis subsignati erant, aliqui etiam domini iam se ab hinc receperant, iniunctum est hinc domino Georgio Rakovskÿ vicecomiti comitatus de Thurocz, a iam dictis dominis praelatis et baronibus simul et ab omnibus regnicolis, ut Maiestatem vestram serenissimam desuper subiectissime edoceat. Maiestati itaque vestrae serenissimae, tanquam domino et principi nostro clementissimo, iterum atque iterum humillime supplicamus, dignetur ex innata pietate et clementia nos clementissimis oculis

intueri, Nosque iuxta priorem dominorum praelatorum et baronum, caeterorumque omnium regnicolarum conclusionem clementer conseruare, quod nos omni fidelitate et constancia, ut antea semper, ita et in posterum erga Maiestatem vestram serenissimam promereri studebimus. Maiestatem vestram serenissimam deus optimus maximusque in augmentum et conseruationem reipublicae Christianae per longa secula felicissimam semper conseruare dignetur. Cui nos et fidelitatem nostram iterum atque iterum, tanquam domino et principi nostro clementissimo, humillime commendamus. Datum Bistriciae in dieta et congregatione, octaua die Marcij anno domini 1542.

Eiusdem Maiestatis vestrae serenissimae subiectissimi fideles

Ciuitates liberae:

Posoniensis, Soproniensis,
Tyrnauia, Leutschouia,
Barthfa, Eperies,
Cibinium et Alba Regalis.
Ciuitates uero Montanae:
Cremnicia, Semnicia,
Bistricia, Bakabanya,
Wybanya, Feijerbanya
et Lybetabanya.

Kivül: Sacratissimae Romanorum, Bohemiae etc. regiae Maiestati, domino nostro clementissimo.

(Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

XI.

1542. Márczius 9.

A királyi biztosoknak Ferdinándhoz intézett jelentése, a beszterczebányai országgyülésről.

Serenissime atque potentissime rex, Domine clementissime.

Post fidelissimorum atque obsequentissimorum seruitiorum nostrorum humilimam comendationem. Sacratissima Maie-

stas vestra cum gratia ex proximis literis nostris jntellexit, nos cum domino Strigoniensi locumtenente et certis alijs dominis XXIII. mensis Februarij ad locum constitutum jndicte diete in nouo Solio applicuisse. Cumque dominus Petrus de Peren XXV. die dicte mensis illuc post nos aduenerit, eo die domino Strigoniensi domino locumtenentj et ipsi domino Petro de Perenj oblatis Maiestatis vestre credentialibus, ea, que Maiestas vestra nobis commisit, proposuimus, ad que habita consultatione concluserunt, quod nos duo solj tractatum huius conuentus agere deberemus, quodque tota jnstructio, sicutj nobis exhibita est, vnico articulo fratrem Georgium concernente obmisso, proponenda sit, quod per nos XXVI. die Februarij, ea qua potuimus diligentia, factum est; super alijs articulis, bannatum et prouisiones regnorum Slauonie et Croatie atque Balthasarum Bamphj concernentibus, deliberandum fore decreuerunt.

Nomina regnicolarum in hac dieta comparentium in cedula jnclusa sunt expressa.

Facta propositione, vniuersitas regnicolarum respondit, quod cum obsequentissima fidelitate accepissent sacratissime Maiestatis vestre gratiosam, jmo paternam admonitionem petitionesque, que omnia judicarent atque agnoscerent justissima, saluberrima, jmo et plus quam necessaria fore.

Cumque se ad expeditionem propositorum articulorum accinxissent, ipsis visum est, vt inprimis de concordia jnter ipsos ineunda tractaretur, quod tamen sincerius fierj non possit, quam vt ante omnia bona jniuste oblata spoliatis restituerentur; cumque in ea re per aliquot dies disputatum esset, compositis et semotis multis difficultatibus partialitatibusque, tandem de gratia dej desuper conclusum est, provt Maiestas vestra expressius intelliget, cum coram Maiestate vestra in personis constituemur.

Septima die huius mensis Marcij nobis dictum est, quod regnicole ad propositos articulos ea, que Maiestati vestre respondere decreuissent, jn scriptis concepissent, que omnia per eorum deputatum nunctium magnificum dominum Cristophorum de Bathianj transmissuros fore, prout et sacratissima Maiestas vestra expetiuerit, a quo Maiestas vestra omnia in

hac dieta conclusa et acta jntelligere atque cum gracia accipere dignetur.

Insuper regnicole nos jnterpellauerunt, vt sacratissimam Maiestatem vestram humilime et obsequentissime jmplorare-mus, quod eandem expeditionem futuram, quanto citius possibile fuerit, maturare, confiniaque regnj ita prouidere uelit, quod jncursiones hostium pro viribus precaueantur.

Consiliarij uero Sacratissime Maiestatis vestre: Strigoniensis, Locumtenens et Perenj, in negocijs regnorum Slauonie et Croatie deliberauerunt, inprimis apprime necessarium fore, quod Sacratissima Maiestas vestra de Banno prouideat, ad quod offitium ipsi Maiestati vestre dominum Andream de Bathor, uel dominum Sigismundum Balasy, eorum judicio tanquam jdoneos, nominant; cum autem vtrumque regnum per hostes Turcas adeo deuastatum sit, quod juxta antiquam consuetudinem jnde Banno necessarie gentes ad jd officium exercendum intertenerj minime possint, opus erit Maiestatem vestram aliunde futuro Banno gentes ordinare, cum quibus non solum officio preesse, verum etiam grassatores et oppressores pauperum arcere et digne punire, Turcisque resistere valeat, quod eorum juditio tanto minoribus expensis fierj posset, si Sacratissima Maiestas vestra jnter futurum Bannum et capitaneum gentium hereditariarum prouinciarum bonam correspondentiam habendam ordinaret, et quod ipsi capitaneo jniunctum esset Banno ad suj requisitionem suppetias ferre, quotiens opus fuerit, tandem cum Bannus a Sacratissima Maiestate vestra destinatus, atque ut necessitas expostulat cum gentibus fulcitus sit, is jndicta generalj dieta vtriusque regnj publicari, deque concordia inter regnicolas ineunda, subsidio pro defensione regnorum prestando, justitia administranda et alijs quibuscumque necessitatibus regnorum commode tractarj et agj possit.

Predictj consiliarij cum domino Balthasare Bamphj juxta mandatum Maiestatis vestre tractauerunt, quj palam respondet se ad seruitia Maiestatis vestre conferre non posse, nisi prius Maiestas vestra bona sua pro tribus milibus florenis jnpignorata redimat, que in servitijs Maiestatis vestre jnpignorauerit, quo facto paratus sit Maiestati vestre seruire, tanquam

capitaneus aulicorum Maiestatis veste, sub banderio, quod a Maiestate vestra habeat; supplicat itaque Maiestati vestre, dignetur eundem ob antiqua seruitia sua cum bona gratia commendatum habere, quantocitius certiorem reddere de sua gratiosa voluntate, si id Maiestati vestre non placeret, quod aliunde vel apud classem Maiestatis vestre, ex quo dominus Marchio eum sibj jungj (vt ipse refert) expostulat, uel apud prouincias hereditarias cum suis seruitoribus jntertentionem habere possit.

Hec sunt, que ad mandatum Sacratissimae Maiestatis vestre in peracta dieta egimus, cum quibus seruitia nostra fidelissima Maiestati vestre commendamus. Datum noui Solij, VIIII. die Marcij anno XXXXII.

Sacratissime Maiestatis Vestre

obsequentissimi seruitores

Franciscus de Batyan.

Marcus Beck a leopoldstorf.

Melléklet.

Secretum.

Videbatur dominis prelatis et baronibus, in conuentu Noui Zoliensi existentibus, ut ad futuram generalem expeditionem aduersus Thurcas tam equites quam pecuniam conferrent, omnisque ea pecunia ad manus camerariorum Maiestatis suae daretur, erogareturque nonnisi ad solutionem Bani, capitaneorum, ceterorumque uirorum militarium, et ne qua fraus, aut dissipatio fieret in alios usus, statuerant ijdem domini, ut ex dominis nobilibus certi continue assisterent ipsis camerarijs suae Maiestatis.

Verum nobiles ipsi (suasu presertim nonnullorum), hanc sententiam dominorum non approbantes, decreuerunt, ne quid omnino pecuniae preter dupplex lucrum camerae, ad manus camerariorum daretur, sed ipsimet milites conscriberent, cui sententiae cum omnino domini refragarentur, propterea, quod, maior hoc pacto dissipatio fieri posset ab ipsis nobilibus, et milites quoque ipsi, qui a nobilibus conscriberentur, non eque

idonei et durabiles forent, atque dominorum Bani, capitaneorum et ceterorum uirorum militarium; decreuerunt tandem ijdem domini (cum dimoueri a sentencia ipsorum nobiles nollent), ut uterque status et ordo per suos oratores decreta sua seorsim suae Maiestati aperiret, et que Maiestati sue salubriora uiderentur esse, ea per suam Maiestatem confirmarentur et ratificarentur; sed cum ne hoc quidem uellent nobiles, et infecta penitus re discedere ex conuentu conarentur, coacti sunt tandem domini ipsi uel ob hanc solam causam, ne hostis Thurca intelligere posset, dissidentibus pene animis et prorsus confuse ex conuentu discessisse Hungaros, eorum mentem amplectj; nihilominus Maiestas sua, perpensa utriusque status et ordinis uoluntate, et utra maiori cum Maiestati suae, tum regno futura sit commodo, diligenter considerando, poterit sua Maiestas ad singulos comitatus literas dare pro hac re in ea forma, quam sue Maiestati transmiserunt, quo pecunia iuxta decretum dominorum exigatur, unde fiat tandem dominis Bano, capitaneis, ceterisque uiris militaribus solutio.

Kivül: Sacratissime Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regie Maiestati, domino nostro clementissimo.

(Eredetije, melyen két gyűrű-pecsét látható, a bécsi titkos levéltárban.)

XII.

1542. Márczius 7.

A beszterczebányai országgyűlésen alkotott törvényczikkek.

Nos prelati, barones, proceres alijque status et ordines regni Hungarie, in presenti congregacione nostra Novi Zolij, pro die dominico proximo post festum beati Valentini martiris, anni domini millesimi quingentesimi quadragesimi secundi, de regio edicto sacratissime Romanorum, Hungarie, Boemie etc. regie maiestatis, domini nostri clementissimi, celebrata, constituti. Juxta eiusdem maiestatis regie piam admonicionem, reiectis omnibus odijs, simultatibus ac discordijs jntestinis,

quibus regnum hoc ab obitu serenissimi condam dominj Ludouici regis, domini nostri clementissimi felicis recordationis, vsque ad hoc tempus perniciosissima diuisione distractum, peneque desolatum et per potentissimum tocius christiani orbis hostem, Thurcarum jmperatorem pariter cum ipsa regia arce et civitate Budensi magna in parte occupatum extitit, jn vnionem christianam venire et jnuicem reconciliari volentes, vnanimiter decreuimus, castra, castella, ciuitates, oppida, villas, predia ac alia vniuersa bona et jura possessionaria, sub jd tempus disturbiorum violenter jntercepta et occupata, illis, quibus adempta sunt, modo jnfrascripto reddere, per hocque publicam tranquilitatem, domino deo authore, felici auspicio prefate regie maiestatis, restituere et conseruare.

(I.) Quum autem bona huiusmodi occupata jn tres partes diuisa teneantur: pars vna apud regiam maiestatem, altera apud eiusdem maiestatis regie fideles subditos, tercia vero apud eos, qui serenissimam dominam reginam viduam Isabellam recognoscunt et ad fidelitatem regie maiestatis debitam nondum accesserunt;

Decretum est jgitur, vt inprimis vniuersa castra, castella, fortalicia, oppida, ville et alia quelibet bona et jura possessionaria nobilium, per notam jnfidelitatis, propter adhesionem ex vna jn alteram partem, per vnum atque alterum regem, vel eorum locumtenentem, quibuscunque perpetue donata, aut pignoraticio jure jnscripta et obligata, vel alias qualitercunque, ijs annis ab obitu dicti condam domini Ludouici regis per quoscunque indebite occupata, jntra proximam dominicam palmarum, illis, quibus adempta sunt, heredibusque et legitimis successoribus eorum, ad quos scilicet ea jure pertinere dinoscuntur, preter omnem difficultatem et excepcionem, sub pena perpetue jnfidelitatis jn generali decreto regni expressa, non obstante eo, si cuipiam violento bonorum occupatori forcior superueniens bona aliqua occupata per potenciam ademerit, vel occupator ipse alicui siue servitori siue amico donauerit, aut quocunque titulo jnscripserit, per modernos eorum possessores de facto restituantur.

(II.) Interim autem colonj bonorum occupatorum, sub pena facti minoris potencie non taxentur, nec vllo quopiam

modo opprimantur, et nec de sedibus eorum ad alia loca jn coloniam transferantur, translati autem sub pena de translacionibus colonorum, jn generali decreto statim post tumultuariam populariam jnsurreccionem edito, expressa, seruatis de jure seruandis, sine omni renitencia, restituantur.

(III.) Item beneficia ac bona et alia quelibet jura possessionaria, nec non decime et alij prouentus ecclesiarum dei ac dominorum baronum, nulla jnscripcione per regiam Maiestatem cuipiam obligata, seu donata, jntra eandem dominicam palmarum, sub eadem nota jnfidelitatis suis dominis jntegre restituantur.

(IV.) Item, si quipiam occupatorum jn bonis occupatis aliqua castella seu fortalicia erexissent, talia simul cum eisdem bonis, tempus jnfra prescriptum, jllis, ad quos pertinent, sine omni difficultate et solucione aliqualj, sub eadem pena reddere debent.

(V.) Si qui autem contumacia ducti premissa facere recusarent, illi, quibus bona sua modo premisso adempta et occupata sunt, jntra prescriptum terminum non redderentur, mox elapso huiusmodi termino vicecomiti ac judicibus et vniuersitati nobilium illius comitatus, jn quo huiusmodi bona habentur, desuper querimoniam deferant, qui quidem vicecomes ac judices et vniuersitas nobilium, si rem hanc jta vt eis delata est se habere compererint, alterum ex dominis capitaneis ad jnstanciam talis nobilis, nempe bonis suis spoliati, per literas suas, citra vllam moram, diligenter requirant, jpseque dominus capitaneus mox acceptis huiusmodi literis, vigore presentis constitucionis nostre contra tales contumaces et bonorum detentores, tanquam de jure et de facto nota jnfidelitatis vigore presentis constitucionis nostre dampnatos, jnsurgere et ex dominis ac comitatibus loco illi vicinioribus, tot quot ad jd sufficere visum fuerit, jmmo si necessitas postulauerit, vniuersos dominos prelatos, barones et alios regnicolas conuocare et assummere, et tam pretacta castra, castella ac alia vniuersa bona, contra hanc nostram constitucionem publicam retenta, spoliato restituere, quam eciam vniuersa castra, castella et bona talis contumacis et jnfidelis expugnare et occupare, occupataque illis, qui bona sua penes fidelitatem regie maiestatis debitam amiserunt, et

per aduersarios possidentur, tamdiu tenenda et possidenda, quousque bona talium recuperabuntur et reddentur, rehabitisque ipsorum huiusmodi bona premisso modo ad manus ipsorum data reddere et restituere teneantur, et ad reddenda huiusmodi bona sint bona fide obligati; hoc tamen jntellecto, quod jnfra tempus, quo talia bona possidebunt, legitimis tantum prouentibus bonorum ipsorum vtantur, neque ea bona illegitimis et extraordinariis taxis et oneribus jmpediant, sub predicta fide bona.

(VI.) Item, si tales, quibus huiusmodi bona assignabuntur, ex proprijs ipsorum bonis antea occupatis tantumdem recuperabunt; extunc eo facto talia bona per auctionem vendantur, et pecunie, quibus venduntur, ad publicam regni necessitatem exponantur.

(VII.) Item, dominus locumtenens regie maiestatis jn comitatibus sibi vicinioribus huiusmodi execucionem peragat, et si necessitas postulauerit, domini capitanei per eum requisiti eidem domino locumtenenti omni auxilio adsistant.

(VIII.) Si autem quempiam nobilium post bonorum suorum occupacionem mori et heredibus jam deficere contigisset, essentque superstites aliqui, qui in huiusmodi bonis, siue sanguinis agnacionisque et cognacionis, siue alio quocumque successionis jure, aliquod jus sese habere pretenderent, nunquam tamen dominyum et realem possessionem huiusmodi bonorum habuissent, extunc possessores eorundem bonorum jn presenciam judicum ordinariorum regni ad XV. diem legitime euocentur, vbi si jure compertum fuerit, bona ipsa ad agnatos, aut cognatos, vel alios quoscunque legitimos successores pertinere, judex cause huius, illi, cui jure competere cognitum fuerit, sub pena jnfidelitatis, de facto reddi committat, contradiccione, jnhibicione et repulsione quorumpiam non obstante.

(IX.) Item, pro restituendis castris ac alijs bonis et juribus possessionariis dominorum ac nobilium regni apud maiestatem regiam existentibus domini et regnicole maiestati sue regie extunc humiliter supplicabunt, et tantisper maiestatem suam jnterpellabunt, quoad maiestas sua castra et alia bona apud manus suas habita ijs, ad quos jure pertinent, restituere dignabitur; hanc autem supplicacionem nostram publicam, non dubitamus, quin maiestas sua clementer exaudiat et admittat,

jdque quod ab eius maiestate juste petimus haud grauatim factura sit, vel ex eo, quia, vt superius meminimus, ad hanc salutarem vnionem, coniunctionemque christianam paterna beneuolencia nos hortatur, et quod maiestas sua pro communi tranquilitate a suis subditis fieri exigit, jdipsum vt ipsamet eciam clementer, felicique auspicio facere dignetur, magnopere dignitati maiestatis sue et equitati conuenit, estque valde consentaneum.

(X.) Castra jtem Wÿgles, Lÿpche et Dobranÿwa, cum in confesso sit per generosum condam Cristoferum de Thurri, nacione Stiriacum, olim serenissime domine Marie regine vidue jn vetèri Zolio officialem, nomine eiusdem domine Marie regine, hisce disturbiorum temporibus occupata esse; verum quoniam et jdem Christopherus de Turri, quandiu superuixit, eadem castra non ipsius serenissime domine Marie regine, sed suo proprio nomine obtinuit, prout ipso demortuo, fratres vel officiales eius eciam jn presenciarum obtinent, prouide decretum est: vt castrum prescriptum Wygles magnifico Stefano de Raska comiti comitatus Neogradiensis, eiusdem scilicet castri legitimo hereditarioque domino, vigore presentis decreti, restituatur, eo quod eciam alioqui juxta transaccionem, quam dictus dominus Stephanus de Raska cum regia maiestate habuit, dictus Cristoferus de Thurri, dum viueret, ante octo menses reddere debuisset.

Castrum vero Lÿpche, nobilibus cognomento Lypcheÿ et Doczÿ de Naghlwche fratribus nostris veteranis, nimirum fidelibus subditis regie maiestatis, quibus scilicet castrum ipsum jnterceptum est, simul cum priuilegijs jn eodem castro jnterceptis, restituatur, jd quod propterea jn serie articulorum presentis constitutionis nostre expresse positum esse voluimus, quia palam est omnibus, quod ipsi fratres nostri Lÿpcheÿ et Doczÿ, a tempore felicis coronacionis maiestatis sue, maiestatem suam omni fidelitate et obedientia prosequuti sunt.

Castrum autem Dobranÿwa, magnifico domino Emerico de Werbewcy, comiti comitatus Tholnensis restituatur, eo, quod a manibus genitoris sui demortui occupatum esse dicitur.

(XI.) Cum autem possessores et officiales eorundem castro-

rum prefatam serenissimam Mariam reginam aliquatenus recognoscere et ab eius majestatis reginalis nutu pendere dicantur, habita racione tum dignitatis tum fauoris et clemencie, qua maiestas sua regnum hoc vndequaque afflictum maxime jn hac extrema necessitate nostra prosequi jntelligamus, eadem castra Wÿgles, Lÿpche et Dobranÿwa dictis fratribus nostris quorum etiam consensus in gratiam eiusdem maiestatis reginalis ad jd beniuole accessit, ad proximum festum beati Georgij martyris absque vlteriori dilacione restituenda decernimus; volentes interim apud ipsam maiestatem reginalem, tanquam dominam nostram clementissimam, precibus humillimis diligenter ac sedulo agere, non dubitantes, quin eius maiestas tum comunis justicie, que vnicuique quod suum est reddi jubet, tum salutaris huius vnionis nostre jnita racione, hisce precibus nostris exauditis clementer et admissis, jd quod ab eius maiestate juste petimus, vt scilicet castra ipsa restituere graciose committat, facile consequatur, volentes jnterea eciam cum possessoribus castrorum eorundem, non secus atque amicis et fratribus nostris, amice tractare, vt ea juxta hanc nostram constitucionem publicam sine ullo negotio restituant, alioqui elapso termino prescripto domini capitanei, eadem castra obsidenda et oppugnanda, et ijs quorum jnterest reddenda curent, et jn ipsos possessores eorundem castrorum, non secus atque nota perpetue jnfidelitatis dampnatos, animaduertant.

(XII.) Item, donaciones seu jnscripciones super castris et castellis, oppidis, alijsque bonis et juribus possessionariis ac prouentibus ecclesiarum dei ac dominorum baronum, per maiestatem regiam facte, pro quintodecimo die eius diei, quo regiam maiestatem Viennam vel loca Austrie viciniora aduenisse contigerit, et eo modo, quo jnter dominos prelatos et barones desuper conuentum est, illis, qui huiusmodi donaciones et jnscripciones habent, jnsinuatum fuerit, per maiestatem suam ac dominos prelatos et barones proceresque regni Hungarie, quos sua maiestas ad huiusmodi donacionum et jnscripcionum cognicionem eligere et admittere voluerit, ad instanciam eorum quorum jnterest, secundum dei justiciam cognoscantur et judicentur, et si huiusmodi donaciones et jnscripciones rite et legitime facte esse comperte fuerint, extunc castra, castella, oppida, bonaque et

jura possessionaria ac prouentus huiusmodi illis, ad quos jure pertinent, jnfra XV. diem premisse judiciarie deliberacionis regie, sub premissa nota perpetue jnfidelitatis, remittantur. Is autem articulus jntelligatur eciam de externe nacionis hominibus, qui in hoc regno super prouentibus et bonis tam ecclesiasticis, quam secularibus jnscripciones habent:

(XIII.) Item, si qui dominorum prelatorum et baronum castra vel alia bona et jura possessionaria quorumpiam dominorum prelatorum et baronum per hec tempora occupata tenerent, pro quibus vicissim tales domini castra et bona, juraque possessionaria eiusdem occupatoris, quasi jn recompensam bonorum suorum, modo simili occupata haberent, deliberatum est, quod prefata maiestas regia, de consilio eorundem dominorum prelatorum et baronum ac procerum regni Hungarie, quos ad cognicionem donacionum et jnscripcionum prenotatarum delegerit, prescripto termino cognicionis huiusmodi donacionum et jnscripcionum, jnter tales dominos justam et legittimam decisionem facere dignabitur.

(XIV.) Quoniam autem domini illi prelati, barones, alijque proceres regni, qui prefate serenissime Isabelle regine vidue jnseruiunt, non reiicienda membra regni sint, opere precium esse duximus, jpsam serenissimam quoque Isabellam, ac deinde eosdem fratres nostros consiliarios, ceterosque regnicolas sue serenitati adherentes, admonendos et adhortandos esse, vt et sua serenitas, et similiter ipsi fratres nostri, huic tam salutari, vtili ac necessarie ordinacioni nostre consenciant, et ea omnia, que hic conclusa sunt, non solum beniuole admittant et amplectantur, sed eciam pro communi bono arces et alia bona regnicolarum, que vel apud suam serenitatem, vel prefatos dominos prelatos et barones, vel alios quoscunque regnicolas serenitatem suam recognoscentes, haberentur, restituant; vbi vero jd facere nollent, extunc pro recuperacione bonorum huiusmodi ea via procedatur, que contra alios huic ordinacioni aduersantes, jam per nos decreta est.

(XV.) Hoc specialiter declarato, quod si arx quapiam, ea nempe, que fortassis per violentum aliquem occupatorem contra hanc nostram constitucionem publicam temere retinerj contingeret, non ita subito expugnari posset, nichilominus aliorum bo-

norum ex presenti decreto remittendorum restitucio nullo modo negligatur.

(XVI.) Item, dominus locumtenens alijque judices regni ordinarij eas omnes causas, quas vigore priorum constitucionum per veteranos fideles subditos regie maiestatis ab obitu prefati condam domini Ludouici regis jn publicis comicijs editarum hactenus judicare soliti sunt, deinceps quoque judicent.

(XVII.) Hoc specialiter declarato, quod si aliquos veteranorum subditorum regie maiestatis per potentem quempiam a fidelitate regie maiestati debita auelli contigisset, et rursum post aliquot annos nacta opportunitate, quum videlicet pre tirranide illis licuisset, jn sinum clemencie maiestatis eius redijssent, vt presertim in Simigiensi, alijsque comitatibus illi vicinis accidisse constat, non obstante coacta et spontanea defeccione huiusmodi, vniuersas causas ipsorum judiciales motas et adiudicatas jn eodem statu, quo existunt, dicti regni ordinarij judices reassummere, judicare, decidere, debiteque execucioni demandare debeant et teneantur.

(XVIII.) Vniuersos preterea actus potenciarios, domorum jnuasiones, dampnorum illaciones, hominumque jnterempciones et alia quecunque malorum genera, que deinceps etiam per eos, qui recens ad fidelitatem regie maiestatis accesserunt, et eciam qui deinceps accessuri sunt, patrarentur, legitima euocacione juxta premissam citacionis formam prehabitam, regia maiestas jntra limites huius regni, vbicunque fuerit constituta, jn absencia vero eius majestatis dominus locumtenens, ceterique judices regni ordinarii, vbicunque jdem dominus locumtenens fuerit constitutus, absque jntermissione, seruatis de jure seruandis, judicent, et ea, que judicata fuerint, debite eciam execucioni modo premisso demandent.

(XIX.) Causas eciam appellacionis siue transmissionis, juris jtem pignoraticij, dotis et rerum parafernalium ac alias vniuersas, ab obitu prefati condam domini Ludouici regis coram maiestate regia vel eius locumtenente, ceterisque judicibus regni ordinarijs motas et vertentes, ijdem ordinarij judices regnj seruatis, vt premissum est, de jure seruandis, continue judicent, judicataque modo prescripto execucioni demandent.

(XX.) Si qui autem, nulla publice tranquilitatis habita ra-

cione, eadem bona et jura possessionaria illis, ad quos pertinent, restituta post eorum restitucionem et resignacionem rursum per potenciam occuparent, penam premissam perpetue jnfidelitatis de facto incurrant, jn quos eadem via, que contra bonorum occupatorum detentores superius decreta est, animaduertatur.

(XXI) Item, oppressiones nobilium, colonorum et alterius cuiusuis status et condicionis hominum, necnon spolia, depredaciones, Thirranides, quas ijs, qui per hos annos nullis legibus tenebantur, jntra suam cuique violento, vt ipsi vocant, dicionem, jmpune exercere licebat, alia jtem omnia violenciarum genera deinceps cessent; precipue autem nullus dominorum et aliorum, qui ijs annis jn potenciores euaserunt, gentes suas jn bonis aliorum sine justo stipendio alere presumat, alioquin comes illius comitatus, jn quo hoc genus violencie patrarj contigerit, vnacum vniuersitate nobilium, scita prius de quantitate dampni mera rei veritate, juxta condignam estimacionem animaduertere teneatur, et ipsum fratrem nostrum de damnis, quibus jpse comes eundem fratrem nostrum temere affectum esse fidedigno testimonio compererit, de bonis ipsius violenti modis omnibus contentum reddat; si autem violentus iste jnter limites eiusdem comitatus nulla bona habuerit, per ipsum comitem vel vicecomitem et judices ac vniuersitatem nobilium eiusdem comitatus, comes ille, jn cuius officio talis violentus aliqua bona habuerit, requiratur, qui quidem comes requisitus, statim acceptis literis alterius comitis, preter omnem difficultatem et dilacionem, dictum fratrem nostrum, damnis affectum de bonis violenti ipsius, modo qui paulo ante prescriptus est, contentum reddat; si autem comes ipse ad jd jnsufficiens extiterit, jnuocet auxilium dominorum capitaneorum; si vero comes ipse violentiam huiusmodi per se patrare ausus fuerit, officio suo de facto priuatus habeatur, et nihilominus domini capitanei, vel alter eorum, cuj jd propter vicinitatem magis competere videbitur, jn jpsum violentum alias comitem simul et eius gentes animaduertant, et vt superius declaratum est, eundem fratrem nostrum de suis dampnis modo premisso contentum reddant, vel si qui fratrum nostrorum hoc modo lesi maluerint, jntegrum sit eis pro jniurijs, damnis et violencijs

huiusmodi contra tales violentos jn curia regia, coram judicibus regni ordinarijs, jure agere.

(XXII.) Item, anni isti quindecim et menses sex, ab obitu dicti Ludouici regis vsque ad primam Marcij mensis presentis computando, jn numerum annorum, qui de hereditatibus juribusque pignoraticijs, a veris eorum et legitimis dominis ac heredibus vtcunque alienatis, longi temporis prescripcioni ex lege et consuetudine regni designati sunt, nunquam computentur.

(XXIII.) Item, donaciones ac jnscripciones, contractus jtem de successionibus bonorum et hereditatum legitime erectj, necnon empciones paraphernales, regij consensus et jmpignoraciones, quibus videlicet statuciones legitime ex decreto regni necessarie sunt, per hos annos prescriptos, statucionibus legitimis, jniuria temporum firmari non potuissent, suas retineant vires; jta tamen, vt jntra annum, a prima Marcij mensis presentis numerando, statucionibus legitimis eas quisque firmare teneatur; secus enim jntelligendum est, qui per crassam aliquam jgnoranciam, negligenciamue, jn locis presertim pacacioribus, dicioni regie maiestatis subiectis, huiusmodi statutiones tempore debito facere neglexissent.

(XXIV.) Item, Petrus Pethew de Gerse, suo et fratrum suorum nomine, jn ipso conuentu nostro publico solemniter protestando retulit nobis, vt quia dominus episcopus Wesprimiensis castrum eorum Thadyka, simul cum literis priuilegialibus factum bonorum ipsorum concernentibus, ac compluribus rebus eorum ac aliorum, annis superioribus jntercepisset, jnterceptumque simul cum juribus possessionarijs ad jdem castrum pertinentibus teneret; e conuerso jdem etiam Petrus Pethew vnacum fratribus suis bona episcopatus Wesprimiensis Egerzeg et Nowa, non de manibus domini episcopi, sed de aliorum occupasset, nichilominus tamen jdem Petrus Pethew, suo vt premissum est et fratrum suorum nomine, offert se ad remittenda bona predicti domini episcopi, siue reddat ipse dominus episcopus castrum eorum Thadyka, simul cum jugenijs, literisque priuilegialibus et alijs rebus jn eodem castro jnterceptis, siue non.

(XXV.) Quod omnes ille violencie, domorum jnuasiones, damnorum illaciones, et alia malorum genera per potentes

quoscunque, qui post obitum serenissimi Joannis regis ad fidelitatem maiestatis regie denuo accesserunt, contra quoscunque hactenus patrata sunt, jn suspenso relinquantur, donec regnum hoc ad jntegram vnionem deueniat, et tandem quid jn illis agendum erit, jn publico conuentu decernatur.

(XXVI.) Quoniam autem restitucio, simul et conseruacio regni huius nonnisi grauissimis sumptibus et laboribus fierj debeat, ordinatum jccirco est, vt absque omni mora jn singulis comitatibus, juxta numerum portarum, sessionumque jobagionalium, subsidium seu dica vnius floreni contribuendum publicetur, ad quod exequendum sufficere videntur vnus vel duo nobilium probate fidei et probitatis, qui vicecomiti et judicibus nobilium adiuncti, XV. die, a die ferie secunde post dominicam Reminiscere preterite computando, ad connumeracionem comitatus mittantur, qua finita tandem dica jpsa seu subsidium omni adhibita diligencia vsque vigesimum diem diei finite connumeracionis, ad manus thezaurariorum ad jd eligendorum assignetur, ijdem autem thezaurarij pro fideli erogacione huiusmodi subsidij juramento astricti esse debebunt.

(XXVII.) In hac vero contribucionis exaccione js erit modus seruandus, vt nullus omnino, siue sit molendinator, siue libertimus, aut alio quocunque nomine censendus, exemptus habeatur, sed quisque pro rerum suarum quantitate, iuxta limitationem dominorum terrestrium conscienciose facienda, jn hac contribucione soluat; jta scilicet, vt qui diciores sunt plus pro rerum et bonorum suorum facultate pendere quam pauperes teneantur; jn hac vero noue contribucionis exolucione pauperibus jnquilini eciam adjumento sint.

(XXVIII.) Vniuersi preterea coloni domos habentes estimacione perennali erunt estimandi, puta: colonus vnus ad quadraginta florenos, qua estimacione omnium colonorum sic generaliter facta, tandem quisque dominorum et nobilium sexagesimam partem dictorum XL florenorum, qui pro numero et estimacione colonorum vnicuique obuenerit, ex propria bursa, sine colonorum grauamine, ad presentem expedicionem dare et conferre debebit.

(XXIX.) Item, quod nobiles vnius sessionis sexagesimam rerum omnium, puta: aurearum, argentearum, pecuniarum pa-

ratarum, pecorum, frugum, vinorum ac aliorum bonorum mobilium, demptis vestibus equis et alijs apparatibus bellicis atque hereditatibus, soluere debeant.

(XXX.) Quum autem ciues et jncole ciuitatum liberarum et montanarum ad bellum hoc minime proficiscantur, sed quisque domi sue manebit, eciam si regiam maiestatem personaliter jn bello esse contingat, jdeo demptis dumtaxat vestibus eorum et vxorum ornamentis, rerum omnium tam aurearum quam argentearum, nec non domorum et rerum allodialium, pecudum, equorum, vinearum, vinorumque, mercium preterea et aliarum omnium rerum, quocunque nomine censeantur, sexagesimam partem, hoc est, pro rebus juxta veram estimacionem sexaginta florenos valentibus vnum florenum, dare quisque ciuium et jncolarum teneatur, vera autem jnquisicio et estimacio harum omnium rerum fieri debebit per judicem et juratos ciues sub juramento; de colonis vero eorum nichilominus contribucionem vnius floreni et sexagesimam jn medium comitatus persoluant.

(XXXI.) Quia uero hec pecunia jn dictis ciuitatibus liberis et montanis, et alijs, que regie maiestatis et reginalis existunt, maiestati sue ad presentes necessitates, specialiter autem ad exercitus naualis conseruacionem data sit, necessarium jgitur est, vt homo maiestatis regie ex camera deputandus, prefatis ciuitatum judicibus adiungatur; jta autem quisque judicum et juratorum ciuium ad exaccionem et estimacionem istius contribucionis sese comparet, vt sine mora longiori ea perficiatur et ad dictam cameram regiam administrari, et per eosdem judicem et juratos ciues dicta pecunia jmportari possit, ad quod omnino astricti esse debebunt; capienda eciam erit eisdem ciuibus de tota summa jmportate pecunie a dominis camerarijs quietancia, que tandem per eosdem tempore racionis faciende proferenda erit.

(XXXII.) Preterea ordinatum est, quod si maiestas regia dominus noster clementissimus personaliter huic expedicioni jnterierit, penes maiestatem suam vniuersi eciam domini prelatj et barones, aliique possessionati homines, jn propria persona et capite adesse teneantur, et vltra prescriptam vnius floreni et

sexagesime contribucionem de singulis eciam viginti colonis, singulum equitem secum adducant.

Si qui autem jnter hos equites armis minus bene instructi esse per dominum capitaneum, tempore lustracionis, vt semper fuit obseruatum, reperientur, debebit jn illos jdem dominus capitaneus animaduertere et jllos de exercitu excludere, et meliores loco eorum conducendos curare.

(XXXIII.) Nobiles eciam vnius sessionis, quisque pro sua libertate tuenda, ad defensionem regni publicam penes maiestatem suam equis et armis bene jnstructi venire jn bellum teneantur; qui vero equis caruerint, nichilominus pedes veniant.

(XXXIV.) Domini autem capitulares, vltra eas gentes, quas racione decimarum alere tenentur, pro sua quisque persona singulum equitem mittere debeant; jta tamen ut dignitates, maiores prouentus habentes, simplicibus canonicis jn solucione equitum auxilio sint, juxta prouentuum quantitatem et diuisionem.

(XXXV.) Priuatarum vero ecclesiarum aut conuentuum prepositi, plebanj et alie persone ecclesiastice, qui juxta decreta regni racione decimarum ad regni defensionem gentes non tenent, decimam partem prouentuum omnium dare et contribuere teneantur, jta tamen, vt jn huiusmodi taxacione vna persona ecclesiastica per prelatum eligatur, jn qualibet diocesi.

(XXXVI.) Visum est dominis prelatis et baronibus, quod ista contribucio tam vnius floreni, quam eciam sexagesima colonorum, sed et nobilium vnius sessionis ac decime prouentuum priuatarum personarum ecclesiasticarum ad manus dominorum thezaurariorum, qui ex dominis duo, ex nobilibus vero tres ad jd eligerentur, exolui deberet.

Nobilibus vero regnicolis visum est, quod ista contribucio vnius floreni et sexagesime de eorum bonis ac capitulorum prepositorum, abbatum et omnium aliorum possessionatorum hóminum, qui ab olim jn medium comitatus contribuere fuerunt obligati, necnon nobilium vnius sessionis ac priuatarum personarum ecclesiasticarum ad manus fratrum suorum, qui jn singulis comitatibus duo fide et jntegritate jdonei ad jd eligerentur, exolui deberet, ut ea gentes singulorum comitatuum juxta quantitatem summe huiusmodi contribucionis sine

defectu conducerentur, ac tam contra externum hestem, quam eciam pro pace et tranquilitate jnterna conseruanda, sine defectu jntertenerentur, juxta decreta regni et antiquas libertates suas, ac certis alijs ex causis racionabilibus, per eosdem nobiles coram dominis propositis.

(XXXVII.) Item, quod judices et jurati ciues ciuitatum, domini camerarij, vel homines, qui ad exaccionem contribucionis ciuitatum mittentur, sub juramento jnquirere debebunt, apud quos conciuium suorum merces alique negociatorum externorum habentur deposite, et quales jlle existant, jdque referre tandem exactoribus tenebuntur. Quas si celarent quoquomodo, dampnum, quod maiestati regie jnde eueniret, jdem judex et jurati ciues refundere cogentur.

(XXXVIII.) Item, quisque negociatorum et ciuium ac opificum de ea eciam pecunia, quam vel mercenarijs vel alijs seruitoribus eorum per annum pro mercede esset daturus, puta: de singulo floreno quinque nummos Hungaricos soluere teneatur, qui ad racionem mercedis seruitorum ipsorum erunt computandj.

Idem erit faciendum de seruitoribus per dominos prepositos, canonicos ac alios jn dignitate ecclesiastica constitutos.

(XXXIX.) Quum hac contribucione satis graui et molesta prefati ciues et jncole ciuitatum, cogente extrema regni et omnium nostrum necessitate, taxentur, supplicandum communiter erit regie maiestatj, ne posthac, vel per maiestatem suam, vel capitaneos, jidem ciues aliquo alio onere grauentur. Si vero, necessitate jneuitabili exigente, aliquid oneris illis jmponeretur, eisdem de pecunijs racione sexagesime oblatae per dominos camerarios satisfiat.

(XL.) Item, quia domini Fuggeri et negociatores externi, qui questus et lucri gracia non paruam mercium vendibilium quantitatem, tam jn istis montanis, quam alijs ciuitatibus deponere, et oblata occasione eas vendere non absque commodo eorum soleant: ordinatum est, vt tales negociatores omnes dictarum mercium et rerum suarum quadragesimam partem regie maiestati contribuant; et si qui nollent, vel se tueri ab hac contribucione volentes, merces suas quocunque colore clam e regno transferendas curarent, extunc licebit illas jnpune

vbique auferre et jn vsum publicum conuertere, et propterea tricesimarum officialibus et judicibus ciuitatum ad hec sub ea fide, quam maiestati regie debent, diligens erit aduertentia adhibenda.

(XLI.) Quia autem pro sceleribus nostris, que singulis ferme horis et diebus committimus, deus sit primum omnium placandus, jdeo opus esse censuimus ad castra ecclesiasticas eciam personas mitti debere; teneantur igitur monachi cuiuscunque ordinis et professionis duos fratres de singulis monasterijs eorum mittere, qui et euangelium dei castrensibus predicent, vicia corrigant, confessiones audiant, et pro fide christiana viriliter tuenda vnumquemque animent et confortent.

(XLII.) Si qui autem dominorum et nobilium aut ecclesiasticarum personarum senio grauati essent, vel morbo affecti, vt personaliter non possent jnteresse expedicioni, sic juste excusati jre quidem jn bellum non teneantur, tamen pro persona equitem vnum mittere teneantur, et vltra hoc pro vigesima colonorum similiter vnum equitem dare.

(XLIII.) Item, fratres carnales, si duo aut tres jn vna domo fuerint, vnus tantum jllorum ad bellum jre, cum equitibus vigesime partis colonorum, teneatur.

(XLIV.) Item, si quem nobilium vel officialem contingat jn castris seu domibus dominorum suorum occuparj aut castellanos pro arcis custodia aut domus, vel aliquem alium pro curanda familia domi relinqui, nichilominus pro personis eorum cum vigesima parte colonorum equites mittere teneantur, non tamen cum gentibus dominorum equites isti mittendi erunt, sed cum gentibus comitatuum.

(XLV.) Item, quod tricesime nouiter in locis jnconsuetis erecte vbique tollantur, sed earum vetera tantummodo loca seruentur, dempto hoc, quod loca vetera tricesime Vaciensis filialia, juxta veterem consuetudinem, libera permaneant, neque officiales regij illinc remoueantur.

(XLVI.) De rebus autem nobilium, que ad vsum domesticum ducuntur, nulla capiatur tricesima.

(XLVII.) Item, quod ad exaccionem tricesimarum, preter ordinacionem et consensum regie maiestatis, nemo se jntromittere, neque officiales de locis consuetis, vbi tricesimam exi-

gunt, audeat remouere, sub pena de hac re per maiestatem regiam exigenda.

(XLVIII.) Preterea sunt aliqui, qui jn regno isto tricesimas regie maiestatis et regni, nescitur quo titulo, tenent et neque jura jpsorum, si que super illis habent, eciam requisiti, ostendere volunt: decretum ideo est, vt tricesime huiusmodi per possessores earum maiestati regie remittantur, simul cum filialibus illarum; de perceptis vero omnibus racionem dare teneantur, sub amissione bonorum omnium.

(XLIX.) Item, quod comites, qui nondum pro suscepto comitatus honore jurarunt, mox juramentum pro suo officio recte exercendo prestare teneantur.

(L.) Vni preterea huzaroni, sallarium annuum non habentj, tres floreni Hungarici dentur, et qui plus aliquanto mererj videbuntur, superaddantur viginti denarii, vt sit certus numerus quatuor florenorum Renensium.

(LI.) Item, quod jn istam contribucionem vnius floreni et sexagesime nullus dominorum et aliorum violentium, more alias consueto, priuata auctoritate, manus suas jntromittere presumant; contrarium vero facientes, tanquam rebelles, per dominos capitaneos puniantur, et que per eos exacta fuissent, ab eisdem extorqueantur. Datum septima Marcij, loco et anno in prescriptis.

(Egykorú példány a bécsi titkos levéltárban.)

XIII.

1542. Márczius.

A beszterczebányai országgyűlésen egybegyűlt főrendeknek, Batthyányi Kristóf által Ferdinánd király elé terjesztett, kivánatai.

Memoriale Dominorum Praelatorum et Baronum in Conuentu Novizoliensi congregatorum, Domino Christophoro Batthyani ad Regiam Majestatem datum. 1542.

Quod Majestas Regia dignetur, juxta piam admonitionem suam et deliberationem Dominorum et Nobilium, de concordia, unioneque et remissione bonorum et proventuum factam, Arces Saros et Lypowcz Domino Petro Pereny reddi facere, aut concordiam et transactionem superinde, aliisque nonnullis Capitulis cum ipso transactam, Sua Maiestas faciat omni ex parte observare.

Deinde, cum Dominus Andreas Bathory cum suis fratribus ad obedientiam Regie Majestatis et fidelitatem accessit, onusque Capitaneatus huius Regni, tum pro defensione confiniorum et administratione subsidiorum, tum pro domandis rebellibus, de voluntate Dominorum utriusque ordinis et aliorum Statuum, una cum Domino Petro Pereny in se assumpsit, dignetur Sua Majestas eum, una cum fratribus suis, singulari clementia prosequi, universaque castra et alia bona, cum rebus, supellectilibus et clenodiis omnibus quondam Domini Stephani Bathori Palatini, per mortem ejusdem, uxorisque et filiae suae, directe ad ipsum devolutis, facere reddi.

Domini utriusque Ordinis, Praelati videlicet et Barones, non curantes libertatem suam et consvetudinem antiquam, in exactione subsidiorum exercitualium, conservationeque gentium observatam, constituerunt, ut universa subsidia pecuniaria in presenti Conventu pro defensione Regni, ad tollendas alias incommoditates oblata, ad manus trium aut duorum Dominorum et totidem Nobilium, ad id mutuo consensu eligendorum, in tribus locis de omnium bonis administraretur, ut iidem hujus-

modi pecuniam ad conservationem gentium, tum pro defensione confiniorum, quam contra rebelles fideliter dispensarent. Ita tamen, ut tales gentes, sive essent Dominorum sive Nobilium, si idonei ad militiam essent, acceptarentur ad continua Regni et Majestatis Vestrae *(sic)* servitia, eisque solutio tantummodo, et non aliis ex hac contributione fieret.

E contra vero Nobiles de administratione subsidii, levationeque gentium aliam fecerunt conclusionem, prout Majestas Regia ex Articulis, superinde in hoc Conventu confectis intelliget; ita videlicet, quod subsidia universa, e medio bonorum suorum solvenda, in singulis Comitatibus ex fratribus suis duo exigerent, et unusquisque Comitatus gentes suas more antiquo levaret, et tam ad defensionem confiniorum, quam tollendas alias incommoditates, domandosque rebelles expedirent.

Majestas Regia meminisse poterit, quod ab initio gentes Comitatuum, tam ad defensionem quam alia exequenda, ineptae semper et inutiles, aliisque tardiores extiterunt, et si ad bellum profecti aliquando fuerunt, ante tempus redierunt, per hocque omnia subsidia, ad conservationem huiusmodi gentium exacta, inutiliter semper fuerunt consumpta; quod omnes Capitanei, qui a tempore Serenissimi quondam Regis Ludovici et aliorum Regum fuerunt, optime noverunt. Domini autem praefati, volentes haec omnia evitare, constituerunt, ut unusquisque eorum de suis bonis praefata subsidia nunc, modo praemisso, ordinata, non per se exigere, sed ad manus Thesaurarii Regni administrare debeat. Dignetur itaque Majestas Regia remedium adhibere, ut Nobiles quoque ad id accedant, et ordo per Dominos utriusque Status observatus, per ipsos quoque observetur.

Quod autem Majestas Regia significat per Dominos Commissarios, ut Domino Balthasari Banffy in praesenti expeditione locus honestus daretur, postquam autem Dominus Banffy cupit inprimis Arcem Zomolyan redimi, videtur dominis praefatis, ut illa non aliunde quam ex taxatione liberarum Civitatum, quas Domini Camerarii exigere debebunt, poterit facile redimi. Pro qua re Suae Majestati humiliter supplicatum est.

Deinde, quod Majestas Regia vexillum sive Banderium Aulicorum suorum, quorum Capitaneus per Suam Majestatem

est idem Dominus Banffy deputandus, erigat, ut ipse Majestati Sue honore debito servire possit.

Ceterum, commissum fuerat per Majestatem Regiam Oratoribus suis, ut de creando in Sclavonia Bano cura adhiberetur, quod sane esset ad conservationem Regni illius perquam necessarium, viderentur autem idonei ad hoc officium in presentia Dominus Andreas Bathory et Sigismundus Balassa, quos etiam amore patriae confidimus officium hoc non detrectaturos, si bono modo et ordine, eaque authoritate illis dabitur, qua veteres Bani illud tenuerunt. Jam ergo viderit Majestas Sua, quid inde statuendum curabit. Consilium esset Dominorum, ut externae gentes, quibus praecst in Styria Dominus Joannes Ungnod, darentur sub imperium Banorum, aut eorum Praefectus in Collegam, quemadmodum etiam alias fuit consuetum, ut eo expeditiores ad omnem defensionem esse possint. Defensio enim non aliter certe fieri poterit, nisi externa accedant praesidia

Itaque quidem visum fuerat Dominis utriusque ordinis, ut in praesenti contributione Civitatum domus etiam Civium taxarentur, ut aliae res; Nobiles tamen diversum sentiunt, neque admittunt Domos ipsorum taxari. De qua re, quia Domini concordare cum Nobilibus non potuerunt, ideo rejecta est deliberatio ad Majestatem Regiam, quae si domos Civium, prout sententia erat Dominorum, taxandas esse voluerit, dignetur Civitatibus per literas committere, ut accedant ad Dominorum ordinationem, neque se ab hác contributione retrahant, quandoquidem praesenti necessitate memoria hominum nulla major in hoc Regno unquam fuerit.

Quod Majestas Sua Dominum Ludovicum Pewkry pristinae libertati jam tandem restituat, humillime supplicant. Dignum certe est, ut post plurimas fidelium supplicationes, jam tandem hanc praesentem Majestas Sua clementer exaudiat et admittat.

Postquam Dominus Valentinus Therek in captivitate Thurcae est, nec potest officio Comitatus Simigiensis debite attendere, videtur Dominis, ut Domino Andreae Bathori honor Comitatus Simigiensis pro medietate per Majestatem Regiam

conferatur, nam a multis retroactis annis officium hoc Domini Bathorei tenuerunt.

Quod Majestas Regia dignetur Joanni Ostrosyth, qui ab initio, cum fratre suo, Suae Majestati fideliter servierunt, clementer providere.

Majestas Sua dignetur Domino Locumtenenti authoritatem dare, quatenus Domino Francisco Batthyany loco oppidorum Bozok et Zerdahel, quae Sua Majestas Gregorio Sibryk Vice Judici Curiae Majestatis Suae, de jure Regni, dari jussit, colonos centum per defectum seminis, vel aliter ad collationem Suae Majestatis devolvendos dare et conferre valeat atque possit.

De victualibus ordinandis modus non videtur esse alius melior, quam ut Majestas Sua dignetur jam nunc Comitibus omnium Comitatuum scribere, committereque serio, ut in universum omnibus in suo quisque Comitatu generaliter publicet, ne quis Comitatus, sub poena indicta, de Comitatibus alio transportet, lucri vel vendendi gratia, sed quisque conservet ad expeditionem futuram. Necessarium ergo est, Majestatem Suam quamprimum mittere Commeatuum Magistrum, qui perlustret quantum victualium in hujusmodi Comitatibus habere poterit.

Equis autem singulis, per quos victualia ad castra convehantur, pro diurno labore ordinati sunt dari decem denarii, bobus vero quinque, et hi dandi erunt juxta ponderis quantitatem.

Loca autem, quo haec victualia erunt comportanda, unus citra Danubium esse Agria videtur, ultra vero Danubium Strigonium.

Finaliter, et tanquam pro summa, principalique fundamento defensionis, Majestas Sua hoc teneat: quod si saluti Regni huius consulere volet, quamprimum particulares copias Regni Bohemiae et aliarum Provinciarum suarum jam conductas sine more expedire in Hungariam dignetur; nam nisi hoc fecerit, certa sit, quod ex Hungaria non poterit exigi quicquam subsidii, nec ullae copiae conscribi poterunt, et sic omnes conatus et auxilia Hungarica in irritum cedent, neque erit, quod hinc possit Sua Majestas expectare, Turcis jam paratis et ad omnem excursionem intentis, si vastari Hungaria incae-

perit. Et hoc moliri hostes, ex multis exploratoribus jam cognovimus, sicuti et Majestas Sua poterit informari per eos, qui ista particularius et certius intelligunt.

Argumenta sunt castra aliquot, quae per hos dies in potestatem hostium pervenerunt. Nec aliud est expectandum de aliis quoque fortalitiis, nisi matura auxilia in Hungariam mittantur.

Qud autem attinet ad continuam intertentionem militum, qui ex subsidio praesenti conducentur, in Articulis nihil est additum propterea, ut de singulis centum colonis terni equites continui intertenendi sint ad defensionem Regni.

(Egykorú másolata a herczeg Batthyányi-család körmendi levéltárában, honnan *Kovachcih Márton György* lemásolta, kinek másolata a Nemzeti Múzeum kéziratgyűjteményében találtatik.)

XIV.

1542. Márczius.

A beszterczebányai országgyűlésen megjelent alsó nemesség követének, Rakovszky Györgynek, Ferdinánd királyhoz intézett felirata.

Sacratissima Regia Maiestas, domine domine clementissime.

Fideles subditi Maiestatis Vestre, Regni Hungarie Nobiles, qui in proximis Comitijs novi Zolij celebratis, ex commissione Maiestatis Vestre convenerant, servicia eorum paratissima, perpetua cum fidelitate, Maiestati Vestre domino eorum clementissimo, humillime nunciarunt et commendant.

Deinde ea, que Maiestas Vestra per dominos Oratores nunciavit eis, et eciam ad eos in scriptis dedit, intellexerunt. Igitur, quod tanto labore et vere paterno amore affectuque Regni Hungarie, patrie utpote eorum circumquaque afflictissime, eliberacionis, recuperacionis et conservacionis Maiestas Vestra diligentissimam curam gerit, usque ad unionem ineundam, libertates patrie reformandas, et habita inter se unione et mutua tranquillitate, ad patriam mutuis viribus tutandam, graciose hortari dignata est, omnes quidvis delinquentes in

graciam suam clementer assumendo et ad libertates eorum observandas ultra se offerendo, Maiestati Vestre, domino eorum clementissimo, ineffabiles et immortales habent gracias, studebuntque omnibus viribus, fidelibus et perpetuis eorum seruitijs, simul cum eorum liberis, apud Maiestatem Vestram et svavissimos Maiestatis Vestre liberos, hoc officiosissime demereri.

Cum autem unionis et eorum tranquillitatis mutue conciliande, firmande et conservande inter alia summa et precipua causa sit, ut bona cuiusvis adempta restituantur, quo fomes odij, eius rei gracia inter eos concepti, et hucusque habiti, prorsus eradicetur, deincepsque unio et charitas, deo volente, duret: conclusum est, ut bona quorumvis alienata et occupata reddantur. Ideo, cum Maiestas Vestra tam sancte et tam necessarie rei sponte et clementer dignata est origo et fundamentum esse, supplicant humillime Maiestati Vestre, dignetur eciam, ut ea effectum sortiantur graciosus author esse, bonaque regnicolarum apud manus hominum Maiestatis Vestre, vel apud manus hominum Serenissime domine domine Marie Regine etc., domine nostre clementissime, hoc turbulenciarum tempore utcunque adempta, habita, illis a quibus sunt alienata graciose restituenda curare; inter alia arces Wygles domino Stephano Raskay, qui et alioquin super eo per Maiestatem Vestram se graciose assecuratum esse dicit, Dobronywa vero domino Emerico Werbewczy, Lypese autem Nobilibus Lypcsey de Naghlucze, simul cum literis in arce illa ablatis; ut et alijs sit hoc insigni exemplo, utque unio regni, pro dignitate et commodo Maiestatis Vestre, in posterum firma maneat.

Quantum ad auxilium et subsidium, pro defensione et necessitate Regni, per eos prestandum attinet, quamvis et Maiestati Vestre et omnibus constat, quod tam diuturnis intestinis et externis bellis, oppressionibusque innumeris exhausti, expillatique et fere in nichilum redacti sint; nichilominus Maiestati Vestre, domino eorum clementissimo, patrieque et sibimet deesse nolentes, sed ad omnia, pro virili eorum, se promptissimos exhibentes, que onera assumpserunt, credunt iam ex articulis ex comicijs missis Maiestatem Vestram intellexisse.

Et quia alias quoque in Comicijs contributiones pro defensione, conservationeque et necessitate regni ordinabantur,

ac pro huiusmodi contribucionibus dispensandis, tam ex ordine dominorum Magnatum, quam eciam ex Nobilium regnicolarum thezaurarij eligebantur, modusque dispensacionis sub firmissimo edicto semper prescribebatur, nichilominus pecunie huiusmodi contribucionum nunquam in eum usum regni, in quem fuerunt ordinate, erogabantur, sed semper utcunque dilapidabantur, et inficias ac in fumum, ut ita dictum sit, sine omni fruge ibant; super quo, ut Maiestas Vestra diiudicare poterit, difficilis res fuerit, et nec licebat Nobilibus cum dominis Magnatibus contendere et expostulare. Ex preteritis igitur exemplum habentes, et evidenter edocti, veriti et caventes, ne nunc quoque, tempore scilicet tam necessario, et pene in extremo periculo patrie, pecunie cum exicio et aperto discrimine regni, ita sicut alias factum est, perperam dissipentur, nullo modo nobiles ad hoc voluerunt consentire et condescendere, dominis quippe Magnatibus in eo multum instantibus et diu laborantibus, ut contribucio ad manus thezaurariorum administretur, sed iuxta libertates et decreta regni statuerunt et ordinarunt, ut quivis Comitatus, pecunijs huiusmodi contribucionis pro defensione et necessitate regni gentes conducat, et ibi, ubi necessitas postulabit, interteneat, et ne vel unica teruncia ex ea pecunia aliorsum, nisi in usum militum pro defensione, saluteque Regni et pro Majestatis Vestre dignitate convertatur.

Pro exigenda autem pecunia in singulis Comitatibus probate fidei duo nobiles eligentur, firmoque juramento adstringentur, qui nullum habebunt Sallarium, sicuti per dominos Magnates eorum thezaurarijs tria millia florenorum designata sunt, quibus mille equites uno integro mense possent teneri et patrie nonnihil seruire, sed hoc pro amore conservacioneque patrie, nullum comodum privatum venando, facere et rationem justam reddere debebunt; non est enim nunc querendum commodum privatum, cum sat lucrum magnum erit, si patria, ope dei, conservari poterit, que res ita ordinata, non parum adferre potest Maiestati Vestre et reipublice commodi.

Primum, quod militum longe maior erit numerus, qui continue intertenebuntur, et habituri sunt sine defectu aliquali semper solucionem, poteruntque serviciis Maiestatis Vestre et regni sedulo et incessanter invigilare.

Secundum, quod cognoscetur facile, quorum dominorum et quorum Comitatuum gentes in servicijs regni aderunt et quorum non, et sic culpabiles duntaxat, non totum regnum, puniendi erunt.

Tercium, si nobiles et Comitatus suas privatas gentes non haberent, presens constitucio de concordia et mutua unione, bonorumque remissione et aliorum malorum, que per hos annos impune sunt patrata, eradicatione, tranquillitatisque publi conservacione facta et conclusa, nullum effectum et finem sortiri posset, sed violenti in nobiles et alios solitas tirannides exercerent, sicque posteriora peiora essent prioribus; verum dum Nobiles et Comitatus suas gentes habebunt, violenti se non ea audacia contra presentem constitucionem opponere audebunt, et nec unionem perturbare, malaque solita patrari audebunt.

Quartum, si thezaurarij, sicuti hactenus contigit, male pecuniam dissiparent, et in necessitate regni defectus esset, difficile esset Nobilibus cum dominis expostulare, fratres tamen suos quilibet Comitatus et punire, et defectum, si quis contingeret, quod non sperant futurum, exigere posset.

Domini, si eciam vellent, hoc efficere nullatenus possent, ut et racione bonorum suorum, nonnulli eciam racione stipendii Maiestatis Vestre, et pro pecunia Comitatuum gentes et nobiles pleno numero intertenere possent, sed committeretur magnus defectus, quemadmodum eciam sub Buda, quod Maiestati Vestrae confidenter dictum esse cupiunt, contingit, nonnulli racione bonorum, et eciam eum numerum, pro quo stipendium lenabant, plenum minime habuerunt, sed tempore lustracionis equitum alter ab altero commodato petebant; evitandum igitur modis omnibus est, ne sit aliquis huiusmodi inter nos defectus et vicium, sed tanquam veris patrie amatoribus syncere pro patria et pro dignitate Maiestatis Vestre et assumenda et gerenda sunt omnia.

Quoniam autem non dubitant, quod domini Magnates et apud Maiestatem Vestram summo studio laborabunt, ac quibusvis eorum persvasionibus viisque et modis ad hoc inducere totis viribus Maiestatem Vestram conabuntur, ut Maiestas Vestra committeret Nobilibus, eosque adigeret, quo contribucionem ipsam ad manus thezaurariorum, quos ipsi elegerunt,

administrarent, ex quo hoc apud ipsos Nobiles multo labore efficere non potuerunt; supplicant igitur Maiestati Vestre domino earum clementissimo, huiusmodi eorum persuasionibus, que sub quibuscunque racionibus fuerint, ad privatum eorum commodum, Maiestatis vero Vestre et publicum incommodum, tendunt, ne acquiescat, et ne ad ea Nobiles, contra constitutionem, libertatesque eorum et decreta Regni compellat, quam constitutionem in ea parte, sub edicto prodicionis patrie, se inviolabiliter, pro Maiestatis Vestre et Regni commodo, observaturos obligarunt; ipsi vero domini vix ad manus suorum thezaurariorum administrabunt, sed pocius, uti soliti sunt, in suum usum convertere ne forte conabuntur, volentes forsan et pecuniam nobilium, nulla periculi regni habita racione, eo convertere et dissipare. Certam igitur spem et fidem habent, quod Maiestas Vestra contra libertates et decreta eorum, tanquam dominus clementissimus et princeps iustus, hoc non faciet, quas libertates tempore electionis et coronacionis et eciam nunc per dominos oratores, et item per aliquorum Comitatuum nuncios se sponte observaturam obtulit et assumpsit; cavebit denique Maiestas Vestra graciose, ne in infamiam prodicionis patrie juxta obligamen eorum, incurrant, cum potissimum videt in augmentum dignitatis sue et commodum regni rem vegere.

Domine clementissime, omnes una instancia, uno ardore cordis, una voce Maiestati Vestre, domino eorum benignissimo, humillime et confidentissime supplicant, et Maiestatem Vestram serio obtestantur, dignetur jam tam diuturna punicione et correctione domini Ludovici Pekry contenta esse, et illam graciam suam, toti nacioni Hungarice sponte factam publicatamque, quosuis excessus hactenus contra Maiestatem Vestram utcunque factos graciose quibusvis condonando, erga ipsum dominum Ludovicum Pekry quoque, tanquam erga unum ex nobis, fratremque et membrum nostrum, clementer declarare, eumque liberum dimittere, ut Maiestati Vestre et patrie tam necessario tempore inserviat; nam profecto magnum dispendium et ingens jactura esset, quod vir tam strenuus et tantam milicie habens experientiam, tempore usque adeo necessario, a servicijs Vestre Maiestatis et patrie afflicte abesse,

tempusque delitescendo, absque fruge omnino frustra terere deberet; quin pocius in tanta Maiestatis Vestre, patrieque, imo tocius reipublice Christiane necessitate et fere in extremo periculo, si possibile esset ex lignis quoque, ut dici solet, ad miliciam apti viri essent struendi, firmam et indubitatam in Maiestatem Vestram fidem habent, quod tum gracie sue, omnibus in communi publicate, tum eciam perpetuorum serviciorum ipsorum et inite concordie, unionisque mutue habita racione, hanc supplicacionem fidelium subditorum suorum obsequentissimorum et ad omnia paratissimorum, ob eum potissimum amorem et propensitatem, qua nacionem hungaricam graciose prosequi est solita, exaudiet, clemenciamque et graciam suam ergo eos habitam et semper oblatam hac in re declarabit, memor denique oblacionis sue graciose condam domine consorti ipsius domini Ludovici de eliberacione eius facte, erit, eumque fratrem et membrum nostrum dimittet, quem ita in officio continebunt, ut Maiestati Vestre grata exhibeat semper servicia, cuius eciam olim aliqua utilia prestita servicia retinuerant memorie; multi eciam exemplo suo Maiestatem Vestram abhorrent, cuius visa libertate, et illorum, qui sunt adhuc quodam modo a Maiestate Vestra alieni, animi lenientur, et illi, qui iam ad Maiestatem Vestram redierunt, intrepidi, sinceriori pectore servire Maiestati Vestre conabantur.

Ex quo Cives quoque liberarum et Montanarum Civitatum per hos annos varia et magna onera gestari sunt coacti, et nunc quoque municionibus, custodie Civitatum providere, ingenia, pulveresque et alia necessaria suppeditare eos oportet, pro quibus omnibus non parum exhausti sunt, et in dies exhauriuntur; idcirco in articulo contribucionis domus et vinee eorum fuerunt exempte, sed tandem quodam errore rursum inscripte, et repente obsignati articuli Maiestati Vestre sunt missi. Supplicant igitur et in eo Maiestati Vestre, dignetur eum errorem ita commissum emendare, et domus ac vineas eorum exemptas habere, super eoque dominis Camerarijs commissionem dare, ut commodius in tanto rerum discrimine utrique rei satisfacere possint, hoc est et contribucioni Maiestatis Vestre, et urbium provisioni ac conservacioni.

Queruntur eciam Nobiles Comitatus de Saros, quod simul

cum eorum colonis officiales Maiestatis Vestre castri Saros, preter libertates Nobilitatis, laboribus, servicijs et alijs injurijs infestantur et opprimuntur; supplicant igitur Maiestati Vestre nobiles regni, dignetur officialibus ipsis committere, ne eos amplius impediant, sed pocius in libertatibus regni conservent.

Prepositus de Jazo, cum racione bonorum gentes sub Buda non intertenuit, Maiestas Vestra commisit, ut racione huiusmodi exercituacionis sumulam quandam ad castrum Saros daret, et quia asserit bona sua in manibus Cassoviensium fuisse, et nunc eciam esse, unde potuisset gentes intertenere; supplicant igitur Maiestati Vestre, ut ipsum prepositum in eo quietum et pacificum facere dignetur.

Petrus Judex alias Budensis, cum quantum in eo erat, si per alios negocium non fuisset neglectum, Maiestati Vestre et regno Hungarie, imo toti reipublice christiane, multum utile et insigne seruicium prestiterat, coniugemque cum liberis, et res quas habuit non paucas in aperto periculo Bude deseruerat, cuius coniux tandem utcunque a Buda educta, liberis demortuis et rebus ibi amissis, est, nuncque simul ambo sub alienis tectis hinc inde oberrant; supplicant igitur Maiestati Vestre, dignetur eum tanquam personam optime meritam, commendatum habere, graciaque sua ita prosequi, ne alij a servitijs Maiestatis Vestre et regni sint alieni, sed ut personis et rebus non parcentes exemplo eius ad Maiestatis Vestre ac regni seruicia prouocentur.

Dissidia illa scelestissima et differentie regni detestandissime, que tot annis durarunt, quoniam deo authore, felici auspicio Maiestatis Vestre in eum ordinem et unionem devenerunt, Maiestati Vestre supplicant obnixe, dignetur rem ea diligencia provisioneque curare, ut constituciones in comicijs parte, effectum suum mature sorciantur, et caveatur eciam, ne regnum Hungarie deinceps in diuisionem priorem, rapinas eciam, et ea mala, quibus presertim pre suis incolis obnoxium fuit hactenus, deueniat, sed ut in unione, tranquillitateque publica, pro Maiestatis Vestre commodo modis omnibus conseruetur, in qua re summo est necessarium et peculiare remedium, ut Maiestas Vestra obstet principijs, quod Maiestatem Vestram pro sua dignitate, credunt neglecturum minime. Ipsi

autem non tantum illis paucis rebus eorum, que restant, verum eciam personis capitibusque suis non parcentes, Maiestati Vestre adesse parati sunt.

Cum igitur Supplicationes eorum sint libertatibus eorum consone, juste denique et necessarie, indubitatam fidem in Maiestate Vestra habent, quod pro dignitate sua regia et libertate eorum, Maiestas Vestra benigne eos exaudiendo, graciose eos admittet, et me quamprimum cum graciosa et optata relacione ad eos remittet.

Eiusdem Maiestatis Vestre

fidelis subditus

Georgius Rakowsky,

nuncius nobilium regni hungarie.

(Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

XV.

1542. Apríl 14.

Thurzó Elek királyi helytartónak, a beszterczebányai országgyűlés végzései tárgyában, Ferdinánd királyhoz intézett irata.

Sacratissima Maiestas regia, domine clementissime.

Premissa fidelium seruiciorum meorum humillima et perpetua commendacione. Reddite sunt mihi hodie Maiestatis vestre sacre litere, de prima huius, Spyre date, simul cum exemplo memorialis eius, quod nomine dominorum dominus Christoferus Battianÿ exhibuisset. Iniungit mihi Maiestas vestra, vt circa memoriale illud, articulatim, judicium meum aperirem, non tanquam vnus ex statibus Hungarie, sed quasi secretus consiliarius suus. Quanquam magna pars articulorum memorialis illius ita clara et ab equitate non abhorrens videatur, vt vix alicuius judicio egeat, aut alia interpretacione, quam quemadmodum a Maiestate vestra postulata sunt; nihilominus vt Maiestatis vestre mandato satisfacerem, paucis, que circa ista mihi videbantur, explicare volui. Imprimis autem considerandum puto id, quod ad salutem huius regni maxime spectat, nimirum,

vt promoueatur omnibus modis exactio huius contribucionis, que publice oblata est, citra quam conductio equitum frustra expectatur, tum eciam ne in aliquos alios vsus, quam constitutum est, conuertatur, et vt ad tractandam pecuniam publicam homines jdonei deligantur. Quod ad horum electionem attinet, video pendere adhuc differenciam inter dominos et nobilitatem, cum nollet nobilitas, vt domini ex corpore suo creatis dispensatoribus vterentur, sed ut in singulis comitatibus seorsum duo eligantur tales, quibus exactio et dispensatio committatur; mihi plane ista nobilium sententia et conclusio neque in conuentu publico probabatur, neque modo probari potest, propterea, quod tractatorum publicam pecuniam multitudo confusionem est inductura, et preterea incommodissime vnus tot comitatus posset ad exactionem sollicitare, tot inquam capita et exactores, neque facile pro singulis seorsum sollicitatores haberentur, et pecunia tam diuersis et remotis locis collecta difficile in confusione comportaretur; accedit huc, quod a multis annis experiencia docuit, prestanciores semper fuisse equites in seruicijs dominorum quam nobilium, nam nobiles contenti erant alere eciam deteriores, nec nisi necessitatis tempore conducebant, contra magnates perpetuo equites alere, atque adeo ipsos nobiles, vt plane non videam quam aptos et prestantes habere queant isti, in hoc rerum statu, dum certatim contendunt equites conducere, non solum domini Hungari, sed status Bohemie, Morauie et ceterarum vicinarum prouinciarum, nisi forte vellent nobiles conscribere suum militem parum aut mediocriter instructum ex familia domestica, aut colonorum numero, inermem et ineptum, nulloque vsu exercitatum, qui ex ipsis campis refugeret, damno, aut impedimento pocius esset quam vtilitati. Probatur itaque mihi sententia dominorum, vt omnis pecunia in loca tria comportetur et colligatur, sintque conseruatores pecuniarum ex ordine dominorum duo, ex nobilibus totidem, in locis designatis; et vt tollatur suspicio, quam nobiles habere videntur, de dilapidacione pecunie, non videtur mihi inconueniens, vt Maiestas vestra, adiungat vnum ex seruitoribus suis, de camera scilicet juratum hominem, qui collectoribus illis veluti adiutor et testis omnium, que geruntur circa dispensacionem, reliquis assideat continuus, sic et animi

nobilium pacaciores reddentur, et dilapidacio vitabitur: vtcunque enim nobiles videantur parum dominis fidere, non desunt tamen et ex illis, qui suos ambiant fautores in hoc officio dispensacionis, vt lucra venentur. Cum autem collectio contribucionis admodum lente procedat, merito non vrgendi modo, sed et increpandi sunt per Maiestatem vestram, qui publicis statutis obedire recusant, jlli vero sunt, qui per summam licenciam assueti diuina et humana omnia confundere, rapto viuunt, alienis bonis diuites facti, hij inquam et comites comitatuum vrgendi essent, a quibus alij expectant et dependent. cum plerique horum sibi magnas diciones adiunxerunt; horum esset officium, vt primi conferrent, exemploque alios prouocarent, tum vt ceteros negligenciores cogerent, esset mea sentencia opus, vt tales literis Maiestatis vestre seuerius admonerentur. Occurit hic et alia difficultas, quod ordinacio publica de remittendis bonis, et presertim que absque omni inscripcionis Maiestatis vestre titulo, per violentos possidentur, nullum habent progressum, sed nec inicium; hinc est, quod nobiles quoque inceperunt recusare contribucionem, postulantes, vt redditis primum bonis suis per vim ereptis, deinde contribucio fieret. et processus ad execuciones ceterarum constitucionum; videntur enim de restitucione bonorum passim omnes desperare, nisi hoc tempore, antequam contribucio fiat, effectu compleatur, quod de reddendis bonis conclusum est: et licet presencium atque jmminencium periculorum racio summam in contribuendo celeritatem requirat, ne tum in maiorem desperacionem nobilitas incidat, placeret mihi, quod posteaquam iam Maiestas vestra conclusiones diete nostre intellexit, quam primum ad omnes comitatuum comites, specialiter autem vbi maiores apparent difficultates (prout in carta huc annexa designaui) scriberet, et strictissime mandaret, vt pro salute propria tuenda, que militum conductione curaretur, summa cum diligencia et sedulitate curarent oblatum subsidium et contribucionem exigere, cetera eciam secundum articulorum contenta executioni demandare, subiungendo Maiestatem vestram velle ea omnia manutenere, et in eos, qui rebus istis tam necessarijs difficultatem vel impedimenta aliqua inuehere studerent, sicuti mererentur, grauiter animaduersuram; scribende eciam viderentur

litere ad dominos capitaneos, vt illi juxta prestitum in conuentu publico juramentum, citra omnem fauorem et respectum procedant contra eos, qui subsidium hoc vel retinuerunt pro se ipsis, vel cogere sub eorum officio existentes noluerunt ad exolucionem. Hec mihi, sacratissime princeps, videbantur, que circa hunc precipuum articulum sentirem.

Quod vero attinet ad supplicationem omnium statuum, qui humiliter orant, vt copie, que ad manum sunt vel esse possunt, tam ex conductione dominorum Hungarorum, quam statuum Bohemie, Moravie, Slesie atque eciam Austrie et ceterarum prouinciarum Maiestatis vestre, ad hec loca magis oportuna et necessaria collocentur, maxime commodum et vtile foret, si que ex citeriori parte sunt copie ad confinia citeriora mitterentur, circa Strigonium scilicet et Saag atque alia magis opportuna loca, jlli vero qui trans Danubium sunt Quinqueecclesias et Albam Regalem. jta excursionibus hostium posset iri obuiam; nam et exactio magis maturaretur, viso presidio, et cicius milites conscriberentur pecunia collecta, jn diesque confluerent copie et externorum auxilijs jungerentur; certum est autem, quod in hoc rerum statu, ita subito fieri exactio non possit, non enim ita hic se rerum facies habet, quemadmodum in regnis pacatis et obediencia equali vtentibus fieri solet, absque contribucione autem exercitus conscribi uequeunt, et quid impediat exactionem, Maiestas vestra iam intelligit; quod si auxilia iam conducta per vicinas prouincias nobis denegentur, verendum est magnopere, ne hostis hanc regionem presidio destitutam aggrediatur et jnuadat, quod vbi (deus auertat) contigerit, vt ferro et igni hostili cuncta turbentur, difugientibus incolis regni et se ad tuciora conferentibus, aut vt plerumque fit, per Turcas abductis, terrore et confusione omnia miscebuntur, neque modus vllus erit, vt subsidium vllum contribuatur, aut equites vlli conducantur, et sic omnes conatus nostri et conclusiones in dieta facte in irritum abibunt; jllud vero quantum faciat ad securitatem aliorum regnorum Maiestatis vestre, vt iam conducte copie in hijs locis et finibus hosti oppositis collocentur, Maiestas vestra bene videt. Mea quidem sententia, vel eorum judicio, qui mediocriter rem militarem norunt, vtilius esset statibus Bohemie et Morauie, vt

fines a se multum remotos, atque adeo hostem ipsum procul haberent, quam vt reuocatis ad suos fines conducticijs et jnvtiliter tempore absumpto, neglectisque locis, que nostris quoque viribus accedentibus commodius possent defendi, ad ipsas prouincias suas iter apertum hostibus relinquerent, vbi omnia bellorum incommoda sensuri sunt.

Circa eam supplicacionem, que domini Balthasaris Banffy negocia continent, non video, quid in medium proferre possim: non ignoro equidem Maiestatem vestram grauissimis alioqui sumptibus oneratam esse, jdcirco erectio Banderij, sub quo aulici sui militarent, quomodo hoc tempore fieri possit, non video; solucionem inquam hoc genus militum Hungarorum ex camera, quibus preesset Balthasar Banffij. Quod si tamen hoc probatur Maiestati vestre, et modus in promptu est, non improbo, tametsi et postea oportebit vniuersos equites leuis armature sub vexillo Maiestatis vestre militare; poterit illum tum in capitaneum aulicorum Hungarorum preficere, si ita Maiestati vestre visum fuerit, saluo tamen aliorum judicio, et imprimis domini Petri Perenij, qui est supremus regni Hungarie capitaneus.

De Banis Croacie et Sclauonie eligendis, non mihi profecto satis constat quid senciam, video enim regna illa esse vsque adeo afflicta, et attrita ac sine ordine, vt tota fere Sclauonia in vastitatem et solitudinem abitura dicatur; non poterit Maiestas vestra, nisi magnis sumptibus, Banos illic constituere et alere, nec poterunt Bani cum ob vastitatem predictam, tum insolenciam comitum Croacie atque inobedienciam, illic perseuerare sine maximis presidijs, neque video, quid subsidiorum ex deserta prouincia colligi possit ad militum stipendium. Quod ad personas ad hanc obeundam prouinciam idoneas attinet, licet dominus Andreas Bathori sit juuenis, bone profecto indolis, et rei militaris cupidus, tamen cum officium hoc Banatus non militaris rei tantum periciam, sed eciam jndustriam jurisdictionis exercende requirat, veluti qui in persona Maiestatis vestre et res bellicas et jura moderetur, videntur mihi humeri istius domini Bathorj infirmiores et impares, quam qui tanto oneri ferendo sufficiant, rebus maxime in Croacia et Sclavonia sic accisis. Sigismundus Balassa est homo satis militaris, admodum tamen valetudinarius, vt qui et modo absit,

Venecias profectus, sanitatis recuperande gracia; dubito, an officium hoc ita affecto corpore suscipiat. Videretur mihi, vt Maiestas vestra, posteaquam omnes fere ex Croacia et Sclauonia militares stipendio prouinciarum Maiestatis vestre se se addixerint, differat hanc Banorum creacionem vsque ad felicem suum ad nos reditum, et quoad appareat certa quepiam facies conseruacionis illorum regnorum.

Taxacio illa ciuitatum placuerat iam tum dominis et statibus, ea potissimum causa, quod bona et hereditates nostre perennali precio estimate erant pro sexagesima contribuenda, et vltra hoc non solum equites alendi erant, sed et viritim et per singula, quod aiunt, capita, domini ac nobiles in exercitum circa personam Maiestatis vestre, proficisci deberent; hoc inquam respectu, placebat domos ciuium sub estimacionem venire, remitto tamen Maiestatis vestre gracioso arbitrio, quo ordine taxacionem illam fieri velit.

Ludovicum Pekry libertate donari, mihi non videtur inconueniens, prius tamen vellem, vt et Valentiniani, et ipsi Podmaniczkj essent in certa et indubitata obediencia Maiestatis vestre, prestarentque re ipsa, que in constitucionibus publicis sunt expressa.

Certum est, comitatum Simigiensem violencia Valentini Therek esse a Bathoreis occupatum, ab obedienciaque avulsum, cum officium illud comitatus sit per Bathoreos administratum; merito nunc Maiestas vestra dignabitur conferre honorem comitatus illius quantum ad dimidiam partem huic domino Bathorj, vt eo feruencius inseruire Maiestati vestre, et que sui officij sunt, juxta presentes constituciones, exequi diligencius possit, jn illis presertim locis; dignetur autem Maiestas vestra iam nunc expediri jubere literas honoris comitatus ad illum, et dirigere item mandata ad comitatum, vt eum pro comite habeant, sintque illius dicto obedientes, jn hijs, que presentem defensionis curam concernunt atque juris dicendi facultatem, prout est moris Hungarici.

Joannes Ostrosyth est bonus seruitor Maiestatis vestre, et meretur, vt habeat graciam et prouisionem Maiestatis vestre, crederem huic dandum ordinem et locum inter eos, qui conducendi sunt ex pecunijs dominorum et nobilium. In negocio do-

mini Battÿanj, qui bona seruitoris mei occupata tenet Gregorij Sybryk, dignabitur Maiestas vestra non solum supplicacionem dominorum exaudire, sed et mea fidelia seruicia respicere, et seruitoris mej, qui ab inicio felicis regiminis Maiestatis vestre mecum fideliter seruiuit, vt ex hac annuencia future collacionis centum colonorum, assequatur seruitor meus, quod alioqui de jure sibi debetur; crederem certe vel mea servicia tanti esse, vt hanc annuenciam mererentur; expecto in hoc graciosum Maiestatis vestre sacre responsum.

In ordinando commeatu et victualibus ad loca tuciora conferendis, licet Maiestatis vestre litere longe amplissimam, vt par est, haberent auctoritatem, quandoquidem tamen ita Maiestati vestre placet, non obmittam scribere ad omnia loca, vt commeatus instruatur, et ad loca tutissima comportetur conserueturque; nec dubito, quin curatores et emptores victualium, competenti foro cuncta reperiant; comportacio difficilior est, cum ciuitates sint rarissime, nec aliter vulgo asseruari frumentum soleat, quam in fossis et cauernis arte factis, vnde non mouetur nisi cum vsus postulauerit, siue demesticus siue forensis.

A királynak szándéka volt őt is az országgyűlés által árulónak nyilvánittatni, s a hűtlenség büntetésében elmarasztaltatni. Udvari körökben kétségtelennek tartották, hogy ez meg fog történni, s már a halál azon iszonyú neméről is beszéltek, melylyel ki fog végeztetni. [1]) A rendek szintén kívánták, hogy a király Perényit küldje Pozsonyba, s itt az országos törvényszék elé állíttassa. Egyúttal felszólaltak az ellen, hogy Perényi, miként már régebb idő óta Pekry Lajos is, az ország határain kivűl tartatik, a törvények ellenére, fogságban, a nélkül, hogy elitéltettek volna. Azonban Ferdinánd nem vélte tanácsosnak e kívánat teljesítését; ő ugyanis sietett a német birodalmi gyűlésre, már pedig előre volt látható, hogy a per hosszú időt fog igénybe venni. De hihető, hogy azon körülmény is befolyt elhatározására, hogy Perényi árulását nem volt képes oly érvekkel bebizonyítani, melyeket a magyar törvényszék elégségeseknek tekintett volna. A rendeknek tehát azt válaszolta, hogy mihelyt Nürnbergből visszatér, nem fog késni Perényi ügyének eldöntését a rendes törvényszékre bízni.[2])

[1]) Verallo pápai nuntius 1542. október 22-én Bécsből írja: „Domane ad otto . . . questa S. Maestà andrà ad fare la Dieta di Ungharia in Possonio, et stimasi sarà breve, sendo cosi di natura li Unghari di espedirsi, et la maggior occupatione sarà di far fare processi contra Perin Petro et altri, che son fuggiti, quali oltre il tradimento dello intendersi con Turchi, si và dicendo, che havesser insieme trattato di amazzar questa Maestà." És a velenczei pápai nuntius november 16-án, Velenczéből, a pozsonyi országgyűlésről jelenti: „Perin Peter . . . sara dichiarato traditore con li suoi descendenti et complici, et squartato vivo." Eredetije a nápolyi Farnese levéltárban.

[2]) Báró Walpurg Bécsből 1542. november 25-én Farnese bíbornoknak írja Perényi felől: „Ungari . . . hanno domandato, che Sua Maestà lo facesse venire in Posonio e formarse il processo contra di lui, in presentia de quelli de Regno; qual cosa non era da fare." Bővebben ír e tárgyról *Verallo* casertai püspök és pápai nuntius november 28-án Bécsből: „Perche li Ungari hanno facto grandissima instantia ad Sua Maestà, che Perin Petro si iustificasse, et sel me-

A rendek megnyugodtak. És midőn november 23-án végzéseiket a királynak bemutatták, [1]) — ki e hó 19-én fényes kísérettel, melyhez a pápai nuntius és más külföldi követek csatlakoztak, másod ízben jött Pozsonyba [2]) — szónokuk a legteljesebb hódolat és hála érzelmeit tolmácsolta. Magasztalásokkal halmozta el a király atyai jóakaratát és áldozatkész buzgalmát, melyet trónralépte óta tanusított, hogy az egyenetlenségeket megszüntesse, az országot külső ellenségeinek támadásai ellen megoltalmazza, és régi épségébe visszahelyezze. Különös elismeréssel szól a király elhatározásáról, hogy nem csüggedve az utolsó hadjárat szerencsétlen kimenetele után, újra a német birodalomba és örökös tartományaiba utazik, azok fejedelmei- és rendeitől segélyt eszközlendő. A magyar rendek, — úgy mond — fejedelmük példáján fellelkesülve, maguk is mindent megtettek, hogy vele, őseik véré által szerzett hazájuk és szabadságuk megmentésében, közreműködjenek. Erről tanúskodnak végzéseik, melyeknek megerősítéséért esedeznek. „Legyen felséged meggyőződve, — így fejezte be szónoklatát — és győzze meg a római szent birodalom s a kereszténység egyéb fejedelmeit, hogy magyarországi hű alattvalói, bár számos veszélyek által környezvék, bár erőik megfogytak, sőt

ritava esser condennato overo absoluto, si facesse, peroselli e fatto intendere in nel Castello di Cittanuova, dove sta, se le basta quindici giorni ad iustificar le cose sue, che sarà espedito, et quando che non, che si soprassederà alla ritornata di Sua Maestà da Norinberga; soprp di che non ha dato ancora resposta. Impero non credo, si potra espedire in cosi poco tempo innanzi, che Sua Maestà vada ala Dieta. Questa instantia si fa cosi exactamente dalli Unghari, perche dicono, che Sua Maestà, cinque anni fa, tiene nel castello di Inspruck un altro nobile Ungaro, senza esser ne condennato ne assoluto, di che possono tutti li nobili haver timore, non li intravenga, desegnando forte Sua Maestà debilitar quel Regno delli capi. Et questa e la potissima causa, che non sono comparsi molti delli piu principali alla Dieta.“ Eredetije a nápolyi Farnese levéltárban.

[1]) E napról van keltezve a törvénykönyv. És a pápai nuntius is írja november 28-án: „Giovedi proximo passato (23) li Ungari absolverano la loro Dieta.“

[2]) Báró Walpurg Bécsből november 25-én írja: „In Vienna non ho trovato la Maestà del Re, ne Mgr Verallo Nuntio, sono andati alla Dieta Ungaresca de Posonia.“

úgy szólván végkép kimerültek: mégis őseik példájára, erős lélekkel el vannak határozva, minden körülmények között, mind végig felséged mellett maradni, és erejük fogytáig mindent megtenni, hogy maguktól és a szomszéd népektől a vad ellenség zsarnok igáját távol tartsák.“ [1])

A király sietett az országgyűlés végzéseit, melyek teljesen kielégítették, megerősíteni; mire más nap, november 24-én visszatért Bécsbe. [2]) A rendek is, miután a nürnbergi birodalmi gyűléshez és a császárhoz segélytkérő leveleket írtak, s az utóbbi átnyujtásával *Adurno Jeromos* egri prépostot Spanyolországba küldötték, [3]) november végén szintén elégülten távoztak.

Elégületlenek az országgyűlés végzéseivel csak a királyi városok polgárai valának, kik, mint a nemesi birtokok után áhítozók és több nemesek gyilkosai, bélyegeztettek meg. Siettek is a királynak panaszaikat bemutatni, és őt felkérni, adjon nekik alkalmat, hogy magukat ama gyalázatos vád ellen igazolhassák. [4])

[1]) A beszéd szövegét közli *Kovachich*. Vestigia. 661. l. — L. **Irományok.** VI. szám.

[2]) *Verallo* pápai nuntius november 28-iki jelentésében írja: „Giovedi proximo passato li Ungari absolverano la lor dieta, dove si concluse, quanto la Maiestà de Re domandava, et *ancora meglio*, perche Sua Maestà non domando cosa determinata... Di maniera che havuta questa *buona risolutione*, il giorno seguente, che fu venere, dappoi lo haver licentiati li oratori et molti della sua corte, Sua Maestà parti verso Moravia.“

[3]) Ezen levelek nem ismeretesek. Birjuk V. Károlynak Barcelonában 1543. április 10-én, a nürnbergi birodalmi gyűlésnek 1543. április 20-án kelt válaszát. Mindkettőnek eredetije a budai kamarai levéltárban. — L. **Irományok.** VII. és VIII. szám.

[4]) Bártfa, Eperjes, Kis-Szeben és Lőcse városoknak, (1542. végén) dátum nélküli felterjesztése a bécsi titkos levéltárban.

ORSZÁGGYŰLÉSI IRODALMÁNYOK ÉS TÖRVÉNYEK.

I.

1542. Október 8.

Ferdinánd király meghívólevele a pozsonyi országgyűlésre.

Ferdinandus etc. Cum iam ab inicio nihil antiquius duceremus, in hocque omni cura essemus, vt huic Regno nostro Hungarie et patrie vestre aliquis modus tranquilitatis et concordie vestre inueniri posset, id semper faccionum procelle hucusque tanquam vi quadam e manibus excutere videbantur; nunc quandoquidem et Regnum in vnum, et vos in nostram fidelitatem coiisse videmini, et omnium vestrum supplicacione apud nos hijs diebus actum est, vt quamprimum indicta dieta, nobis eciam presentibus, de communi statu Regni tractaretur et concluderetur: benigne et supplicationi vestre et rebus assensi sumus. Sed quoniam omnes fere domini prelati et Barones Regni istius nunc in Regni defensione occupati sunt, si vero primates hinc euocarentur, facile alios quoque vel segnius negocia publica exequi, aut eciam quosque illinc dilabi posse videamus: diem generalis diete festum omnium sanctorum proxime venturum in nostra ciuitate Posoniensi, quae multis de causis alijs commodior videtur constituimus, vbi deo auspicie et nos in persona aderimus, cum dominis Prelatis ac Baronibus et vobiscum vna de hijs tractabimus, que ad defensionem regni huius nostri, patrie vestre pertinebunt, et quomodo hac hyeme tuti esse possitis, et in hostem christiani nominis estate ventura progrediendum sit. Et quia sublato ordine omnia sunt confusa, de officio Palatinatus, alijsque decernemus, legis et equitatis modum statuemus, et quicquid ad tranquilitatem vestram, vnionemque pertinebit, prouidebimus.

Proinde hortamur vos et eciam strictissime committimus, vt ex vobis aliquos, qui etate, consilio et prudentia pociores sunt, pro comitatus illius facultate, ad diem festi omnium sanctorum Posonium, cum plena instruccione et mandato, mittere debeatis, quibuscum de omnibus Regni negocijs tractare et concludere, Palatini Electionem facere nomine vestro possimus.

Dicatores autem et Thezaurarij comitatus illius, qui ad nostra mandata, die Beati Francisci, Strigonij Camerarijs nostris racionem accepti et expensi non dederunt, extra numerum eorum, qui nomine comitatus illius huc venturi sunt, proprijs expensis in hanc dietam Posonium cum eorum tota racione, sub amissione omnium bonorum, racionem sexagesime, vigesime et dice reddituri aduenire tenantur.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban. Teljesen megegyezők ennek szövegével a Pozsony és Sopron városokhoz küldött meghívólevelek, (melyeknek eredeti példányai a nevezett levéltárakban találtatnak) kivéve azt, hogy ezekben az e helyen közölt példány utolsó szakasza hiányzik. Az október 10-én az erdélyi szászok városaihoz és székeihez intézett meghivólevél szövege szintén megegyező a fennebbivel; kivéve azt, hogy az országgyűlés összehívását még azzal is indokolja: „nunc quando quidem regnum in unum, et nos in nostram fidelitatem coijsse videmini." Eredetije az erdélyi szász nemzet levéltárában.)

II.

1542. Október 21.

Ferdinánd királynak a pozsonyi országgyűlésre megjelenő rendek részére kiállított biztosítólevele.

Nos Ferdinandus Divina fauente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archi Dux Austriae etc. Fidelibus nostris et singulis Roverendissimis, Spectabilibus, Magnificis Dominis Praelatis, Baronibus, caeterisque Statibus et Ordinibus Regni nostri Hungariae et Partium ei subjectarum, praesentes nostras, vele arum Transumptum visuris, pariter et lecturis, sa-

lutem, gratiam nostram et omne bonum. Arbitramur vos haud obscuris indiciis atque documentis jam provide perspicere potuisse, quam uniendi et conservandi Regni istius, tum ab interno quam externo communi hoste liberandi cura, studiumque nos in dies magis, magisque solicitos habet. Nam quanto magis periculum illi post occupatam in eo Regiam sedem per Turcos imminere videmus, tanto minus cessandum, quin potius in omnem partem nobis enitendum esse censemus, ut Christiani Principis officio satisfaciamus, illud ipsum Regnum a praesenti ruina calamitateque, quantum quidem in nobis est situm, eripiamus. Et hinc sane factum est, quod Generalem Conventum pro communi Regni Bono ad festum omnium Sanctorum proxime futurum in Civitate nostra Posonii celebrandum superioribus diebus indiximus, cui cum universos et singulos, qui modo Patriae suae salutis studiosi et peramantes sunt, interesse, ac liberis votis Suffragia et Judicia denique recta, Regnoque salutaria afferre vel maxime velimus et cupimus; idcirco vos omnes et quemlibet vestrum clementer requirimus et hortamur, uti ad comitia indicta, ubi nonnisi de Vestra omnium salute libere et sincere agetur et tractabitur, cumulatim venire ne detrectetis aut posthabeatis. Quod si vestrum aliqui sunt, qui forsan propter captivitatem Petri Pereny, aut aliam quamcumque causam perterriti, ad Generalem Diaetam et in praesentiam nostram accedere dubitent aut vereantur, hos sane omnes, cuiuscunque status et conditionis existant, verbo nostro Regio, subque fide publica, per praesentes assecurantes, ab omni prorsus metu, suspicione, dubitationeque liberamus, ita, ut ne minimum quidem periculum aut discrimen vitae aut rerum suarum formidare habentes, tuto, secure et audacter ad proxime futuram Diaetam Generalem, atque adeo in praesentiam nostram venire, et ibi simul cum aliis statibus et Regnicolis libere in commune consulere, agere, tractare et concludere, et inde quandocunque voluerint, una cum suis quibuscunque, salvi, tutique penitus ad propria redire possint et valeant. Nam quod ad Petri Pereny captivitatem attinet, cognoscetis vos omnes utique, quicunque ad Comitia jam dicta accesserint, et semet ipsum illius suae captivitatis causam multo maximam praebuisse, et nos, absque Regni periculo,

salvaque dignitate nostra, haud aliud in hoc praesenti rerum statu Consilium de eo capere potuisse. Datum in Civitate nostra Vienna, die 21. Mensis Octobris, Anno 1542.

(Kiadta: *Kovachich.* Vestigia Comitiorum. 658. l.)

III.

1543. November.

Ferdinánd királynak a pozsonyi országgyűlésen mondott megnyitóbeszéde.

Subditi et filij mei! In quanto periculo sit Regnum Vngariae hodie positum, clarius est id, quam vt ego debeam vobis multis commemorare; tamen credo uos esse viros adeo bonos et recti iudicij, quod bene scitis ista non accidisse ulla culpa mea; nam me ab eo tempore, quo ego suscepi Regni gubernacula per electionem vestram, nihil certe preternisisse, quod pertinuisset ad Regnj vnionem et pacificationem, testes sunt mihi consiliarij mei, qui istis interfuerunt, et credo etiam vos certo scire, quae fuerint illa impedimenta, et qui fuerint illi rerum perturbatores, per quos Regnum in hanc vastitatem deuenit. Nunc ad hoc uentum est, vt vel nobis Buda et Pesstum recuperanda sint, uel omnia reliqua amittenda; ad quod quidem alterum consequendum multis laboribus et corporalibus et spiritualibus conquisiueram exercitum illum, quem hac aestate vidistis sub Buda, qui quem exitum habuerit, nos scitis. Ego quidem profecto libenter personaliter interfuissem isti expeditioni, sed ut recordor me alias fratribus vestris ad me missis dixisse, detinuit me Viennae commoditas vestra, tum pro administrandis exercitui commeatibus, victualibus, caeterisque rebus, tum potissimum aduentus Turcae, quem personaliter uenturum esse circumferebatur; fui hic, ut casu quo sciuissem aduentum Turcae, collectis subito omnium mearum prouintiarum gentibus, potuissem augere exercitum. Equidem per uos nihil defuit, quin omnia bene succesissent, de quo uobis gratias ago et habeo quas debeo, et offero omnem meam Regiam clemen-

tiam, ijsdem vobis, propterea quod vos tam pronos et auidos fuisse intellexi, ad resistendum scilicet hostibus et defendendum patriam. Et ex illis sane, quae hucusque in hoc exercitu acta sunt, serto cognoui, quod si uelimus expeditionem proficuam habere imposterum aduersus talem hostem, necesse erit augmentare exercitum Vngaricum et Italicum, ut tandem etiam exercitus Imperij, qui uenturus est, respectum habeat ad eos; Hispanorum et Italorum conductionem ipse curabo, et pro uirili, et pro facultatibus meis; vos tamen non ignoratis ista maximam vim pecuniarum requirere, in animo autem mihi est, conducere decem vel circiter quindecim millia Hispanorum et Italorum, Vngarorum vero tantum numerum, quantus in Vngaria reperiri poterit, tam peditum quam equitum. Et quia haec, vt dixi, non possunt sine magnis impensis fieri, neque prouinciae meae ad ista omnia onera tolleranda sufficiant: Rogo uos, tanquam bonos et fideles subditos meos, vt consideratis periculis, in quibus iam nunc mecum versamini, considerato amore illo, quem erga me, et liberos meos merito habere vos decet et conuenit, considerato denique, quod quanto ista longius protrahuntur, tanto fiunt periculosiora, velitis inter vos colloqui et mihi tale subsidium in vestrj defensionem offerre, vt et hac Hyeme presidia necessaria possint in locis opportunis et necessarijs collocari et conseruari, et ut ad futurum ver illi, qui inimicis resistere debebunt, conduci possint. Etenim in dieta Nouizoliensi nuper transacta obtulistis satis quidem bonam subsidij partem, tamen quia in multorum manus illa deuenerunt, uidistis quam parum commodi ex illo subsidio consequutum sit. Ideo ego peto a vobis, vt illa subsidia, quae daturi estis, ad manus meas dare curetis, vt ego possim conducere gentes, quas uolo, et quando tempus est ponere in loco, vbi necesse fuerit, et non expectem quoad comitatus uel domini mittant pro eorum arbitrio, quia illa sunt periculosa; nec uos debetis cogitare me pecunias vestras uelle in alios vsus conuertere, qui etiam omnia reliqua in eosdem usus conuerti, nam sicut hactenus ad infinitas meas jmpensas nihil vtilitatis ex Hungaria habui, ita imposterum quoque contentissimus essem me nihil unquam habiturum, quod in alios vsus expendere possem, quandoquidem hoc mihi satis superque videretur,

si tantum possim ex Hungaria habere, quod Hungarie defensioni vtcunque sufficeret. Ego uero desydero, vt omnes nobiles mihi seruiant, et ego ero vobis gratiosus defensor, tam ab internis quam externis inimicis, et ita bene vobis stipendia persolui curábo, sicuti hactenus alij persoluerunt; nec omittam facere in posterum, non parcendo ullis laboribus, omnia ea, quae erunt possibilia ad vestram salutem, dummodo et uos, ut plane spero et confido, vos ipsos iuuare in vestris proprijs necessitatibus non negligatis; ita ut videam vos consotiatis animis serio velle admouere manus ad voluendum hoc saxum. Et quia bene considerare potestis Regni ipsius salutem in duobus ferme consistere: primum in defensione, deinde in administratione Justicie, ego sane in meis haereditarijs prouincijs, id quod uobis auditum et cognitum esse arbitror, ita bene, ita seuere justiciam administrari hactenus curaui, quod nullus ausus fuerit alteri facere iniuriam impune; idem libenter profecto et in Vngaria fecissem, dummodo id hactenus per factiones vestras facere licuisset; quod si uos in posterum mihi assistetis, ego libenter vobis omni loco et tempore justiciam administrari faciam, et idque bene et iuste.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

IV.

1542. November.

Ferdinánd királynak a pozsonyi országgyűléshez intézett előterjesztése.

Propositio coram Statibus Regni Hungarie facienda.

Sacra Regia Maiestas Dominus noster clementissimus non dubitat universos inclyti huius regni sui Hungarie Partiumque ei subjectarum Status atque Ordines, ex Literis Maiestatis sue, super Generalis Diete indictione proxime emanatis, facile intellexisse eos ipsos ad presentem hunc Conventum propterea a Maiestate sua convocatos esse, ut de rebus, tum ad eorum sa-

lutem, tum ad regni defensionem pacificationemque spectantibus nonnisi paterne et clementer cum eis consultaret et tractaret.

Quocirca eorum fidelium regnicolarum suorum, quos ad istiusmodi gratiosam sue Maiestatis evocationem in hac presenti Dieta in tanta frequentia comparuisse videt, morigeram voluntatem et obedientiam, perquam clementi et grato animo suscipit.

Et nisi Maiestas sua persvasum haberet, neminem ferme ex omnibus Regnicolis, tum presentibus, tum etiam absentibus existere, cui non satis superque cognitum et perspectum sit, quantopere Maiestas sua inclyti Regni sui Hungariae, ex quo post luctuosam Serenissimi quondam Regis Ludovici interitum in partes dissectum abijt, saluti et incolumitati, pro suo perpetuo ad communem quietem procurandam studio, consultum et prospectum esse voluerit, et quam propensa voluntate, quantaque cura et sollicitudine eius ipsius Regni accisas debilitatasque res nonnisi immensis laboribus, infinitisque ob id exhaustis sumptibus, in hunc usque diem adjuvare studuerit, non pretermitteret sane ea omnia inpresentiarum coram ipsis aliquanto longius repetere; sed quia facta ipsa pro Maiestate sua loquuntur, ideo in his commemorandis, que toties de paterno suo in eos animo audiverunt et re ipsa senserunt, non visum est Maiestati suc tempus consumere.

Omnes enim Maiestas sua scire abunde satis animadvertereque arbitratur, que hactenus ex huius afflicti Regni controversia, non sine illius gravi iactura, et cum periculo universe reipublice Christiane, incommoda sint sequuta, ac ipsa quoque Maiestas sua eorum commemoratione non potest non dolore atque ingenti commiseratione affici.

Nam certum est ex intestinis istiusmodi dissidijs et dissensionibus huius fortissime bellicosissimique nationis, Regnum ipsum in dies magis magisque debilitatum, Tranquillitatem, libertatem, otium Regnicolarum convulsum, innumeras grassationes, rapinas, cedes, violentias, nobilium oppressiones, pauperum expilationes, bonorum direptiones, et multa alia crudelia et nephanda facinora consequuta, sicque immanibus hostibus viam in Regni pernitiem patefactam fuisse, sicuti Maiestas

sua hec omnia tum alias sepe, tum vel maxime in Dieta Novisoliensi proxime transacta, per suos Legatos et Commissarios, universis Statibus Regni satis diligenter et copiose enumeranda curavit.

Et quia Maiestas sua id semper consideravit, atque adeo reipsa experta est, nihil magis parande in ipso Regno Tranquillitati hactenus obstitisse, quam eorundem Regnicolarum divisionem, mutuasque dissensiones: Maiestas sua per hosce annos Regnum hoc suum unire et amabili concordia conjungere non modo mirabiliter optavit, verum etiam quantum in se fuit, summa ope, omnique contentione elaboravit.

Et hinc sane factum est, quod Maiestas sua nihil prius, neque antiquius habuit, quam communes Status et Regnicolas ad hanc rem tam salutarem in dicto Conventu Novisoliensi cohortari.

In quo quidem Conventu cum vidisset Maiestas sua apud ipsos Regnicolas eius clementem atque piam hortationem et admonitionem magnum momentum ad deponendas eorum simultates habuisse, ibique ab eis multa pro communi bono et ad mutuam concordiam in Regno, charitatemque proximorum conciliandam et stabiliendam unanimiter decreta et constituta fuisse, non potuit de eo non summopere letari, illorumque tam pias et honestas cogitationes et consilia approbare.

Quibus etiam Maiestas suo pro paterna in eos clementia benignas gratias agit, tum quod sese uti fideles ac bonos subditos decet, tam pronos et cupidos ad resistendum communibus hostibus et ad defendendam Patriam suam in hac presenti Expeditione exhibuerunt, tum quod subsidium haud exiguum ad hoc bellum contulerunt et prestiterunt.

Equidem Maiestas sua quantum Exercitum conflaverit hac aestate ad huius Regni defensionem, recuperandaque per Turcas occupata loca, idque nonnisi summis laboribus et impensis incredibilibus, satis utique Statibus ipsis constare putat.

Quod autem non personaliter interfuerit huic Expeditioni Maiestas sua, in causa fuit, quod eam Vienne detinuit partim commoditas Regnicolarum, pro administrandis scilicet Exercitui commeatibus victualibus, ceterisque rebus, partim vero rumor ipse quasi constans de Adventu Turcarum Principis; dis-

sipatus *(sic)* fuit itaque Maiestas sua Vienne eo consilio, ut cum primum intelligeret adventare Turcam, collectis subito omnium regnorum et Provinciarum suarum gentibus, Exercitum augere, illique Tyranno quam validissime occurrere potuisset.

Caeterum, quod Exercitus ille ab obsidione Pestiensi sese retraxerit, et deinde quodam modo dissolutus sit, et si preter expectationem Maiestatis sue et aliorum acciderit, tamen nullam magnopere causam videt Maiestas sua, cur Regnicole ob id multum perturbari debeant, quandoquidem jam quasi hyms ipsa fores pulsare incipiebat, magnaque pars aestatis effluxerat, antequam recte in Hungariam militum copie venissent, et ita satius ipsis Exercitus Ducibus propter anni tempus iudicatum fuit de reducendis et ad Hyberna ponendis militibus cogitare, et licet non omnia, que sperabantur, in hac generali Expeditione hoc anno futura, ob tardiorem nimirum Gentium tot ex locis, tamque longinquis ex regionibus contractorum in unum conventionem et lentiorem denique progressum hac aestate perfici potuerint, attamen hoc pro magno reputari merito debet, quod germanus et externus miles ipsa experientia, utpote rerum magistra, sub hoc statim belli initium edoctus sit, quibus vijs et qua ratione Turcarum conatibus deinceps obviam iri, eorundemque vires conteri possint et debeant, sicque majori profecto studio posthac parabuntur omnia, quecunque usus ipse, exactaque gerendi belli ratio adversus talem hostem et profligandum, et ex regni sede eijciendum commoda et utilia esse svaserit et demonstraverit.

Neque dubitandum est, quin id quod hucusque vel tarditate vel alio quocunque modo hac aestate neglectum est, ad futurum annum totis viribus resarcietur et emendabitur.

Jam vero, quod ad presentem rerum statum attinet, Maiestas sua dictos Ordines et fideles Regnicolas minime latere vult, quod ut primum cognovit dilabi exercitum, non posthabuit cum Generali et supremo Exercitus Capitaneo, ceterisque belli Ducibus et Consiliarijs sedulo diligenterque agere et tractare, quo Principum et Statuum Imperij nomine assentirent et promitterent tantum militum numerum per totam hanc hyemem, una cum Maiestatis sue eiusque Regnorum et Provinciarum suarum auxilio, alere et sustinere, quantus repenti-

nis et subitaneis hostium incursionibus, tutandisque et conservandis potioribus et munitioribus arcibus, finitimisque locis, ac Regni defensioni satis esse videntur; in hoc scilicet, ut ipsi Regnicole tum eo securiores ab imminentibus periculis redderentur, et subsequutura durabilia et ampliora etiam consilia Triennalis Expeditionis aequioribus animis expectari possint. Et id sane Maiestas Regia apud dictum Generalem Exercitus Capitaneum, reliquosque Duces et Consiliarios illi adjunctos, quemadmodum par fuit, facile obtinuit, iamque adeo in hoc tota est, ut tum de necessarijs gentibus tam peditum quam Equitum in Regno isto omnibus in locis, quibus opus erit, distribuendis, tum de presidijs militum hinc inde collocandis celeris et oportuna provisio fiat, prout bona ex parte jam nunc facta est.

Insuper Maiestas Regia non minori etiam cura et sollicitudine apud reliquos Dominiorum et patriarum suarum hereditariarum status quanta maxima potest auxilia et subsidia ad prescriptum finem obtinere, et in omnem utique partem efficere iam nunc contendit et laborat, ut fideles Regnicole sese paratam a Maiestate sua defensionem contra omnem subitaneum hostium impetum iam iam habituram sentiant.

Nihil enim Maiestas sua hoc tempore magis necessarium esse existimat, quam ut interea, quoad generalis expeditio, nunc quidem propter anni tempus intermissa, in manus rursus sumetur et continuabitur, Regni loca ita undiquaque muniantur et gentium presidio provideantur, ut hostium incursiones, quoad eius fieri queat, precaveri et averti possint.

Quo facto Maiestas Sua non dubitat, quin de perducendis commodius et maiori sane cum fructu promissis triennalis Expeditionis auxilijs, tum apud Regna et provintias Maiestati suc, tum apud Sacrum Imperium optime queque rationes et consilia iniri queant, et tali quoque modo futurum sit, quod Maiestas sua, utpote minus metuens discrimen aliquod regnis et prouintijs suis ab hostibus propter istiusmodi provisionem illatum iri, tanto liberius et facilius ad Comitia Imperialia, que quidem ad XIII. diem proxime futuri mensis Decembris Nuremberge inchoabuntur, se se conferre, ibique communes Principes Electores et reliquos Status Imperii, coram nimirum affuturos, su-

per prestandis, subitoque rursus continuandis, eorum omnium unanimi voto et voluntate, promissis auxilijs in generalem istam Expeditionem contra Turcas susceptam, personaliter requirere, et cum eisdem de dictis auxilijs latius et maturius, id quod summa necessitas exposcere videbitur, agere, tractare et constituere, nec non eiusmodi auxilia apud eos firma certaque reddere, et omnes preterea difficultates, que hactenus quoquo modo suborte sunt, penitus tollere et complanare poterit.

Et cum hec Maiestas Regia indubitato futura speret, et tamen non solum Dominia et provincias suas, verum etiam dicti Imperij Status atque Ordines attentis oculis respecturos fore existimet, et quid proceres populique Regni Hungarie, et qui quasi in medio incendio positi de propria sua salute et Patrie defensione longe magis, quam vel proximi et finitimi, vel quivis alij solerti et expositi esse debeant, hoc veluti extremo eorum tempore, supremaque necessitate facere decreverint.

Hinc sane est, quod Maiestas Sua non minus consultum, quam apprime necessarium esse putavit, ante omnia cum Statibus huius Regni sui Hungarie de iis tractare, et quasi initium facere, sicque continuande triennalis expeditionis istius negotium dirigere, ut intellecto eorum animo et proposito, de eo quod ad durabilem illam expeditionem prestare velint et possint, per hoc reliqui Christiani principes, presertim Sacri Imperij et universa Dominia Maiestatis sue tanto magis pro eorum patrie e faucibus Turcarum liberatione certatim praestanda allici et inflammari queant. Nam quanta et qualia sint subsidia ipsi Regnicole Hungarie, ut quorum salus et defensio potissimum agitur, datura, id sane Maiestas Regia in proxime futuro Conventu Imperiali, simul et habendis paulo post ceterorum Regnorum et provinciarum suarum Conventibus aperte demonstrare et declarare oportebit.

Quantopere *(sic)* Maiestas sua omnes et singulos incliti huius Regni sui status inpresentiarum nonnisi paterne requirit, hortatur, admonet atque adeo rogat, ut quid sibi ipsis, quid patrie, quid uxoribus et liberis suis in tanta necessitate, inque tanto rerum et fortunarum suarum discrimine debeant, altius perpendere, eaque cumprimis unanimi voto, sententia et consilio in hac presenti Dieta tractare et prospicere velint.

Primo, quemadmodum ipsorum ope et subsidio ex contributione potissimum accedente, necessarius gentium numerus per hyemale tempus in Hungaria, in locis oportunis, pro avertendis quibuscunque periculis et incursionibus usque futuram generalem expeditionem ali sustinerique possit et debeat.

Secundo, ut ad generalem Expeditionem simili modo inter se de maioribus quibus possunt auxilijs praestandis agant et concludant.

Tertio, ut de universali unione et concordia inter eos firmiter constituenda, quodcunque opus et expediens esse videbitur, et quibus denique vijs atque modis magis oportunis Constitutiones et publica Decreta in Dieta Novisoliensi, superioribus mensibus communibus omnium suffragijs conclusa et promulgata in effectum perduci ac debite exequutioni demandari possint, exacte et syncere consultent et deliberent; quandoquidem Maiestas sua ut ex Regnicolarum unione certam salutem et defensionem ipsi Regno facile parari posse confidit, ita quoque huius tam pij et frugiferi operis promovendi causa non intermisit jam dudum de certis pactis concordie, deque uniendo regno cum Serenissima Domina Isabella Regina Hungarie vidua, eiusque primarijs Consiliarijs agere et tractare, illosque Tractatus eo jam nunc perduxit, non sine magno preiuditio et incommodo suo, quod tamen publice utilitatis respectu facile negligendum putavit, ut de unione Regni propediem consequutura vix amplius dubitari possit aut debeat.

Et quia in dicta Dieta Novisoliensi non modo de Restitucione bonorum vel violenter occupatorum vel indebite ablatorum, verum etiam de administranda Justitia, exercendis sine intermissione Juditijs, deque actibus potentiarijs, domorum invasionibus, Damnorum illationibus, hominum interemptionibus, et alijs quibuscunque scelerum et flagitiorum generibus jure mediante puniendis, nec non de oppressionibus Nobilium, Colonorum et alterius cuiusvis Status et conditionis hominum, item spolijs, depredationibus etc. arcendis et castigandis, pro communi Regni quiete et tranquillitate laudabile decretum factum fuit; ideo Maiestas sua omnino intendit hac via et ratione tum istiusmodi exstirpandis violentijs, grassationibus, rectificandisque quorumcumque gravaminibus ac mutuis in-

jurijs, hostilitatibusque compescendis, unde nihil aliud quam Regni pernities et destructio, nec non membrorum illius diminutio, summaque dilaniatio hactenus emanavit, adhibita omni seueritate mederi, tum restituendis bonis tam Ecclesiasticis quam Secularibus ijs, ad quos jure pertinere recognitum fuerit, debitam jam tandem curam operamque adhibere.

Credibile enim est ex licentia et impunitate talium facinorum et rapinarum maiorem tam preteritorum quam presentium malorum et calamitatum partem ab irato Deo nobis huicque Regno immissam esse. Quod si ista tollantur, facile tunc sperari posset, quod pius et benignus Deus, pro immensa sua misericordia, susceptam et intentatam in nos iram suam remissurus, et resipiscenti populo suo propitius futurus, illique victoriam jam tandem contra perpetuos nominis religionisque sue hostes clementer daturus sit.

Quare super premissis omnibus, idque genus alijs ad tranquillitatem et pacificationem Regni, ipsorumque unionem et concordiam pertinentibus, Maiestas sua ipsos Status sedulo consultare et in ijsdem publicam Regni utilitatem, absque aliquo privati commodi et personarum respectu, fideliter consyderare et perpendere, simul et hoc ab eis diligenter provideri et ordinari vult cupitque, ut ne vel circa subsidium in alendos presente hyeme gentes conferendum, vel etiam in contributione pro futura durabili expeditione facienda, totum onus communibus Nobilium Statibus et promiscue populi multitudini solum imponatur, quin potius omnibus ordinibus ex aequo, et pro uniuscujusque facultate et fortunis ferendum imponatur. Et in summa, ut talis modus et ratio ineatur, per quam debita exequutio, quoad premissa, cum effectu sequatur. Nam Maiestas sua ex re et utilitate tum Maiestatis sue, eiusque Dominiorum, tum vel maxime Hungarie regni futurum esse omnino credit, ut in hac re Maiestas sua certissima documenta aut efficatia potius fundamenta de eo, quod ipsi Status Hungarie praestare velle decreverint ad Comitia Imperialia proxime futura secum afferat, sicque Imperii Principibus et Ordinibus ea, que facturi sint, exponere possit. Quandoquidem compertum habet Maiestas sua, dicti Imperii Status nonnisi diligentem et curiosam inquisitionem habuisse

super eo, num scilicet Maiestas sua eiusque Regna et Dominia in prestandis eorum auxilijs eo modo, quo ab eis promissum fuit, satisfacere curassent. Et nisi Maiestas sua, simul cum Regnis et Dominijs suis ea, que circa generalem Expeditionem tam suo, quam Regnorum et Provintiarum suarum nomine recepit, ita bene et integre prestitisset, procul dubio plurima maximaque impedimenta et difficultates non solum proxima estate in procuranda suscepte expeditionis progressu sensisset, verum etiam longe magis deinceps in futuro Conventu Imperiali sibi ex omni parte objectum iri timendos haberet. At vero Maiestas Regia eiusmodi difficultates tali modo precauere, talemque prouisionem facere studuit, quod Maiestati sue nulla penitus culpa vel commisse negligentie aut cessationis, vel non prestiti auxilij, prout promiserat, imputari sive impingi possit.

Porro, ex quo dicti Status Hungarie non ignorant, se se externorum auxilijs et subsidijs ad debellandum tantum hostem adeo opus habere, ut sine ijs neque ipsorum potentia neque Maiestatis sue, eiusque prouinciarum vires in unum collate satis esse videantur, par et equum fore censet eadem Maiestas sua, ut ipsi tanto magis se se ad expeditionem illam, nonnisi pro salute et defensione eorum, tot tantisque impensis et contributionibus susceptam, parent et accingant, ne videantur in proprio ipsorum periculo cessasse aut reliquis inferiores fuisse.

Decrevit autem Maiestas Regia ipsorum Nobilium opera in Hungaria pre ceteris uti, eosque ad stipendia sua in maximo quo posset numero conducere et recipere, illisque salaria nonnisi optime persolvere curare. Nam illos ceteris Nationibus presertim equitatu prestare, et in hoc militandi genere, quo adversus Turcas longo usu et asvefactione exercitatissimi sunt, plurimum valere satis compertum habet, tum etiam non ignorat illos in presenti expeditione se se strenue fortiterque gessisse, quo nomine eos de tam fidelibus ipsorum servitijs, factisque preclaris et animosis plurimum collaudat.

Porro, licet in Dieta Novisoliensi nuper transacta non parva subsidia a communibus Statibus oblata fuerint, tamen ex quo illa in multorum manus devenerunt, videre potuerunt

Status ipsi, quam parum commodi inde profectum sit. Et ideo Maiestas Regia consultius esse putat, ut communes Status talem ordinem instituant circa contributionem subsidij, ut ea pecunia tota ad unius manus, omnium suffragijs ad hoc eligendi, detur et consignetur eo modo, ut per eum, cum prescitu et voluntate Maiestatis Regie, ad intertentionem Gentium, quas Maiestas sua ex Hungarorum militia conducere intendit, erogetur.

Quod superest, Maiestas Regia dictis Statibus huius incliti Regni sni se talem de eis et eorum salutem curam gerere velle certo promittit, qualem pius et christianus Rex atque Princeps erga fideles populos ac subditos suos omni tempore gerere debet, nullis utique vel sumptibus, vel laboribus parsura, quo ipsorum votis et desyderio, in defendendo et liberando hoc Regno suo a miserabili Turcarum seruitute, satisfacere possit. Id quod sibi de clementi et paterno Maiestatis sue erga eos animo et propensissimis studijs penitus persuadere debent.

Denique, Maiestas sua non omittet et Sanctissimum Dominum nostrum, et Sacram Cesaream et Catholicam Maiestatem, et ceteros externos Principes ac potentatus, majori quo potest studio, sollicitare et urgere, uti suam quoque opem et auxilium ad hanc expeditionem conferant; atque adeo ex re fore Maiestas sua existimat, ut ipsi Status et Ordines aliquot Legatos et Oratores eadem causa tum ad Sacri Imperii Principes et Status, tum etiam ad Summum Pontificem mittere curent, qui una cum Maiestate sua promovende Generalis et Triennalis expeditionis negotium sedulo agant. Quod ut fiat, Maiestas sua omnem operam studiumque majorem in modum se adhibituram, atque adeo omnes cogitatus, consilia et actiones eo directuram esse identidem pollicetur.

(Ezen királyi előterjesztésnek a bécsi titkos levéltárban két egymástól eltérő eredeti fogalmazata találtatik. Hogy az itt közlött küldetett vala el, jelezi az élén látható „Ex.“ — (azaz „Expediatur“) jegy.)

V.

1543. November 9.

A pozsonyi országgyűlésen alkotott törvényczikkek.

Constitutiones Conventus Posoniensis, pro festo Omnium Sanctorum, Anno Domini M. D. XLII. celebrati.

Articulus I.

Imprimis decretum est, ut ea omnia bona et iura possessionaria, per hos annos indebite occupata, quae videlicet iuxta Constitucionem Nouisoliensem Dominis eorum legittimis nondum sunt restituta, vel fortassis aliqua eorum, postequam illis, ad quos pertinebant, redditae fuerant, rursum occupata sunt, Comites Comitatum illorum, in quibus huiusmodi bona habentur, ad literas Vicecomitum ac Judicum et vniversitatum Nobilium, iuxta formam praemissae constitucionis Nouisoliensis datas vel dandas, sub poena amissionis officiorum suorum, illis, ad quos legitime pertinere dignoscuntur, reddere et restituere teneantur.

Articulus II.

Si uero Comites ipsi ad huiusmodi bonorum restitutionem insufficientes aut negligentes forent, vel aut ipsimet Comites bona quaepiam aliena detinerent, Capitanei regni, vel alter eorum, juxta Constitutionem Nouisoliensem requisiti, executionem faciant. [1])

---

[1]) Több XVI. századbeli kézirati törvény-gyűjteményben, milyen a Bártfa város levéltárában létező, melyről *Kovachich* (Supplementum. III. 184. l.) és a *Nemzeti Muzeum* kézirattárában létező (nro 517. folio latin) a fennebbi czikk után a következő pontot találjuk, mely a törvénykönyv 1584-ik évi nagyszombati kiadásának szerkesztője által kihagyatott:

„Et quia Magnificus Dominus Andreas de Bathor Capitaneus Regni restitutioni bonorum huiusmodi in omnibus regni partibus

Articulus III.

In eos autem omnes, qui publico Decreto Nouizoliensi temere rebellare ausi sunt, vigore eiusdem Decreti Nouizoliensis animaduertatur.

Articulus IV.

Quia vero post obitum praefati quondam domini Ludouici regis non solum castellorum ac ciuitatum, oppidorum, villarum et praediorum, sed etiam terrarum arabilium, pratorum, syluarum, piscinarum, et metarum occupationes factae sunt; ob hoc statutum est, ut huiusmodi quoque terrarum arabilium, pratorum, syluarum, piscinarum et metarum occupationes, habita superinde per Vicecomites et Judices Nobilium talium comitatuum, vbi huiusmodi occupationes factae existunt, a vicinis et commetanejs, Nobilibusque et Ignobilibus conprouincialibus eorundem locorum legitima inquisitione, easdem terras, prata, syluas, piscinas et metas occupatas ijdem Vicecomites et Judices Nobilium spoliatis restituere debeant et teneantur, contradictione et inhibitione non obstante. Si vero occupatores ijdem huiusmodi restitutioni temere contrauenire praesumerent, extunc Capitanei praescripti contra eos, tamquam infideles, vigore praescriptorum articulorum Nouizoliensium, procedant.

commode vacare nequaquam poterit, eo quod defensionis regni quoque, ex officio sibi etiam alioqui per regiam Maiestatem iniuncto, contra Thurcas inuigilare debebit. Ideo regia Maiestas, ex consilio statuum et ordinum Regni, dignetur ex nunc eligere et adiungere illi collegam quempiam idoneum, qui coram statibus et ordinibus regni in praesenti dieta ad ea omnia, quae in articulis constitutionis Nouizoliensis continentur, juxta modum et formam in eisdem articulis expressam, probe et fideliter exequenda solemniter juret; recenti enim hac constitutione ijdem status et ordines regni maturo consilio decernunt, constitutionem ipsam Nouizoliensem exequutioni demandandam."

Általán, a múzeumi kéziratnak, mely 1572-ben iratott, szövege sokféle eltéréseket tüntet fel a nagyszombati kiadás szövegétől. Én csak a lényegeseket és azokat fogom kiemelni, melyekre nézve a nagyszombati kiadás *hibásnak* tekinthető.

Articulus V.

De caetero autem, si qui nouas bonorum et quorumcunque jurium possessionarium occupationes, metarumque distractiones facere praesumerent, Comites vel Vicecomites et Judices Nobilium, scita prius mera rei veritate, occupatores ipsos de dominio talium bonorum nouiter occupatorum eijciant, et spoliatos in integrum restituant, neque patiantur tales violentos intra anni reuolutionem possessionem talium bonorum impune continuare, sub poena amissionis officiorum suorum. Si autem ad hoc Comites vel Vicecomites aliqui insufficientes forent, Capitanei per eos requisiti, omni auxilio illis assistere teneantur. Causae item reambulationis metarum motae vel mouendae, instar aliarum causarum, quae ex decreto Nouizoliensi adiudicari debent, pro quintodecimo die judicentur.

Articulus VI.

Regia Maiestas castra Lipche, Vigles et Dobrauina, juxta constitutionem Nouizoliensem, ad quos jure pertinent, iam tandem restituere dignetur, nec patiatur ulterius differre eorum restitutionem, sub conditione restitutionis castrorum dotalitiorum Serenissimae dominae Mariae Reginae, in ipsa Regni diuisione ab eius Reginali Maiestate tanquam [1]) alienatorum; quin potius eadem quoque bona suae Reginalis Maiestatis, eadem Maiestas Regia, virtute Decreti Nouizoliensis restituenda curare dignetur.

Articulus VII.

In serie constitutionis Nouizoliensis expressum est, vt bona rebellium per auctionem vendantur. Verum quoniam nemo est ad huiusmodi auctionem faciendam specialiter designatus; propterea statutum est, vt Camerarij Regiae Maiestatis, pariter et infranominati duo in Consilium Camerae regiae electi, simul atque per eos, qui hactenus bonis suis spoliati manserunt, literis vicecomitum ac Judicum et vniuersitatum Nobilium, iuxta ipsam Constitutionem Nouizoliensem datis vel dandis, requisiti fuerint, bona dictorum rebellium per ipsam

[1]) Az idézett kéziratban, kétségkivül helyesebben, áll: „*vtcunque.*"

auctionem vendant, et de pecunia exinde collecta eos, quos per tot annos suis bonis iustis ac prouentibus rebelles ipsi indebite spoliare ausi sunt, secundum conscientiosam limitationem Vicecomitum et Judicum Nobilium eorundem Comitatuum, in quibus talia bona occupata existunt, ijdem Camerarij simul et duo illi electi, literis ipsorum Vicecomitum et Judicum Nobilium requisiti, de dampnis acceptis contentos reddant, residuum vero ad publicam Regni defensionem, aliasque publicas Regni necessitates impendant.

Articulus VIII.

Cum autem ad ipsam executionem articulorum constitutionis Nouizoliensis, tum pro solutione Capitaneorum, pariter et aliorum iusticiae administratorum, et etiam aliorum omnium, quibus Regia Maiestas Regni huius administrationem in sua absentia committet, necessaria prouisione, tum pro defensione particulari contra Thurcas, pecunia opus sit. Ideo Status et Ordines Regni offerunt Regiae Maiestati subsidium floreni vnius, de singulis portis colonorum, iuxta fidelem connumerationem, quae per Dicatores Regios fieri debebit, de bonis omnium, tam scilicet Dominorum, quam Nobilium et aliorum quorumuis possessionatorum, non obstante quacunque exemptione, vbique fideliter exigendum, et ad Cameram Regiae Maiestatis ad proximum festum Purificationis Beatae virginis Mariae, citra vlteriorem dilacionem administrandum; ita tamen, vt pauperes coloni, res et bona in valore trium florenorum non habentes, connumerari non debeant [1]); in eos autem, qui false jurasse comperti fuerint, per eorum dominos terrestres animadvertatur.

Articulus IX.

Decretum est item, vt hi omnes coloni, qui taxabuntur, iuxta suam quisque facultatem, oblatum hoc subsidium, iuxta eandem iudicum et iuratorum seu villicorum conscientiosam limitationem, soluere teneantur.

---

[1]) Az idézett múzeumi késiratban ezután következik : „*Nichilominus pro sua quisque facultate, eos qui dicabuntur, juxta conscientiosam limitationem Judicum et Juratorum, vbique debebit jurare.*“

Articulus X.

In administratione autem contributionis huiusmodi, Comites Comitatuum, sub amissione officiorum, eam debebunt adhibere diligenciam, ne quid vsque prescriptum festum Purificationis Mariae, in aliquo Comitatu ex eadem contributione insolutum manere contingat.

Articulus XI.

Et quia contributio ista floreni vnius ad praescriptas regni necessitates, vsque tempus generalis expeditionis minus sufficiens videtur; Proinde decretum est, vt et dimidietatem Sexagesimae, iuxta constitutionem Nouizoliensem, quisque tam dominorum quam Nobilium et aliorum quorumcumque possessionatorum, simul cum pecunia eiusdem contributionis floreni vnius, ad dictum festum Purificationis Mariae ad Cameram regiam administrandae, ad manus Dicatorum Regiorum dare debeat et teneatur.

Articulus XII.

Pro futura autem generali expeditione iterum subsidium vnius floreni, iuxta connumerationem praesentis Contributionis, de singulis portis omnium colonorum, tam scilicet dominorum quam Nobilium et aliorum, soluantur simul cum altera dimidietate Sexagesimae.

Articulus XIII.

Contributionem autem hanc dicti Comites ad proximum festum Beati Georgij Martyris ex omnibus Comitatibus ad Cameram Regiae Maiestatis, poena sub praemissa, administrare teneantur.

Articulus XIV.

In istis autem contributionibus etiam liberi molendinatorum [1]), serui et mercenarii, in serie pagorum et villarum domos habentes, exempti esse non debent.

[1]) Az idézett kéziratban, kétségkivül helyesebben, áll: „*libertini* et *molendinatores*.“

Articulus XV.

Nobiles vnius sessionis de qualibet integra sessione ad futuram generalem expeditionem, ratione Sexagesimae denarios quinquaginta contribuere, et ad manus Vicecomitum tempestiue dare teneantur; ita, ut Vicecomites ipsi quoque hanc contributionem ad praescriptum festum Beati Georgij Martyris ad Cameram Regiam administrare possint.

Articulus XVI.

Et quoniam ex praescripta contributione proxima floreni vnius, iudicibus quoque et iusticiae administratoribus Maiestas Regia necessario prouidere debebit, aliae vero contributiones ad generalem expeditionem erogandae sunt. Ne igitur pecuniae contributionum earundem in solutionem quorumcunque antiquorum debitorum, vel in alios quoscunque priuatos vsus conuertantur: Status et Ordines Regni duos probatae fidei homines, alterum de numero dominorum, alterum vero ex ordine Nobilium deligere constituerunt, quos supplicant, vt Regia Maiestas dignetur admittere in consilium Camerae suae Regiae, in eum finem, ne patiantur huiusmodi contributionem, contra praesentem constitutionem, in alios quospiam priuatos vsus conuertere, et ut tandem una cum Camerarijs Regiae Maiestatis, in Dieta, quae post hanc de edicto Regio prima celebrabitur, eius Maiestati Regiae, coram Statibus et Ordinibus regni, accepti et expensi rationem reddant.

Articulus XVII.

A Dicatoribus autem et Thesaurarijs Comitatuum Maiestas sua Regia per Camerarios suos super dispensatione praeteritae contributionis, pro octauo die festi Epiphaniarum Domini proxime futuri, citra vlteriorem dilationem, rationem exigere valeat, et si quid vltra conseruationem gentium per ipsos dissipatum, vel per quoscunque violentos leuatum, vel alioqui residuum quippiam compertum fuerit, id totum sua Maiestas quamprimum exigat, et ad futuram generalem expeditionem conuertat, tandemque ipsi Camerarij ipsius Regiae Maiestatis in futura Dieta superinde Maiestati suae, coram Statibus

Regni rationem reddant; demptis tamen necessarijs expensis Comitatuum, siue ad legationes, siue ad alios quoscunque publicos vsus necessarios, qui post Dietam Nouizoliensem emersisse dinoscuntur, de voluntate ipsorum Comitatuum erogatis.

Articulus XVIII.

Ex hac autem ratione Camerarij ipsi, intellecta summa pecuniae, quae tam ex Dica praeterita vnius floreni, quam ex Sexagesima, Vigesimaque prouenire debuisset, eandem pecuniae summam, cum Regesto super lustratione equitum Dominorum et Nobilium ae aliorum possessionatorum, per egregium Franciscum de Kis Serien Magistrum Computorum Regiae Maiestatis confecto, diligenter conferant, subindeque exactius cognoscant, an Domini Praelati, Barones et Comitatus gentes suas in expeditione praeterita iuste vel iniuste tenuerint. Et si qui comperti fuerint gentes suas minus iuste tenuisse, eam pecuniam, quae ad id erogari debuisset, Regia Maiestas ab eis exigat, et ad publicam Regni necessitatem conuertat.

Articulus XIX.

Ad ipsam autem generalem expeditionem domini vtriusque ordinis et Nobiles colonos habentes, cum suis equitibus, quos ratione vigesimae colonorum, iuxta constitutionem Nouizoliensem alere debent, penes personam Regiae Maiestatis, armis et equis bene instructi, sub poena generalis Decreti personaliter proficisci debebunt; ita tamen, ne sicut aestate proxima contigit, intempestiue ad descendendum in campum compellantur et per hoc ne sumptibus inutilibus grauentur.

Articulus XX.

In quacunque autem domo plures fratres indiuisi sunt, nisi valetudinarij ac senio confecti fuerint, hi qui ad bellum tum aetate tum viribus magis idonei fuerint, poena sub praemissa, eo proficiscantur.

Articulus XXI.

Cum autem in quibusdam Comitatibus partium regni superiorum sint adhuc aliquae grauis armaturae equitum reli-

quae; propterea decretum est, vt unus eques grauis armaturae, et equo bene instructus, juxta antiqua Regni Decreta, a triginta sex colonis, ad ipsam generalem expeditionem mittatur.

Articulus XXII.

Domini et Nobiles, qui in stipendio Regiae Maiestatis ac dominorum Praelatorum, Baronum Procerumque ac aliorum Statuum Regni fuerint, quique in castris, seu castellis atque fortalicijs, pro eorum custodia et etiam pro decore vniuscuiusque familiae domesticae domi relinquentur, pro personis suis singulos equites bene armatos, ad futuram expeditionem generalem in medium illius Comitatus, vbi specialem habent residenciam, simul cum equitibus, ratione vigesimae conducere mittereque teneantur.

Articulus XXIII.

Pro custodia castrorum, in singulis castris, non plures quam castellanus vnus, prouisor item vnus, et iuxta conditionem familiarium, siue pro Magistro Curiae, siue pro alijs quibuspiam negotijs domesticis, ad arcium conseruationem necessarijs, iterum vnus Nobilis domi relinquatur, nisi si manifestissima et vrgentissima necessitas in locis, quae hostibus tam externis quam domesticis viciniora sunt, plures fortassis alicubi relinquere cogeret.

Articulus XXIV.

In singulis autem Comitatibus, iuxta illorum quantitatem, duo vel tres Nobiles, cum Judicibus Nobilium, victualium ad castra administrandorum, aliorumque negotiorum Comitatus dirigendorum causa, et non plures, domi relinquantur; tamen et ipsi Nobiles et Judices Nobilium in Comitatibus relicti, pro personis suis et vigesima colonorum ad expeditionem mittere debeant.

Articulus XXV.

Nobiles vero unius sessionis de singulis quinque sessionibus, seu curijs Nobilitaribus integris, una cum caeteris Nobilibus, unum equitem bene armatum ad ipsam expeditionem generalem mittere teneantur: ita tamen, quod Vicecomites et

Judices Nobilium in omnibus Comitatibus, facta iusta limitatione, pauperes cum ditioribus coniungant, et iuxta vniuscunque facultatem, pro solutione huiusmodi equitum contributionem decernant.

Articulus XXVI.

Domini Praelati, Abbates, Praepositi, Capitula, Conuentus, ratione decimarum, bonorumque et personarum suarum, pro futura generali expeditione, ea onera, quae in constitutione Nouizoliensi expressa sunt, subire debeant.

Articulus XXVII.

Priuatarum vero Ecclesiarum plebani, altarium et capellarum rectores et aliae personae Ecclesiasticae, decimam partem prouentuum suorum ad ipsam generalem expeditionem contribuere debeant.[1]) Ad taxationem autem huiusmodi contributionis in singulis comitatibus Ecclesiasticus quispiam per Prelatum Dioecesanum eligatur, et Dicatori Regiae Maiestatis adiungatur. Qui quidem Ecclesiasticus, Regio Dicatore praesente, vnamquamque personam Ecclesiasticam taxandam, ad conscientiae suae puritatem, de quantitate facultatis suae diligenter interroget, interrogatumque tandem Dicator ipse Regius fideliter taxare debebit.

Articulus XXVIII.

Quantum vero ad iusticiae, aliasque Regni administrationes attinet, summe necessarium esset eligere Palatinum; id tamen cum in praesentia vel ex eo commode fieri nequeat, quod in Comitijs generalibus et non in particularibus, per suffragia omnium Statuum et Ordinum Regni Palatinus eligi solet. Statutum est, vt exnunc per suffragia omnium Statuum et Ordinum Regni, eligat Maiestas regia idoneum quempiam iudicem causarum, quae in praesentia Palatinali verti consueuerunt. Qui quidem iudex suum habeat vicegerentem et Protonotarium.

[1]) Ezen pont az idézett múzeumi kéziratban lényegesen eltér, s így hangzik: „Priuatarum vero Ecclesiarum Plebani, Altarium et Capellarum Rectores, et aliae personae Ecclesiasticae beneficia non habentes, decimam partem pecuniarum, rerum item aurearum et argentearum, aliarumque rerum et bonorum mobilium omnium ad ipsam generalem expeditionem contribuere debeant.“

Articulus XXIX.

Eligantur item et Protonotarii personalis praesentiae Regiae Maiestatis, eligatur et Director causarum Regalium, eligantur denique Assessores duodecim iurisperiti, quorum pars dimidia tam in consilio Regiae Maiestatis, quam in iudiciis continue intersit.

Articulus XXX.

Item, dignetur Regia Maiestas in absencia sua domino Locumtenenti adiungere ex ordine dominorum Praelatorum quattuor, totidem etiam ex ordine Baronum, quorum consilio ipse dominus Locumtenens in omni administratione vtatur, hic Posonij continue residendo; quorum similiter pars dimidia semper penes ipsum dominum Locumtenentem maneat.

Articulus XXXI.

Judicia autem omnium causarum et negociorum, quae in constitutione Nouizoliensi continentur, aliaque omnia violentiarum et quorumlibet malorum genera, quae hisce disturbiorum temporibus per eos, qui eundem Regem et Principem recognouerunt, inuicem patrata sunt, octauo die Epiphaniarum Domini hic Posonij inchoentur, et semper absque intermissione celebrentur.

Articulus XXXII.

Cautum est autem specialiter, ne cuipiam prorogationes Regiae, aut eius Maiestatis Locumtenentis in huiusmodi iudicijs obseruentur.

Articulus XXXIII.

Et quia Ciuitates Regiae, per hos annos, ad obtinendas possessiones Nobilium vehementer aspirare caeperunt, et ob id plerosque Nobiles miserabiliter occidisse, tandemque bona eorundem quocunque titulo a Regia Maiestate suae communitati impetrasse accusantur, in apertum praeiudicium sacrae Coronae Regni, eo quod huiusmodi bona communitati donata, cum haeredes eorum nunquam deficiant, ad fiscum Regium

nullo vnquam tempore deuoluantur. Vnde manifeste constat, numerum quoque militarium hominum, si ea res longius pergat in dies magis magisque diminuendum iri, quemadmodum etiam hactenus non mediocriter diminutus esse dignoscitur. Ideo statutum est, ne de caetero bona aliqua et iura possessionaria ad sacram huius Regni Coronam, consequenterque collationem Regiam quocunque titulo deuoluta, vel deuoluenda, ciuitatibus, oppidis, villis et alijs quibusuis communitatibus conferantur et inscribantur. Ea autem bona et iura possessionaria omnia, quae (vt praemissum est) ciuitatibus et oppidis per hos annos, post interitum dicti domini Ludouici Regis, titulo notae infidelitatis, propter defectionem, adhaesionemque et partialitatem, factionemuc donata sunt et inscripta, per Comites et vniuersitates Nobilium Comitatuum eorum, in quibus talia bona adiacere fuerint comperta, iuxta constitutionem Nouizoliensem, dominis eorum legitimis citra moram restituantur.

Articulus XXXIV.

Donationes autem, quas siue a Regia Maiestate, siue ab alijs dominis [1]) Vngariae regibus, ciuitates et oppida praescriptae suae Reipublicae hactenus iusto aliquo titulo obtinuerunt, suam perpetuam habeant virtutem.

Articulus XXXV.

Bona autem et iura possessionaria ciuitatum et oppidorum, quae ipsi tam ex nostra donatione, quam etiam praedecessorum nostrorum dominorum Hungariae regum, vel alio quocumque titulo possident, a corpore Comitatuum, in quibus adiacere dignoscuntur, nullo vnquam tempore diuellantur atque distrahantur, diuulsa autem et distracta si quae essent, quisque Comitum Parochialium in eo Comitatu, cui praeest, per omnia opportuna remedia restituat, et ad ea onera omnia, quae Comitatibus communia erunt, praesertim vero ad solutionem Lucri Camerae Regiae et aliarum quarumcunque contributionum ac pecuniarum exercitualium, quae in commodum publi-

[1]) A múzeumi kéziratban, kétségkivül helyesebben, áll: „*diuis.*“

cum fieri solent, non obstantibus quibuscunque exemptionibus, eisdem ciuitatibus et oppidis datis vel dandis, solitis grauaminibus semper compellant.

Articulus XXXVI.

Possessiones item, quae per hos annos a corpore Comitatus cuiuspiam per potentiam auulsae sunt et distractae, et alicui Comitatui illis viciniori annexae, Comites talium Comitatuum, sub amissione officiorum suorum, restituere teneantur.

Articulus XXXVII.

Comitatus Hontensis, violentia Comitum suorum partium diuersarum, Francisci videlicet Nyari et Melchioris Balassa, hisce disturbiorum temporibus, in duas partes diuisus fuit. Qui quidem Comites, cum ne modo quidem patiantur Comitatum ipsum in vnionem venire, ita ut administratio eiusdem Comitatus, instar aliorum Comitatuum, in eodem loco sedis Judiciariae fieri posset. Tum igitur ex eo, tum quia ijdem Comites ad rite administrandum Comitatum ipsum nondum iurasse dicuntur, statutum est, vt Comites ipsi, cum hic nunc praesentes sint, aut jurent coram Maiestate Regia, aut officio priuentur, et loco eorum alij substituantur. Qui si jurauerint, Maiestas regia dignetur eis serio committere, sub amissione officij ipsorum, vt Comitatum ipsum citra vllam moram, sublata diuisione, in pristinam vnionem venire, omnemque administrationem in loco solito et antiquo fieri paciantur, et deinceps ab omni tyrannide, quam hactenus eosdem Comites in ipso Comitatu exercuisse ferunt, abstinere debeant; alioqui non secus atque in rebelles, in eosdem Comites animaduertatur.

Articulus XXXVIII.

In alijs etiam omnibus Comitatibus, Comites nondum jurati vsque ad proximum festum Purificationis Mariae Virginis, sub amissione officiorum suorum, coram Regia Maiestate, aut in eius Maiestatis absentia, coram domino Locumtenente iurare teneantur, vel si Comites ipsi, qui scilicet in praesentia absentes sunt, ex temporis iniuria, id minus commodum fore

arbitrarentur, quisque in suo Comitatu, coram vniuersitate Nobilium, in eorum congregacione, in loco sedis Judiciariae, usque praescriptum Purificationis Mariae festum, juxta formam iuramenti, quae in generali decreto expressa est, poena sub praemissa, solemniter jurare debeant.

Articulus XXXIX.

Item, si quae causae differentiaeque, viuente Joanne Rege in eius ditione inter subditos, siue per iuridicum processum, siue per compositionem literarum [1]) finaliter decisae sunt, in suo robore et firmitate maneant.

Articulus XL.

Fassiones itdm, seu inscriptiones, si quas alicui [2]) dominorum aut Nobilium, siue per aliquam violentam coactionem, siue alia quacunque causa illegitima, in praeiudicium filiorum, fratrum et aliorum haeredum suorum, super castris, castellis et alijs quibusuis bonis et iuribus possessionariis, a tempore obitus regis Ludouici fecissent, de jure et de facto irritae sint. De quibus liceat vnicuique in proximis breuibus iudiciis ius suum coram Judicibus Regni ordinariis legitime prosequi.

Articulus XLI.

Item, in Cancellaria Regia literae, quae olim in negotijs publicis expediebantur, nunquam taxabantur; nunc autem his, qui in negotijs publicis, praesertim ex Comitatibus ad Regiam Maiestatem mittuntur, citra scitum et voluntatem Maiestatis eius, non sine graui precio redduntur; id quod Status et Ordines Regni amplius pati minime possunt.

Articulus XLII.

Cum denique publica querela sit, quia in ipsa Cancellaria etiam literae iuridicae vix unquam sine speciali Regiae Maiestatis commissione expediuntur; interdum autem fieri solet, vt

[1]) A múzeumi kéziratban „literarum“ helyett áll: „*legitimam.*“
[2]) A múzeumi kéziratban, kétségkívül helyesebben, áll: „*aliqui.*“

causarum merita, quae nonnisi iuridica, vel ex ipsa supplicantium expositione facile cognosci possent, nisi prius in consilio proponantur et tractentur, literae, vt praemissum est, etiam iuridicae non expediuntur. Proinde publico nomine supplicatur Maiestati vestrae, dignetur idoneum quempiam Cancellarium exnunc deligere, ea authoritate, qua olim Cancellarij Vngariae Regum literas juridicas extra consilium Regium expedire solebant; ne de caetero supplicantes, praecipue autem pauperes, superfluis sumptibus grauentur.

Articulus XLIII.

Quia palam est Magnificum quondam Casparum Ernust de Chakthornya, nullis haeredibus post se relictis, annis superioribus ab hac luce decessisse, vniuersaque castra, castella et bona ac iura ipsius possessionaria ad sacram Regni Vngariae Coronam, consequenterque iam fatum dominum nostrum Regem, absque omni dubio, de iure et de facto deuoluta extitisse; Magnificus vero Petrus Keglewyth, asserens se ipsum per eundem Casparem constitutum esse Testamentarium tutorem filiae suae, Relictae eiusdem Casparis, consequenterque haeredis nascituri, (praetexebat enim Petrus ipse filiam suam a marito praegnantem remansisse) castra eiusdem Casparis Chakthornya et Strigo in Szaladiensi, Szenthgyörgy et castellum Kapronicza in Crisiensi Comitatibus existentia et habita, contra clarissima iura Fisci Regij, sub eodem praetextu, quo filiam grauidam esse fingebat, intercipiendo, donec tempus pariendi aduenisset, in manifestam Regiae Maiestatis iniuriam tenere ausus est. Interim autem sua Regia Maiestas, ne infans aliquis suppositititius nomine haeredis ederetur, aliquot Nobilibus honestisque et fidedignis matronis ad custodiam partus legitime adhibitis, cum id falso praetextu fuisse excogitatum cognouisset, eadem castra et castellum fauorabiliter non semel repetere dignata fuit. Verumtamen Petrus Keglewyth, nulla iusti et honesti, nulla clementiae et fauoris eius Maiestatis habita ratione, ea nequaquam reddere voluit. Deinde memoratam suam filiam Magnifico Ladislao Banffi de Alsolindua nuptui tradendo, semel atque iterum vocatus, sub saluo

conductu, ante aliquot menses, ad Regiam Maiestatem Viennam venit. Vbi coram eius Maiestate in Consilio, praesentibus illic nonnullis dominis Praelatis et Baronibus, Consiliariis Maiestatis suae, eorum omnium, quae in eodem consilio acta sunt testibus locupletissimis, reliqua enim omnia luce meridiana sunt clariora, idem Petrus Keglewyth personaliter comparens, manumque suam pectori suo imponens, ad clementem piamque et paternam suae regiae Maiestatis admonitionem, licet castra et castellum praenominata manibus hominis suae Maiestatis, quem ad id elegerat, pro debito probi seruitoris et subditi, ad fidem suam Christianam reddere et restituere sponte libereque promiserit, suaque Maiestas illa ad manus venerabilis domini Alberti Praepositi, Praefecti Camerae suae Regiae danda et restituenda, in praesentia ipsius Petri Keglewyth commiserit; idem tamen Petrus Keglewyth iuribus sacrae Coronae, et generali constitutioni Nouizoliensi, quae omnia castra, castella ac alia bona et iura possessionaria per hos annos indebite occupata, illis ad quos pertinent, sub nota perpetuae infidelitatis restitui commissa sunt, se temere opponere, pro missionemque suam violare non formidans, praetacta castra Chakthornya, Strigo et Szenthgyörgy et castellum Kaproncza, cum cunctis eorundem pertinentijs ac alijs bonis et iuribus possessionariis, manibus praefati Praepositi tradere et assignare minime voluit, sed ea pro se retinere et conseruare priuata authoritate ausus est. Ne igitur alij quipiam, exemplo eius ducti, maxime pro temporis huius periculosa conditione, similia patrare praesumant, et alioquin, cum eundem Petrum Keglewyth annis superioribus, posteaquam Egregius Stephanus Deeshazi sine haeredibus decessit, castrum Szomszedwara, castella item Sellyen et Stubicza, in Regno Sclauoniae habita, intercepisse, eaque ex eius manibus praefatam Maiestatem regiam vix tandem eripuisse constat: statutum est, quod si idem Petrus Keglewyth castra praescripta et castellum intra spatium duorum mensium, a praesenti die numerando, in reformationem existimationis opinionisque suae, apud bonos quosque viros modo praemisso grauatae, Maiestati suae reddiderit, subindeque Maiestatem Regiam temere laesam reconciliauerit, et post haec omnia praemissa male acta sua diluenda curaue-

rit, bene quidem; alioqui idem Petrus Keglewyth, vigore praesentis Constitutionis nostrae, tanquam notorius infidelis suae Maiestatis et Regni, nota perpetuae infidelitatis et amissione capitis et omnium bonorum suorum exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc, publice et manifeste, de iure et de facto condemnatus sit et proscriptus. Vniuersi item Nobiles seruitores eiusdem Petri Keglewyth, regni huius et partium sibi subiectarum indigenae, statim expleto ipso termino duorum mensium, eundem Petrum Keglewyth, sub poena praemissa notae perpetuae infidelitatis et confiscationis omnium bonorum suorum, relinquere debeant et teneantur.

Articulus XLIV.

Praeterea, quia constat omnibus Statibus Regni, inter alios, Joannem et Raphaelem Podmaniczki, nulla publicae pacis et constitutionis penitus habita ratione, non curato etiam, quod et alias Regnum hoc per communem hostem in vltimum deuenerit excidium, in hanc vsque diem ad fidelitatem et obedientiam suae Maiestatis non accessisse, castra item et castella ac omnia bona et iura possessionaria Ecclesiastica et secularia, per hos annos violenter per eos occupata, remittere non curasse, imo etiam modo continuas Regnicolis violencias et alia mala inferre non cessare. Propterea omnium dominorum Praelatorum et Baronum, coeterorumque Regnicolarum et Statuum consensu decretum est, vt jdem Joannes Raphael Podmaniczki, infra duos menses, a die vltimi diei praesentis Conuentus et constitutionis computando, ad fidelitatem et obedientiam praefatae Maiestatis Regiae accedere, gratiamque regiam pro se impetrare, castra item et castella ac oppida, villas et iura possessionaria Ecclesiarum Dei, nec non vniuersorum dominorum et Regnicolarum, sed et quondam Joannis Regis, quae videlicet per ipsos a manibus subditorum suae Maiestatis intercepta ac violenter ac male occupata sunt, illis quibus adempta sunt, infra id tempus remittere, restituere vel resignare debeant et teneantur. Vbi vero ijdem Joannes et Raphael Podmaniczki, nulla neque fidelitatis Regiae, neque publicae tranquillitatis Regni et constitutionis habita ratione,

castra et castella, bonaque et iura possessionaria praenominata spoliatis restituere, et gratiam regiam pro se impetrare recusarent, extunc ipsi, tanquam notorij infideles Regis exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc, de facto proscripti et condemnati habeantur, vniuersique Nobiles Regnicolae, qui eisdem seruitio obligati sunt, statim elapso illo termino duorum mensium, eosdem Joannem et Raphaelem Podmaniczki, sub poena notae perpetuae infidelitatis, confiscationisque bonorum suorum, relinquere debeant, nec illis amplius seruire praesumant. Si vero ijdem Joannes et Raphael Podmaniczki praesenti constitutioni nostrae paruerint et satisfecerint; extunc Maiestas regia de postulationibus ipsorum, si quas citra praescriptorum bonorum alienorum detentionem habent, instar aliorum fidelium Regnicolarum Maiestatis suae iudicium et iusticiam debitamque satisfactionem administrare facere dignetur.

Articulus XLV.

Cum denique publica quaerela sit, de certis quibusdam Morauis Nobilibus, eos stipendijs praefatorum Joannis et Raphaelis Podmaniczki impune viuere, pecudes et pecora fidelium subditorum Maiestatis eius abigere, interdum furto, interdum vero manu violenta auferre et in Morauiam propellere, et aut pro se retinere, aut alijs palam vendenda curare, interdum vero pro rebus, quae dictis Podmaniczki necessariae sunt, in foris publicis, commutatione facta, dare solere; quod facinus, nisi per primos Marchionatus Morauiae illis admitteretur, subditi Regiae Maiestatis leuioribus damnis per illos alienos afficerentur, eo quod intra Regnum emptores vix habere possent. Caeterum ijdem stipendiarij Podmaniczki eisdem dominis suis, in destructionem subditorum Maiestatis Regiae, stipendijs eorundem Podmaniczki in ipso Marchionatu gentes conducere solent. Et quia ipsi Podmaniczki etiam in Ducatu Silesiae tales stipendiarios habere dicuntur: ideo publico nomine supplicamus, Maiestas Regia dignetur serio committere Capitaneis vtriusque Prouinciae, vt talibus iniurijs et damnis fideles et subditos suae Maiestatis, et alias satis superque afflictos, amplius afficere ne patiantur. Prouideatur etiam per Primores

cum omni seueritate, ne quis de caetero sub eorum stipendio maneat, vel denuo accedat.

Articulus XLVI.

Inscriptiones illas, quas Regia Maiestas super castris, castellis ac cunctis bonis et prouentibus Ecclesiarum Dei ac dominorum per haec tempora fecisset, et iuxta constitutionem Nouizoliensem in propria persona sua reuidere debuisset, prae occupationibus tamen grauiorum negotiorum suae Maiestatis cognoscere hactenus minime licuisset. Eas itaque omnes inscriptiones Maiestas sua domino Locumtenenti et Judicibus Regni ordinarijs, in proximis iudicijs reuidenda et adiudicanda committere dignetur, ne per absentiam suae Maiestatis indecisa maneant.

Articulus XLVII.

Quod Maiestas Regia illa bona et pessessiones, nec non Abbatiam de Borsmonostra, quae in Comitatu Soproniensi et Castriferrei per Germanos occupata et ad castra sua, similiter in eisdem Comitatibus habita, annexa sunt, dominis eorum terrestribus restituere faciat, ac taxas seu contributiones, tam de eisdem bonis occupatis, quam etiam de castris et pertinentijs eorum, de quibus subsidia Regiae Maiestati contributa, vel pecuniae exercituales in medium Comitatuum Regni ab antiquo soluere consueuerunt; specialiter autem de pertinentijs Rohoncz, quae ad Coronam et Jurisdictionem Regni Vngariae iudicialiter pertinere compertae sunt, etiam deinceps in medium eorundem Comitatuum administrare committat. Denique metas quoque Regni Vngariae, per Morauos ac etiam Germanos, circa fluuium Laitha, et alias vbiuis occupatas et distractas rectificari faciat.

Articulus XLVIII.

Status item et Ordines Regni supplicant Regiae Maiestati, Domino eorum clementissimo, tum domini Reuerendissimi Episcopi Jauriensis, tum Petri Bakith, pariter et Relictae ac liberorum quondam Pauli Bakith nomine, dignetur nacta prima occasione, pro arce Sabaria Episcopatus Jauriensis, per

eius Maiestatem Regiam dicto quondam Paulo Bakith et suis praenominatis, titulo pignoris inscripta, de iusta aliqua compensatione prouidere, et per hoc arcem ipsam dicto Episcopatui Jauriensi restituere gratiose.

Articulus XLIX.

Praeterea, cum Status et Ordines Regni intelligant Maiestatem Regiam ex numero Nobilium Regnicolarum maiorem quo poterit numerum ad seruitia et stipendia sua conducere et assumere constituisse. Supplicant Maiestati suae, dignetur hanc gratiosam suae Maiestatis voluntatem in singulis Comitatibus Regni statim publicare, vt eo citius Nobiles ipsi sese appromptare et ad seruitia suae Maiestatis maiori frequentia tempestiue venire possint.

Articulus L.

Item publico nomine supplicant Maiestati Regiae in eo, vt quoniam egregius Martinus Musica, alias Lascanus dictus, Capitaneus arcis Strigoniensis, in seruitijs Regiae Maiestatis, tum in sua Praefectura, tum et dum simplicem duntaxat ageret militem, per hos annos, in hoc Regno Hungariae, praeclara edidit facinora, praecipue autem cum arx Strigoniensis annis superioribus, duce Ludouico Grittj, longa obsidione premeretur, eamque auunculus eiusdem Martini, Thomas Lascanus, tum eiusdem arcis Capitaneus, summa fide et constantia conseruauit, idemque Martinus in eadem obsidione ea omnia boni et strenui militis munia obire non dubitauit, quibus tandem, dicto auunculo in seruitijs Regiae Maiestatis occiso, in eius Praefectura, ex gratia Maiestatis Regiae, succedere meruerit. Eundem igitur Martinum Lascanum, tanquam personam benemeritam, pro suis meritis et virtutibus, bonorum et iurium possessionariorum donatione, in caetum verorum Regni Vngariae Nobilium Maiestas Regia gratiose adsciscere et annumerare dignetur.

Articulus LI.

Regia Maiestas praesidia necessaria, quae ad defensionem Regni conscripta sunt, et qui stipendijs suis non contenti, in

diuersis Comitatibus nonnisi lachrjmis Prouincialium, magna cum licentia impune viuere dicuntur, ad ea loco, quae pro defensione Regni opportuna esse viderentur, citra vllam moram locanda gratiose curare dignetur, et destinare aliquos fidedignos de Curia, ad inquisitionem de damnis illatis faciendam et fideliter conscribendam; quae tandem gratiose solui iubeat, per deductionem stipendiorum earum gentium, quae miseram plebeculam ad extremam inopiam plerisque in locis redegisse dicuntur, ac insuper Capitaneos eorum animadversione dignos poena debita afficere committat. De caetero autem eos, qui defendere Regnum et non quempiam offendere debent, in suos fideles et subditos impune grassari non patiatur, et liceat omnibus tales depredatores de suis bonis repellere. Datum vigesima tertia Nouembris, Posonij, anno Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo secundo.

(*Kiadva:* Decreta, Constitutiones et Articuli Regum inclyti Regni Vngariae Nagyszombat. 1584. 419—431. ll.)

VI.

1542. November.

A pozsonyi országgyűlésnek Ferdinánd királyhoz intézett felirata, melyben az alkotott törvények megerősítését kérelmezi.

Sacratissime Rex, Domine Domine Clementissime!

Perspectum est omnibus Praelatis, Baronibus, caeterisque ordinibus ac statibus Regni Hungariae fidelibus et subditis Majestatis Vestrae, quo studio, quave cura, solicitudine, paternoque prope amore, Majestas Vestra, jam inde ab initio, post luctuosum illum serenissimi quondam Domini Ludovici Regis casum in hunc usque diem, ad defensionem, conservationemque et unionem Regni sui Hungariae, vires animumque suum intenderit, quodque nullis propterea laboribus, nullis periculis aut sumptibus, quantumvis arduis et poene incredibilibus pepercerit, ut Regnum ipsum, tum intestinis discordiis in diversas partes distractum, ad unionem et pacem mutuam redigere,

tum vero ab hostibus communibus ereptam, pristinae restitueret quieti et incolumitati.

Cumque liquido appareat conatus et Consilia Vestrae Majestatis in hunc usque diem non aliorsum sane spectasse, quam ad salutem et conservationem, pacemque perpetuam in Regno, in Regni fidelibus et subditis suis parandam; resque ipsa semper indicaverit privatum commodum, privatumque emolumentum nullum a Maiestate Vestra, his tot tantisque laboribus et sumptibus quaesitam esse: ob hanc Majestatis Vestrae pietatem in se singularem, fideles et subditi sui omnes maximas, quas possunt, gratias eidem agunt atque habent; vicissim, ut decet, cum omni debita submissione et fidelitate, ad omnia Mandata Vestrae Majestatis promptissimos se semper futuros, vitamque suam et liberorum, bona denique, fortunasque omnes in omne tempus eidem accepta relaturos profitentes.

Porro, quod hac aestate, post varias ante susceptas expeditiones, ingenti a Majestate Vestra exercitu comparato, praeter omnium expectationem, res eum sortita sit exitum, quem videre omnibus licuit; ideoque sicut hactenus fecit Majestas Vestra, nihil pro salute et conservatione suorum fidelium praetermittens, rursus ad Imperialia Comitia profectionem parat, simul ad reliqua dominia ac provincias suas, pro confirmanda conclusione ea, quae de triennali subsidio superiori anno cum Majestate Vestra facta est, ut ineunte vere Generalis rursus expeditio capessi, hostiumve consilia praeveniri, et praeterea clades divino auxilio jam tandem reparari queant. Probatur magnopere fidelibus et subditis Majestatis Vestrae hoc consilium et haec ipsius deliberatio, siquidem plane jam omnibus luce clarius liquet, esternis auxiliis ad Hungariam ab imminentibus, et quae circumstant periculis eliberandam imprimis opus esse, quippe hostibus intra Regni viscera jam locatis, variisque rerum successibus majorem in modum elatis, et inexplebili alioqui dominandi cupiditate incensis, ad excidium Hungarorum assidue erectis, intentisque et vigilantibus; Hungaris autem tot tantisque cladibus ac bellis civilibus jam pene confectis, haud quaquam propriis duntaxat viribus, tantam belli molem, tantorumque hostium vim et impetum sustinere valentibus, qui si (quod Deus avertat) externa ope destituti in pote-

statem penitus hostium redigantur, quantum excidium circumvicinis populis atque adeo toti Christianitati redundaturum sit, facile est omnibus jam nunc animo cernere.

Illud etiam apprime necessarium esse ducunt, quod Vestra Maiestas constituit, priusquam ex his locis abeat, finitima loca in Regno ubique necessariis praesidiis firmare, ne qua per hanc hyemem ad devastandam ditionem Vestrae Majestatis hostibus pateat locus, quodque modum etiam atque ordinem constituere decrevit, quo Articuli Nouizolienses executioni demandentur; sic enim sublatis discordiis mutuis, ac discordiarum fomitibus penitus extinctis, futurum haud dubitant, ut Dei optimi maximi in nos ira avertatur, idemque placatus aliquando propitius, jam tandem fidelium suorum caeptis faveat et vota obsecundet.

Quum autem, ut praedictum est, tum priora illa, cum praesentia Majestatis Vestrae consilia, conatusque omnes ad salutem et conservationem nostram, hoc est Hungarorum, imprimis spectent, et ob id deceat, quorum res agitur, praecipue sane eos manibus pedibusque eniti et conari ad quietem suam, hostiumque exterminationem, quo vel sic circumvicini populi et exterae nationes ad deferendam eis opem inflammentur, fideles et subditi Majestatis Vestrae, haec atque alia prae oculis habentes, libertatisque et salutis, sanguine Majorum et virtute partae, apprime cupidi, de Mandato Vestrae Majestatis hunc in locum congregati, in hos Articulos convenerunt, pro tuendis hac hieme finitimis locis Regni, exequendis Decretis Conventus Nouizoliensis, generalique expeditione juvanda, qui cum praesentibus sunt Majestati Vestrae praesentati.

Quos quidem Articulos et has oblationes fidelium subditorum suorum Majestas Vestra grato et clementi animo accipere, Regioque suo consensu confirmare, et executioni demandanda quamprimum curare dignetur, ac cum ipsa pro certo habere, tum Sacri Romani Imperii ac caeteris Christianis Principibus affirmare: fideles et subditos suos de Regno Hungariae viribus attritos, licet etiam pene ad extremum redactos, simul etiam tot tantorumque periculorum in medio positos, magno tamen et forti animo, majorum suorum exemplo, ad interitum usque penes Majestatem Vestram per omnes fortunae casus

imitaturos esse, neque quicquam praetermissuros, donec aliquid virium eis supererit, quo a suis et suorum, circumvicinorumque populorum cervicibus jugum saevissimi hostis propulsari se posse arbitrentur.

(A Bártfa sz. k. város levéltárában találtató egykorú másolatból, közli *Kovachich.* Vestigia Comitiorum. 661—663 ll.)

VI.

1543. Április 20.

A nürnbergi birodalmi gyűlésnek válasza, a pozsonyi országgyűlés levelére.

Salutem et gratum faciendi syncerum affectum. Reuerendi, Venerabiles, Generosi, Nobiles et Spectabiles, Amici charissimi et Domini observandi.

Recepimus literas vestras ex Conuentu Posoniensi, die ultima Nouembris anni praeteriti ad nos scriptas, quibus nobis officiosissime de nostris equestribus et pedestribus copiis, proxima aestate in Hungariam ad vos missis, gratias agitis, et nos majori, quo licet, studio exhortamini, ut oblatum subsidium hoc anno mature expedire, et hostium praevenire consilia velimus, offerentes vosmet ipsos penes exercitum nostrum, quo majori numero, melioriue apparatu licuerit, adfuturos, et ita gesturos, ut vobis ipsis nulla ratione defuisse videamini. Ac primum quidem gratum vobis fuisse nostrum ad vos superiore anno missum exercitum, libenter intelleximus, illum tamen rerum eventum consequutum esse, non parum dolemus. Cum autem periculum, quod vobis imminet, nobis prae ceteris fere omnibus vobiscum commune censeamus, nostraque plurimum interesse arbitramur, fertilissimum illud regnum vicinitate et antiqua amicitia, imo etiam fide et religione nobis junctum, a saevissimi hostis imperio eripi et conservari, non omisimus in hisce comitiis de subsidio vobis hoc anno praestando diligenter tractare. Decreuimus autem per sex menses, a prima die Maji inchoandos, regiae Majestati Domino nostro clementissimo, pro defensione vestra satis amplum et firmum intertenere subsidium,

ita scilicet, ut non a singulis sui milites, prout superiori aestate factum est, hic recensiti ad vos mittantur, sed ut Majestas Regia eos, qui in Hungaria rei bellicae gerendae aptissimi, expertissimique sunt, ex quacunque natione aut provintia mature conscribat, quibus quidem debita eorum stipendia per manus nostri ad hoc specialiter deputati Commissarii exsoluentur. Decreuimus etiam, ut proximi quique Status et Ordines, in casu necessitatis, amplioribus suis copiis, vobis unacum aliis Regiae Majestatis subditis alacriter et fortiter succurrant, hostemque e finibus vestris, Divino assistente auxilio, repellant; prout de illa nostra deliberatione, deque ordine, quo nos Turcae hac aestate commodissime resisti posse arbitramur, Regia Majestas Dominationibus vestris latius indicari curabit. Proinde vos summo, quo possumus, studio amicissime hortamur et rogamus, ut more Majorum vestrorum in pio vestro proposito perseueretis, et pro aris focisque, nec non pro uxoribus et liberis, ipsaque libertate tuenda, et retinenda fide christiana, fortes vos contra christiani sanguinis sitientissimum hostem opponatis. Nos etiam dabimus operam, ut vobis fideliter assistamus, et pro viribus fortiter auxiliemur, sicut etiam hactenus in hoc officio nostro nos non defuisse putamus. Deus Optimus Maximus Dominationes vestras felices et incolumes quam diutissime conseruet. Datum Norembergae, die 20. Aprilis, anno Domini 1543.

S. R. Imperii Principum Electorum Consiliarii, aliique Principes et Ordines et absentium Oratores et Commissarii, Norinbergae in Comitiis Imperialibus congregati.

Kívül: Reverendis, Venerabilibus, Generosis, Nobilibus et Spectabilibus Dominis, Praelatis, Baronibus, caeterisque Ordinibus et Statibus Regni Hungariae, Amicis nostris charissimis et Dominis observandis.

(Eredetije a budai m. k. kamarai levéltárban.)

VIII.

1543. Apríl 10.

V. Károly császár válasza, a pozsonyi országgyűlés levelére.

Carolus diuina fauente Clementia Romanorum Imperator Augustus etc.

Reuerendj, Venerabiles, Magnifici, Spectabiles, Nobiles, Egregij, syncere nobis dilecti. Literas vestras, quas e conuentu Posoniensi ad nos dedistis, et ea que Honorabilis sincere nobis dilectus Hieronymus Adurnus, Praepositus Agriensis, orator vester, nobis de statu vestro et istius inclyti Regni Hungariae, deque periculis illi imminentibus, verbis vestris retulit, eo plane animo accepimus, quo res tanti periculi merentur accipi ab eo, qui Regni ipsius et vestram salutem, vobiscum sibi communem semper iudicauit; quanto enim studio ac desiderio eius Regni conseruationem, et vestrum omnium incolumitatem, continenter quesiuerimus, obscurum esse non putamus, jllis presertim, qui consilia et actiones nostras probe notatas habent. Quo magis eciam dolemus, ea auxilia, quae nuper tum nostro, tum Serenissimi fratris nostri Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. Regis, studio et opera, ab Imperij ordinibus, in expedicionem Thurcicam, decreta fuerunt, secus cecidisse, atque ipsi expectabamus. Atqui speramus Deum optimum maximum suorum causae neutiquam defuturum esse. Equidem quod ad nos attinet, omnino nobis constitutum erat, tam piae sanctaeque expedicioni coram adesse, ac nedum copias et vires, verum eciam personam ipsam nostram, pro recuperatione et conseruatione istius Regni, et in beneficium Reipublicae Christianae, communi hosti opponere; sed obstiterunt consilijs nostris aduersariorum improbi conatus, qui freti occasione eius belli, freti Thurcarum federe et amicicia, nullo nostro merito, nulla iniuria a nobis lacessiti, ac nobis neque praemonitis, neque sinistri quicquam tum ab ea parte expectantibus, Regna et ditiones nostras magnis viribus et copijs, vno eodemque tempore, diuersis in locis inuadere, loca aliquot indefensa, et non

satis alioqui munita, primum capta, mox ferro et igni fede vastata, solo tandem equare, ac nullum crudelitatis genus in plebem innocuam non exercere ausi sunt; adeo, vt nobis necesse fuerit, nedum eam partem copiarum, quam in expeditionem Thurcicam paraueramus, ad nostrorum defensionem conuertere, verum etiam nouas copias conscribere, quibus subditos et ditiones nostras tueremur, ne hostibus pro sua libidine diutius in illas grassandi locus esset.

At hi nondum expleti, neque contenti, iniurijs et contumelijs, quas nobis et populis nostris intulere, minime quiescunt, sed multo maiora in dies moliuntur, id quod satis abunde declarant perpetui apparatus bellici, qui in finibus ditionum nostrarum non vno tantum loco ab illis continenter fiunt aduersus subditos nostros, quos si in tanto periculo deseramus, si fortunas eorum hostibus praedae esse, si omnia ferro et igne vastari, atque excindi patiamur, quis non videt, quanto Reipublicae periculo ac detrimento id futurum sit? nisi quis sibi persuadeat, aduersarios nostros, eas vires, quas a nobis vel armis ceperint, aut nobis conniuentibus, ad deditionem compulerint, mutata sententia, in hostes communes esse conuersuros, aut in eos, quibuscum fedus et amiciciam iam olim habent. Quare et si nihil vnquam prius habuimus, aut etiam nunc magis cupiamus, quam vires nostras, quas Deus optimus maximus nobis concessit, praedicto Serenissimo fratri nostro Romanorum etc. Regi, praesidio mittere, et in defensionem et conseruationem vestri, ac totius Regni Hungarici et in beneficium Reipublicae Christianae, adversus communem hostem, conuertere; tamen periculi magnitudo et officij nostri ratio cogunt nos, non modo de rebus et fortunis, verum etiam de salute nostrorum sollicitos esse, atque ea inire consilia, quibus Deo optimo maximo, iustissime cause nostre fauente, et hostium conatibus repressis, et firma pace populis nostris parta, bello huic finem quandoque imponere, ac subditis nostris protectis atque defensis, nostras et eorum vires eo liberius in communem hostem conuertere valeamus. Interim vero, quocunque loco, rebus praedicti Serenissimi fratris nostri, ac vestris et ipsius Regni Hungariae, consilio, fauore ac ope nostra prodesse possumus, nihil studij ac diligentiae omittemus, quin (vt antea quoque fecimus,

et nuper oratoribus et commissarijs nostris, quos ad nouissima Imperij Comitia destinauimus, apud Imperij ordines, curanda signanter in mandatis dedimus) illa modis omnibus procuremus. Quemadmodum haec omnia a prefato oratore vestro, Agriensis Ecclesiae Praeposito, diffusius intelligere poteritis. Duximus autem haec vobis (quorum rebus quam optime consultum vere et ex animo cupimus), pro nostra erga vos singulari et sincera beneuolentia, ad literas vestras rescribenda; nihil dubitantes, quin illa in eam partem, qua a nobis proficiscuntur, nimirum optimam, sitis accepturi. Deus optimus maximus res vestras, et istius Regni Hungarici ac totius Christianitatis, pro sua immensa bonitate, clementer respicere, ac bene fortunare dignetur. Datum in Ciuitate nostra Barcinona, die X. mensis Aprilis, Anno Domini MDXXXXIII. Imperij nostri XXIII. et Regnorum nostrorum XXVIII.

Carolus.

Joh. Bernburger.

Kivül: Reuerendis, venerabilibus, magnificis, Nobilibus, Spectabilibus, Egregijs et circumspectis N. Prelatis, Baronibus, Nobilibus, ceterisque ordinibus et statibus Regni Hungarici, sincere nobis dilectis.

(Eredetije a budai magyar királyi kamarai levéltárban.)

XI.

MAGYARORSZÁGI

RÉSZLEGES GYŰLÉSEK

1542- és 1543-ban.

Magyarországi részleges gyűlések 1542- és 1543-ban.

I.

Az 1542-ik év márczius havában tartott beszterczebányai országgyűlés végzéseinek foganatosítása, s különösen az erőszakosan elfoglalt jószágok visszabocsátása, élénk mozgalmat keltett az ország minden részeiben. Mivel pedig a törvények követelései több hatalmas főúr magánérdekeivel összeütközésbe jöttek, komoly nehézségek is merültek fel. Ezeknek megszüntetése és más ügyeknek elintézése végett, némely megyék rendei 1542. tavaszán két gyűlést tartottak: 1542. május 18-án *Ónodon* és június 4-én *Egerben*. Mindenkettőt *Perényi Péter* főkapitány hívta össze. Végzéseiket, sajnos, nem ismerjük. [1])

II.

I. Ferdinánd királynak és János király özvegyének biztosai 1541. deczember 29-én Gyalun szerződést írtak alá, melyben megállapíttatott, hogy a János király által bírt országrész, a nagyváradi békekötés értelmében, Ferdinándnak átadatik.

Azonban Frater György, ki leginkább előmozdította volt e szerződés létrejöttét, csakhamar visszatért ismét ko-

[1]) Perényi Péternek 1542. május 9-én Szepes megyéhez intézett meghívólevele az ónodi gyűlésre. — Ugyanannak 1542. május 21-én Szepes megyéhez intézett meghívólevele az egri gyűlésre. — Szepes megyének az egri gyűlésre küldött követei részére adott megbízólevele. Az előbbi kettőnek eredetije, az utolsónak fogalmazata Szepes megye levéltárában. — L. **Irományok.** I., II. és III. szám.

rábbi politikájához, mely szerint mind Ferdinánddal, mind a portával fenn akarta tartani a jó viszonyt, s a török hódítás veszélyeit színlelt hódolás és adófizetés által igyekezett elhárítani, mindaddig, míg Ferdinánd képes lesz oly haderőt vezetni az országba, mely annak megvédelmezésére elégséges.

Hogy ezen politikájának a rendeket megnyerje, 1542. augusztus közepén *Nagyváradra* gyűlést hirdetett. Nyolcz megye: *Arad, Békés, Bihar, Csanád, Csongrád, Külső-Szolnok, Temes* és *Zaránd* nemessége gyűlt egybe.

Frater György előterjesztésének lényeges pontja az volt hogy a török adó megfizetésére és Kassa megerősítésére adót kért megszavaztatni. Azonban a rendek nem helyeselték magatartását; meg nem tudtak megbarátkozni azon gondolattal, hogy a töröknek, ki ellen őseik annyiszor diadalmasan harczoltak, adófizetőivé váljanak; még nem mondottak le a reményről, hogy Ferdinándnál védelmet találhatnak.

Ennek folytán a kívánt adót megtagadták, kijelentették, hogy Ferdinándhoz kívánnak csatlakozni, és hódolatuk kifejezésére *Somlyay Mihályt* küldötték követül a királyi udvarba. [1])

III.

A nyolcz megye rendeinek magatartása nagy hatást gyakorolt Frater Györgyre, hajlandóvá tette őt szorosabban csatlakozni Ferdinándhoz. És midőn (1542.) szeptember havában a német birodalmi sereg Magyarország felmentésére megérkezett, nem késett többé a maga, Izabella és az erdélyi rendek nevében követeket küldeni az udvarba, kik által a gyalui szerződés oklevelét megküldötte, hódolatát tolmácsolta és szolgálatát ajánlotta.

[1]) Egy 1542. szeptember 21-én Gyulafehérvárról a királyi udvarba küldött névtelen jelentésben olvassuk: „In congregacione Varadiensi postulata fuit contribucio a Regnicolis, qui Thibiscum accolunt, pro tributo Cesari pendendo, quod se negarunt daturos, qui omnes fere adheserunt Serenissimo Domino Romanorum Regie Maiestati. . . . Peciit eciam Dominus Varadiensis subsidium ad conseruacionem Ciuitatis Cassouiensis, quod est illi omnino denegatum.“ Eredetije a bécsi titkos levéltárban. — A nyolcz megye által Somlyay részére adott megbízólevél eredetije ugyanott. — L. **Irományok.** IV. szám.

Ferdinánd örömmel fogadta Frater György ajánlatait, és sietett azokat igénybe venni. Midőn november elsejére Pozsonyba országgyűlést hirdetett, felhívta őt, hogy ugyanakkor a Tiszán túli megyék rendeit gyűjtse maga köré, s bírja rá, hogy a török ellen indítandó hadjárat költségeire adót szavazzanak meg.

A püspök november 8-ára *Nagyváradra* hirdette ki a gyűlést. Azonban az urak közül csak *Báthory András*, *Cháky Demeter* és *Lossonczy Antal* jelentek meg személyesen, míg némelyek követeket küldöttek. Az alsó nemesség csak *három* megyéből jött össze.

Frater György mindazáltal megnyitotta a gyűlést. Előterjeszté a király kínánatát, s azt hathatósan ajánlotta a rendek figyelmébe. És az alsó nemesség csakugyan hajlandónak nyilatkozott az adót megszavazni.

Azonban a püspök a tanácskozások alatt azon meggyőződésre jutott, hogy a három megye által megajánlott adóból csak jelentéktelen pénzösszeg folynék be, mely a királynak kevés hasznot hozna. E miatt arra határozta el magát, hogy a gyűlést deczember 11-re elnapolja, azon reményben, hogy ezen határnapra a rendek teljes számban meg fognak jelenni.[1])

A király jóváhagyta ezen rendelkezését, és intette, hasson oda, hogy az újra megnyitandó gyűlés a pozsonyi országgyűlés végzéseivel öszhangzó határozatokat hozzon. [2])

IV.

Frater György az 1543. deczember 11-ére elnapolt nagyváradi gyűlést csak 1543. január 6-án tartotta meg. [3])

---

[1]) Walpurg báró 1542. november 25-én Bécsből Rómába jelenti: „Hanno ancora li Ungari a uno medesimo tempo (t. i. a pozsonyi országgyűléssel) fatto un altra Dieta in Veredein *(sic)*; ma quanto intendo con consenso del Re." (Eredetije a nápolyi állami levéltárban.) — Frater Györgynek 1542. november 9-én Ferdinánd királyhoz intézett jelentése a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** V. szám.

[2]) Ferdinánd király 1542. november 29-én Nürnbergből Frater Györgyhöz intézett válaszának eredeti fogalmazata ugyanott. — L. **Irományok.** VI. szám.

[3]) Frater György, 1542. deczember 27-én Feledi Eusztáchhoz

Arad, *Békés*, *Bihar*, *Csanád*, *Csongrád*, *Heves*, *Külső-Szolnok*, *Temes* és *Zaránd* megyék nemessége gyűlt egybe. [1])

A király *Bornemissza Pál* udvari titkárt küldötte biztosúl. Ez január 7-én érkezett meg Nagyváradra. Más nap megjelent a rendek körében, bemutatta megbízólevelét és átnyujtotta a két utolsó országgyűlésen alkotott törvénykönyveket. Mire előadta, mily buzgalommal és önfeláldozással ügyekezett a király Magyarország javát előmozdítani, s hogy ez irányban megkezdett tevékenységét folytatni fogja, míg az ország bajai teljesen orvosolva lesznek; egyúttal felhívta a rendeket, hogy az ország védelmére, adó megajánlása és személyes felkelés által, ők is működjenek közre. [2])

A rendek hódolattal hallgatták meg a királyi biztos előterjesztését. Nem hiányoztak ugyan, kik a török elleni hadjáratban való részvétet mindenek felett veszélyesnek hirdették, és javasolták, hogy adófizetés által kell a töröktől kiméletet és biztonságot vásárolni. Fráter György is ezekhez hajolt. De, főleg *Somlyay Mihály* lelkes igyekezetei folytán, [3]) a többség ragaszkodott a mult évben tartott nagyváradi gyűlés határozatához, vonakodott Ferdinándtól s a magyar koronától elszakadni.

Rövid tanácskozás után az egybegyűlt rendek kijelentették, hogy készek, ha a szükség követelni fogja, személyesen összes jobbágyaikkal táborba szállani, és összes vagyonukat feláldozni. Egyelőre pedig minden jobbágytelekre másfél forintnyi adót vetettek ki, míg maguk részéről, a beszterce-

intézett levelében írja: „Rogamus vestram dom., ut velit ad nos in congregacionem ad festum Epiphaniarum domini venire Varadinum.“ Eredetije ugyanott.

[1]) A gyűlésnek, alább említendő megbízóleveléből.

[2]) Bornemissza Pálnak 1543. február 18-án kelt jelentése. És a váradi gyűlésnek Ferdinánd királyhoz küldött követe részére adott utasítása. Mindkettő a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** VII. szám.

[3]) A pozsonyi kamara 1543. márczius 7-én írja Ferdinándnak: „Certe, ut nobis dicunt, nisi fuisset dictus Michael Somlyay, tota illa, vel maior pars (az adóból). Imperatori Thurcarum fuisset promissa.“ (Eredetije ugyanott.)

bányai rendek példájára, vagyonuk értékének hatvanadrészét ajánlották fel. [1])

Azonban, tekintetbe véve országrészük veszélyes helyzetét, abban állapodtak meg, hogy a másfél forintnyi adó a török császár adójának és az Izabella részére ajánlott segélynek czíme alatt fog behajtatni. Attól tartottak, hogy azon esetre, ha nyiltan kimondatnék, hogy az adót a magyar király javára ajánlották meg, a török támadását s országrészük teljes elpusztulását idéznék elő, anélkül hogy ezzel a király ügyének bármily szolgálatot tennének.

vt Majestati vestre et Christiane Reipublicae inseruiamus, aduenerit, Nos omnes periremus. Ceterum, quod nomine Majestatis Reginalis exigi deliberatum est, scit Majestas vestra Majestatem Reginalem cum suo libero orphanam Majestatis Vestre esse, cuius similiter cura, post deum jmmortalem, soli Majestati vestre jncumbit, jdeo itaque, sicut premisi, per Nos subsidium Majestatis vestre augmentatum est, vt ex ea tam Majestati vestre, quam jmperatori et Reginali Majestati, in ea qua possibile foret quantitate, jmpenderetur. Et si Majestati vestre minus, quam fortassis speraret, obueniret, Majestas vestra, ob amorem dei et nostri omnium causa, clementer perferre dignetur. Majestati quidem Reginali vt aliquid demus, hijs adducimur racionibus; nos enim per jmperatorem vni jlli puero subditi sumus, eiusque sub nomine hactennus vtcumque salui sumus conseruati, cum alioqui vix alia pars regni istius Majestatis vestre perinde sit periculo exposita, atque regio jlla; nisi itaque jn Majestatis Reginalis et pueri sustentationem aliquid per nos jmpenderetur, non subterfugeremus, quin per jmperatorem notaremur; aliud est autem, quia puer natus est defuncte Majestatis domini nostri clementissimi, ad cuius sustentacionem, si penitus jmpij haberi nolumus, jmpossibile est, quin aliquid jmparciamur; et amplius quam quod datur, jmpendi delebat, dummodo facultas suppeteret. His causis, si subsidium Majestatis vestre pro suo desiderio non fuerit administratum, Majestas vestra dignetur equi bonique consulere: Nos enim Majestas vestra semper jnueniet et promptos habebit, ac quicquid habebimus, jd omne Majestatis vestre esse reputamus, dummodo ante tempus ne pereamus.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

VIII.

1543. Január 10.

A nagyváradi részleges gyűlésnek megbízólevele, Wesseny Mihály, Ferdinánd királyhoz küldött követe részére.

Serenissime princeps et domine domine nobis clementissime, fidelium et perpetuorum seruitiorum nostrorum humili-

linam commendationem. Misimus ad Majestatem vestram Serenissimam hunc fratrem nostrum Egregium Michaelem de Wesen, medio cuius de arduis rebus et negotijs, statum regni concernentibus, nonnulla Majestati vestre, nomine nostro, referenda commisimus. Supplicamus itaque Majestati vestre Serenissime, tanquam principi nostro Serenissimo, dignetur Majestas vestra verbis ipsius fratris nostri fidem facere, eumque sua clemencia ita exaudire, vt res nostre, que in extremo periculo versantur, Majestati vestre cure esse videri possint. Deus optimus maximus Majestatem vestram Serenissimam sanam ac felicem conseruet. Datum in Comitijs Waradiensibus 10. Januarij, anno domini 1543.

Ejusdem vestre Serenissime Majestatis

fideles seruitores Comitatus Bihoriensis, de Zarand, Themesiensis, Orodiensis, Chanadiensis, Chongradiensis, de Bekes, Zolnok Exterioris et Hewesiensis etc.

Kivül: Serenissimo principi et domino domino Ferdinando, diuina fauente clementia, Romanorum semper Augusto ac Germanie, Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie, Sclauonie etc. Regi, infanti Hispaniarum, archiduci Austrie, duci Burgundie, Slesie etc., domino nostro clementissimo.

(Eredetije, mely nyolcz gyürü-pecséttel van ellátva, a bécsi titkos levéltárban.

IX.

1543.

Wesseny Mihálynak, a nagyváradi részleges gyülés követének, Ferdinánd királyhoz intézett felterjesztése.

Serenissime ac Potentissime Rex et domine domine clementissime.

Cum in istis disturbiorum temporibus quidam potentiores certorum nobilium bona uiolenter pro se occuparint, et occupata etiam nunc teneant, aut aliqua alijs contulerint, vti portiones possessorias Egregij quondam Francisci Guthy in possessionibus Domanhyda, Eukrürytho, Porchhalma et Penÿge,

in comitatu Zathmar habitas, quae jure haereditario filiam dicti Francisci Guthÿ, ipsi Egregio Ioanni Dobaÿ nuptam, concernunt, sed in istis disturbijs per magnificum dominum Andream de Bathor ad castrum Echeth occupata, iamque tanquam propria cuidam alieno sunt collata. Item bona Egregij Benedicti Wemery, cuius frater Ioannes Wemerÿ in seruitijs Maiestatis vestrae in Munkacs mortuus est, in comitatu Byhor habita, per Egregium Ioannem Ezlharÿ occupata sunt. Item bona Egregij Petri Nagh in comitatu Zabocz existentia, per Egregium Franciscum Kerussÿ occupata detinentur. Proinde Regnicolae ultra Thÿsciam existentes sacre Maiestati vestrae humilime supplicant, dignetur preceptorias dare ad judicem, quem Maiestas vestra ipsis est ordinatura, uel ad comites illorum comitatuum, quibus quidem preceptorijs ijdem judex uel comites primum magnificum dominum Andream de Bathor et dictos Nobiles, bonorum uidelicet alienorum occupatores, requirant, et ad remittenda, iuxta generalem Regnicolarum constitutionem, bona aliena admoneant: si autem remittere noluerint, ut tandem in judicium euocentur, et causae illae omnes jure mediante reuideantur et decidantur. Quod de eadem sacra Maiestate vestra perpetua fidelitate promereri studebunt.

Eiusdem sacre Maiestatis vestre fidelis
Michael Wessenÿ, comitatuum vltra
Ticiam Nuncius.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

X.

1543. Április 3.

Ferdinánd király válasza a nagyváradi részleges gyűlés felterjesztésére.

Ferdinandus etc. [1])

Egregij ac Nobiles fideles dilecti. Exposuit nobis Egregius Michael de Wesen, Internuntius uester, ea omnia, quae

[1]) Itt a következő oldaljegyzet áll. „Mutetur in forma responsi, videlicet: Sacra Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus,

illius medio de arduis rebus et negotijs, statum Regni concernentibus, nobis nota esse voluistis. Quare et illum nonnisi perclementi animo audiuimus, et oblationes postulataque vestra benigne intelleximus, sumusque, pro nostra nimirum regia clementia, admodum propensi desiderijs et optatis vestris, tanquam fidelium subditorum nostrorum, ex omni parte satisfacere. Et quantum ad subsidium vestrum attinet, quod certis rationibus et exigi et partiri debere inter vos decreuistis, non est sane quod vel de eo grauemur quidquam, vel eiusmodi vestram ordinationem et constitutionem pro huius temporis conditione statuque improbemus, quin potius eam boni et aequi consulimus, vt debemus; vobisque id de nobis prorsus persuasum esse volumus, nos nihil magis cupere, nihilque adeo impensius iamnunc elaborare, quam vt non minus vos liberosque vestros, quam alios fideles regnicolas nostros pro virili nostra defendamus, et ad regni istius conseruationem omnibus modis invigilemus.

De administratione uero subsidij per vos decreti, super quo jnprimis Dominis Baronibus, deinde Comitatibus quibuslibet serio committi a nobis petitis, quatenus illud non difficultent, neque differant: existimamus iampridem opera et prudentia Reverendi fidelis syncere nobis dilecti fratris Georgij, Episcopi Varadiensis, Regni istius nostri Thesaurarij perfectum esse vt istiusmodi literis impresentiarum non magnopere opus sit

Ceterum, ex quo supplicastis nobis, vt circa administrationem juris, per personalem presentiam Maiestatis nostre Posonij fiendam, aliquem istic inter vos constituere dignaremur, qui causas ad personalem presentiam nostram vel prorogandas vel de facto deferendas cognosceret et dijudicaret, talemque prouintiam administrandj juris apud vos, prefato

---

Egregium Michaelem de Wesen, Internuntium Vniuersitatis Nobilium citra Tibiscum, perclementi animo audiuit, et ea omnia, que dicti Nobiles et Comitatus, Internuntij sui medio, de arduis rebus et negotijs, statum Regni concernentibus, Maiestati sue nota esse voluerunt, gratiose intellexit, nec non oblationes postulataque eorum etc. . . . vt sequitur, mutatis mutandis."

Ebből következik, hogy a fennebb közölt fogalmazat más alakkan küldetett el; bár tartalma nem módosíttatott.

Reverendo Episcopo Varadiensi et Thesaurario nostro per nos demandandam esse postulatis: haud difficulter sane in hoc petitionibus vestris annuendum putauimus. Confisi igitur de iamdicti Thesaurarij nostri singulari fide, industria, dexteritate et prudentia, illum pro nunc in judicem cognoscendarum istic causarum clementer elegimus et constituimus, scriptis ad eum literis, vti onus illud suscipere non detrectet. [1])

Intelleximus preterea supplicationem vestram, tum de eliberatione Francisci Dobo, jn quo quidem negotio nos primo quoque tempore resoluemus, tum etiam de Magnifico Caspare Seredy, capitaneo nostro, quem vos nullo modo tolerare posse ostenditis; et in eo quoque petitionis vestre bene memores esse volumus. Et hec quidem sunt, que vobis ad optata et postulationes vestras clementer referenda existimauimus, et preter hec plura oretenus diximus prefato Internuntio vestro, de mente, studijsque nostris exponenda, cui fidem adhibeatis, volumus. Datum Nuremberge die 3. Aprilis 1543.

Az irat élén: Uniuersitati Nobilium Comitatuum citra Tibiscum.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

---

[1]) Ezen pontnál a következő oldaljegyzet áll: „Nota. Hic mutetur, nempe quod Maiestates Sua de eo quamprimum regnis et provintijs suis propinquior reddita fuerit, id quod breui fiet, sese nonnisi gratiose resoluet, ita vt in hac re eorum petitioni satisfactum esse sentiant."

És az irat végén a következőképen van e pont formulázva:

„Nos sane istiusmodi petitionem uestram equam et justam esse censentes, judicibus regni ordinarijs commisimus, vti vnum vel duos vicejudices, ad hoc idoneos, aptos et expertos, eligere et substituere, illosque ad partes istas ad judicia, in competenti et oportuno loco exercenda, cum debita informatione expedire debeant. Nam ita iuxta morem et ordinem regni fieri oportere intelleximus."

XI.

1543. Február 11.

A gyulai részleges gyülés végzései.

Constitucio dominorum et nobilium octo Comitatuum Regni Hungarie, jn comicijs ad dominicam jnuocauit Gywle habitis facta.

Item, cum in dieta generali, que vniuersitati dominorum et nobilium dictorum comitatuum ad festum Epiphaniarum domini proxime preteritum Waradinum indicta fuerat, negocia publica, quietum statum et conseruacionem Regni spectancia, de quibus Waradinj erat conclusum, ad debitum finem deduci non potuissent, ne res tanta, tamque Regno necessaria, sine effectu ommitteretur: visum est jpsis dominis et Nobilibus, vt pro illa eadem re Gywlam, ad premissum diem conuenirent, rebusque iam deliberatis et conclusis, ne ad extremam perniciem deueniant, finem debitum imponerent.

Itaque, cum domini et Nobiles conseruacionem Regni, jpsorumque salutem pre oculis haberent, viderentque id sine publico subsidio, quo administracio rerum publicarum fieri solet, esse non posse, quamvis et antea subsidium ab eisdem in publicum vsum Regni, conseruandumque datum esset, tamen cum et Maiestas Reginalis conqueratur, exiguam tantum partem eiusdem subsidij ad eius Maiestatem peruenisse, et dominus quoque Thesaurarius ex comitatu Byhoriensi ex huiusmodi contribucione aliquam similem partem se accepisse dicat, videantque jpsi domini et nobiles neque censum jmperatori esse prestitum, et defensionem eorum penitus neglectam: propterea conclusum est: subsidium et nunc oblatum, et quod deinceps daturi essent, se omnino scire velle in quos vsus Regni impendatur; cum igitur ijdem domini et Nobiles dominum Thesaurarium de prouentibus Regni sollicitarent, rogarentque eciam, vt et presentes, quos nunc daturi essent, et futuros prouentus, ad res tantum necessarias Regni eiusque defensionem erogare vellet, optauit ab ipsis dominis et Nobilibus, vt certos ex fra-

tribus eorum, quos vellent, eligerent, qui penes eum essent, et qui non solum prouentus Regni scirent, sed quo, et in quem finem illi exponerentur; quod cum pro bono eorum et in vtilitatem Regni esse viderent, facile postulatis ipsius domini Thesaurarij annuissent. Supplicant jgitur dominj et nobiles Reginali Maiestati, vt eius Maiestas dominis Thesaurario, comiti Themesiensi, Pathochÿ, Episcopo Chanadiensi, Lossonczÿ et ceteris, qui primi sunt, mandare dignetur serio, ne quis se ad huiusmodi prouentus Regni ad vtilitatem multorum, conseruacionemque Regni constitutos ingerat.

Item, vt bona aliorum occupata remittant, abductos jobagiones restituant, colonos ad insolitam seruiciorum exhibicionem ne cogant, cessent ab educillacione vinorum, et ab omni prorsus oppressione misere plebis abstineant. Item, vt dominus Episcopus Chanadiensis, ad locum Episcopatus sui, manendi gracia se conferat, vt commodius custodie domus illius inuigilare possit, ex cuius neglecta conseruacione, magnum periculum Regno contingere posset. Item, vt Reginalis Maiestas in hoc quoque domino Thesaurario mandare dignetur, vt prouentus Regni, hactenus sepius in diuersum laceratos, ad vtilitatem tantum Regni, et necessitates Maiestatis sue, eiusque serenissimi filij exponat; visa enim tanta omnium rerum inordinacione et oppressione eorum, amplius iam ista pati nullomodo neque possent, neque vellent, fidemque mutuam inter se dedissent, quod si qui ex dominis, contra eiusdem ordinacionem juramento confirmatam agerent, juraque et libertates eorum violare vellent, contra talem publice pacis turbatorem consurgerent, neque se opprimi paterentur. Qui cum dominos quoque hic existentes rogassent, vt huic tam salubri ordinacioni consentirent, eorumque honestis et proficuis petitionibus domini ipsi acquieuissent, consensissentque ad vnum omnes; rogant, pari studio, ijdem domini et nobiles dominum quoque comitem Themesiensem, a quo multas jniurias et oppressiones hactenus sustinuissent, vt sua quoque magnifica dominacio eiusdem animi cum jpsis dominis et nobilibus esse, ac ab oppressione aliorum sibi temperare, bona eciam aliorum occupata remittere, et de dampnis alijs illatis satisfacere velit.

Item, constitutum est, vt si que violencie deinceps fierent, ne maioribus expensis ad Reginalem Maiestatem ituri grauarentur, illas nobiles jurati, qui domino Thesaurario in administrandis prouentibus Regni juncti esse debebunt, tam preteritas, que post obitum serenissime quondam Maiestatis domini nostri clementissimi pie memorie contigerunt, quam nouiter factas, vnacum jpso domino Thesaurario, jure mediante cognoscere et adiudicare debeant; jta tamen, vt qui judicio dominorum comitum (cum iam in omnibus comitatibus celebracio judiciorum fieri incipiat) contenti non fuerint, tales causam eorum, per appellacionem, pro maturiori reuisione, ad jpsum dominum Thesaurarium et juratos nobiles prouocare possint, et quod huic judicio eciam domini, cum adsunt, quandocunque voluerint, sicut in consilio, ita eciam hic adesse possint.

Item, vt dominus Thesaurarius in grauioribus regni negocijs dominos vel per literas, vel per nuncios conueniat, et omnia cum scitu et consilio eorum agat; si quod vero negocium emerserit, de hoc dominus jpse Thesaurarius, et ceteri domini Reginalem Maiestatem reperient.

He igitur violencie, que recitate sunt et alia multa mala, jpsos dominos et nobiles ad hanc ordinacionem constituendam coegerunt, cum neque literis, neque mandatis Reginalis Maiestatis quisquam parere vellet; neque in alium finem hanc constitutionem eius Maiestas a dominis et nobilibus factam esse interpretari diguetur, nisi in bonum Maiestatis sue, eiusque serenissimi filij, ac conseruacionem tum libertatis eorum, tum Regni; cui rei non mediocrem occasionem dederunt domini quoque Thesaurarius, comes Themesiensis, Pathochÿ et Lossonczÿ; dominus enim comes a Baltasare Pathochÿ et Gaspare Bamffÿ, quibus Reginalis Maiestas ex sua gracia bona Egregiorum quondam Jakÿth contulerat, cum ijdem vigore literarum sue Maiestatis bona illa occupassent, contra autoritatem eius Maiestatis, eadem bona illa occupauit, aceruosque in eisdem repertos nunc excutere facit, aliasque violencias inter miseram plebem per suos exercet. Dominus Thesaurarius, molendinum Nicolai et Michaelis Tholdÿ occupauit; dominus Lossonczÿ predium Michaelis Serÿenÿ, preter omnem proces-

sum juris, occupatum tenet; dominus vero Pathochÿ preter captiuitates nobilium, occupacionesque bonorum, ea facit, que facere non deberet, que omnia sola ipsa Maiestas Reginalis, ex oppressorum et jniuriam passorum supplicacione jntelliget· cognoscetque Maiestas sua non sine precipua causa dominos jpsos et nobiles cogitasse ea, que tum Regno, tum eciam jpsis vtilia essent.

Item, constitutum est, vt quemadmodum alij prouentus Regni, ita eciam victualia omnia a cesare imperata, ad manus jpsius domini Thesaurarij, ne qua dissipacio in illis fieret, administrari debeant.

P e n a.

Qui igitur huic ordinacioni parere, aut juramentum coram comite et judice nobilium sui comitatus deponere nollet, talis primum in centum florenis, per ipsum comitem statim exigendis, conuincatur, si vero eciam hac pena, seu mulcta obedire noluerit, comes jpse jstius bona occupare, ad extremum vero eciam caput talis contumacis querere possit.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

XII.

1543. Június 2.

Ferdinánd királynak Frater Györgyhöz intézett irata, melyben felhívja, hogy a debreczeni részleges gyűlésen személyesen jelenjék meg.

Ferdinandus diuina fauente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc., Rex semper Augustus etc.

Reuerende Pater, fidelis nobis syncere dilecte Non putamus deuotionem tuam latere, in quantis difficultatibus et periculis hoc maxime tempore uersetur Regnum nostrum Hungarie, pro cuius defensione et conseruatione nos in sacrj Romanj Imperij et ceterorum Regnorum ac prouintiarum nostrarum subsidijs et viribus conquirendis, adiuuandis et expediendis

omnes curas et cogitationes nostras, nullis laboribus parcentes, collocauimus; sed cum videatur non solum opportunum, uerum etiam pernecessarium, vt vniuersi fideles et subditj nostrj, illius Regnj nostrj Hungarie incole, suam quoque operam, studium et diligentiam conferant, in propria nimirum salute tuenda; statuimus fideles nostros dominos et nobiles, ac comitatus illarum partium citra et vltra Tybiscum existentium, dieta seu congregatione generalj, pro festo beatorum Petrj et Paulj Apostolorum proxime uenturo, in Oppido Debreczen indicta, conuocandos, per certum hominem nostrum, eo cum mandatis et legatione nostra expediendum, monere et hortarj, ad ea strenue et ex animo agenda, tractanda, concludenda et aggredienda, que defensionem et conseruationem eorum respiciunt. Propterea deuotionem tuam clementer requirimus et hortamur, vt ad diem et locum predictum deuotio tua personaliter se conferre, eaque que nostro nomine per illum, quem eo sumus missuri, circa causam defensionis et conseruationis Regni proponentur, non solum diligenter tractare studere, sed et omnj labore in hoc incumbere et operam dare velit, vt per alios quoque tam dominos quam nobiles illa, que ad presentes Regni illius nostrj necessitates curandas, periculaque euitanda maxime pertinent, et per nostrum hominem proponentur, decernantur et effectiue reque ipsa perficiantur, quod deuotionem tuam pro sua erga nos fide et patriam amore se sedulo et diligentissime curaturam plane confidimus. Datum in Arce nostra Regia Prage, die secunda Mensis Junij, Anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, Regnorum nostrorum Romanj decimotertio, aliorum uero decimoseptimo.

Az irat élén: Ad fratrem Georgium.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

XIII.

1543. Június 12.

A magyar helytartótanácsnak Ferdinánd királyhoz intézett felterjesztése, a debreczeni részleges gyűlés tárgyában.

Sacratissime Rex, domine clementissime.

Fidelium servitiorum nostrorum humillimam Commendationem. Accepimus literas vestre Sacratissime Maiestatis, per Egregium dominum Michaelem Somlÿaÿ ad nos datas, simul cum literis scriptis ad dominos et comitatus partium jnferiorum, pro Conuentu ad Debreczen habendo, in festo Beatorum Petri et Pauli apostolorum. Quibus lectis et consyderatis, etsi haud omnino jmprobabatur, vt dominis et comitatibus vltra Tibiscum positis Conuentus jndiceretur, partim quidem pro exactione postremi subsidij, ad festum Beati Georgij iam preteriti per eos oblati, partim vero pro alijs negotijs publicis, et que ad Regni defensionem pertinerent tractandis, quantum sane per tempus liceret; non tamen necesse esse videretur etiam in tali casu ad Conuentum eos dominos et nobiles conuocare, qui citra Tibiscum jncolentes, vna nobiscum ac cum ceteris Maiestatis Vestre fidelibus tum subsidijs offerendis, tum reliquis oneribus subeundis idem senserunt, seseque ad omnia seruitia Vestre Maiestatis exhibent paratos. Cum vero constans iam vbique fama sit, Thurcarum dominum cum valido exercitu iamiam in Hungariam aduentare, et alioquin jn dies fere singulos Nuntij illius apud fratrem Georgium agant, his atque alijs de causis nulla ratione videtur etiam trans Tibiscum conuentus hoc tempore commode haberi posse. Accedit ad hec, quod cum frater Georgius et Thezaurarius et judex in illis locis supremus sit a Vestra Maiestate constitutus, hisque nominibus ac titulis videatur vndique ei non parum tribui, presertim vero inter illos, nostro judicio nihil a Maiestate Vestra in eis partibus agi vel cum dominis vel cum comitatibus oportet, cui ille non jntersit solum, sed vnus quodammodo presit, quodque hactenus Maiestas Vestra fecit (quoquo ipse sit ani-

mo) plurimum in ipso spei ac fiducie rerum omnium ex sententia ibi gerendarum posuisse eadem et collocasse preseferat; nam si eo vel neglecto, vel non consulto, et cumprimis adhibito, Maiestas Vestra aliquid cum illis transigere aggrederetur, procul dubio non modo nullum redderetur subsidium, sed (vt est hominis illius ingenium) ratus a Maiestate Vestra se contemni, vel in aliqua apud ipsam esse suspitione, quibus posset rationibus conatus Vestre Maiestatis oppugnaret, nec parum afferret rebus omnibus detrimenti. Que quidem omnia vt cessent, et ille occasionem nullam habeat, non optime negotia omnia Vestre Maiestatis promouendj et fideliter jnseruiendi: videntur, priusquam ad eas partes mittatur, scribende esse litere ad eum, sub hac formula, quam cum presentibus ad Majestatem Vestram misimus; vt sic jntelligat, quod supradiximus, Maiestatem Vestram et hec et alia omnia in illis locis ipsius opera potissimum ex sententia confici posse, sibi persuasisse, et Maiestatem Vestram ipsius autoritatem augere potius jn dies velle, quam vlla ratione comminuere. Videntur etiam ad Comitatus dande esse litere pro administrando subsidio breues, adjuncta clausula, vt credant ijs, que Vestre Maiestatis nomine dominus Michael Somlÿaÿ retulerit; ad dominos vero, qui pari ratione sunt trans Tibiscum, litere tantum Credentie videntur conscribende. Quod si videretur fratri Georgio postmodum conuentum haberj oportere, poterit, eius consilio et auctoritate, quod factu fuerit optimum, decerni. Habebit autem a nobis jnstructionem idem Somlÿaÿ: priusquam cum his literis Vestre Maiestatis, que petuntur, eo vadat, vt si intelligeret fratris Georgij animum vel jnfidelem vel minus solicitum in his Maiestatis Vestre negotijs, certis modis et rationibus procedat cum dominis ac comitatibus pro erigendis confirmandisque eorum animis in fide Vestre Maiestatis. Has igitur literas, si Maiestati Vestre probabitur, nostrum consilium, curabit ad nos quam citissime transmittendas, vt Somlÿaÿ tempestiue eo dimittatur.

Verum quia his negotijs in illis partibus ex sententia conficiendis varie, vt supradiximus, et vti Maiestas Vestra jntelligit, sese offerunt difficultates, ad eas vero omnes tollendas vna ratio facilis et expedita esse videatur, que quidem diuersas

etiam alias vtilitates Maiestati Vestre et locis illis paritura sit, si videlicet gentium aliquem numerum ibidem jnter illos Majestas Vestra mature possit conscribere, quarum presentia atque opera non modo subsidium administrarj, verum et defensio illius terre curari, et tum dominorum tum Nobilium voluntates in fide Vestre Maiestatis in officioque omnes poterunt continerj, et vbi opus fuerit, eedem gentes conscripte jnstructeque alibi etiam praesto esse, et Maiestati Vestre regnique defensioni jncumbere jnseruireque valebunt: his de causis videretur non vtile modo, sed plane necessarium, vt Maiestas Vestra vel ex pecunijs oblatis per Sacri Romani jmperij principes ad externos milites conducendos, vel si id tam repente non potest, ex subsidio per dominos Bohemos oblato tantum solummodo curet, quanto ocyus in has partes expediri, quantum illi ad mille equites suos expositurj forent, iuxta oblationem per eos nunc factam, qua quidem pecunia in partibus jnferioribus predictis circiter bis mille equites eodem stipendio quo domini Moraui suis, quos ex Hungaria conductos habent, soluunt, conscribi poterunt, atque ita illis conductis jnstructisque nulla ratio supererit, quamobrem et subsidium ab illis comitatibus oblatum reddi differatur, et reliqua pro voto autoritateque Vestre Maiestatis ibidem conficiantur, nec cuiusquam in manu erit consilia Vestre Maiestatis cum illis vel dominis vel comitatibus earum partium reddere jnania, tantoque plane vsui erunt illi conducti, quanto Maiestati Vestre licet intelligere. Et hec pro nostra debita fidelitate Maiestati Vestre in his rebus duximus perscribenda. Deum optimum maximum precamur, vt Maiestatem Vestram seruet jncolumem; felicibusque adaugeat successibus. Posonij die 12. Junij 1543.

Sacratissime Maiestatis Vestre fideles seruitores

Locumtenens et consiliarij etc.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati, domino nostro clementissimo.

(Eredetije, mely négy gyűrű-pecséttel van ellátva, a bécsi titkos levéltárban.)

XIV.

1543. Július.

A debreczeni részleges gyülésnek, Ferdinánd királyhoz küldött követei részére adott utasítása.

Instructio apud Sacram Regiam Majestatem per Nuncios dominorum Nobilium, qui congregacioni Debreczeniensi interfuerunt.

Inprimis domini oratores et mandatarij dominorum Nobilium, qui congregacioni in Debreczen celebrate interfuerunt, Sacre Regie Majestati fidelium subditorum fidelissima eorum seruicia Maiestati sue humiliter offerent.

Tandem jmmortales debebunt Eius Maiestati habere gratias pro eo, quod Maiestas sua ex genuina erga nos fideles suos subditos pietate et clemencia publicam regnicolarum suorum constitutionem Nouizoliensem non ratam et firmam habuit solum, verum eciam ad illius debitam execucionem, magnificum dominum Andream de Bathor, fidelem eius Majestatis subditum, supremumque Capitaneum ammandauit ad has partes, qui juxta ejus majestatis mandatum, nulla in re pro debito officij sui jussa eius Maiestatis reiiciendo, veluti obedientissimus ejus maiestatis fidelis subditus, non exigua in parte constitutionem ipsam executus est; nunc quidem, pro officio suo sibi jniuncto, quo magis eius maiestatis mandato satisfaceret, ipsamque constitucionem stabiliorem et firmiorem redderet ac promoueret, dominis magnatibus nobilibusque vniuersis maiestati sue fidelibus subditis, huc ad oppidum Debreczen conuocatis, rem omnem, que ad eam ipsam constitucionem pertinebat declarauit et ipsis proposuit, quo clare intelligeretur eam non ad ipsorum ruinam, sed pocius tutelam et defensionem esse decretam, ne quis presertim temerarius crassaque pertinacia ductus huic rei tam salutari sua temeritate contrauenire attemptaret. Quam Maiestatis sue fideles subditi certo cognoscentes, *(sic)* grato ab eo susceperunt animo, maximoque affectu et animj prosperitate eam amplexati sunt, gratias jnsu-

per habentes ei, quod jndicauerit et ob oculos eis proposuerit ea omnia, que ad ipsorum defensionem spectarent, jd quod et sue Majestati proinde atque domino ipsorum clementissimo fidelissime inseruire curabunt.

Supplicant itaque majestati sue domino ipsorum clementissimo humilime, ne paciatur hanc tam salubrem rem, quam maiestas sua, pro sua erga nos inefabilj clemencia, confirmauit, per rebelles, si qui fore viderentur, violare et extinquj, sed eciam jnuitis illis deducantur ad optatum finem, ac eius maiestas eidem magnifico domino Andree de bathor, eius maiestatis supremo capitaneo, ad execucionem huius rei delegato, maiestas sua sit ea prouisione rerum bellicarum et apparatuum, quo contra rebelles jnstituta fidelium eius majestatis exequi possint.

Quia tamen maiestas sua tam hac in re quam alijs omnibus in rebus summa denique pietate et clemencia suos fideles subditos prosequi, in ipsorum laudabilj libertate conseruare semper dignata est, freti et audaciores facti jn tam ingenti eius maiestatis clemencia, quam a suis fidelibus nunquam negatura est, jdem sue maiestatis fideles supplicant humiliter, vt magnificum dominum Petrum Perenÿ, fidelem subditum eius maiestatis primarium, quem a suis maleuolis accusatum Maiestas sua captum tenet, ex sua regia clemencia eliberare dignetur, qui eliberatus tandem se contra omnes, qui eum accusare non cessarunt, coram eius maiestate justificaturus est. Vnde cognoscet plane maiestas sua, jmmerito et indebite, citra racionabilem causam, fuisse eum apud eius Majestatem accusatum. Qua in re ceptam jam sue majestatis erga eos, presertim in eorum libertate promouere, clemenciam maiestas sua ipsis copiosius et clemencius declarabit et ostendet, si dominum Petrum Perenÿ ex sua clemencia eliberare dignata fuerit; quod si maiestas sua erga eos clemencia fecerit, perpetue fidelissime maiestati sue inseruire curabunt, tanquam domino ipsorum clementissimo.

Tandem quod maiestas sua pro ipsorum defensione et libertatis stabilitate, Posonii jura et leges fieri constituit, ipsis maxime placet; supplicant tamen eius maiestati humilime, ex quo tria obstant jmpedimenta, que ipsos pro prosequendis

ipsorum causis oportuno tempore eo ascendere prohibent, hoc est: aquarum multitudo et jnundacio, via formidolosa et loci longinquitas, vt si maiestati sue placet mittere et delegare dignetur ad partes istas propinquius magistros prothonotarios et alios juris peritos, qui maiestati sue jdonei videbuntur, qui vnicuique hic jura in loco aliquo competenti per eius Majestatem deputando, secundum deum et eius justiciam administrarent, quia non potest quilibet presertim vidue et orbe mulieres nobilesque pauperes, qui paruam vel et prorsus nullam habent facultatem, pro sue cause execucione ad tam longinquas partes ascendere et jllic juris administracionem expectare, vnde sepe periculum jllis, ex quo debito modo causam ipsorum prosequi eique jnuigilare contra partem aduersam defendere non possint, contingere poterit.

Si regia Maiestas dominus noster clementissimus jn ipso domino Petro dubitaret, pro remouenda eius maiestatis dubitacione in ipsum dominum Petrum concepta, parati sumus pro ipso apud eius maiestatem fideiussores esse, jta vt ipse in posterum sue majestati obediens erit, et in omnibus vt fideles eius maiestatis subditus obtemperabit.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

XV.

1543. Július.

Ferdinánd király válasza a debreczeni részleges gyűlés felterjesztésére. (Töredék.)

Responsum ad Legationem dominorum Nobilium, qui congregationi in Debrechen interfuerunt.

Sacra Regia Maiestas, dominus noster clementissimus gratiose intellexit legationem et postulata dominorum nobilium eorum, qui congregacioni Debrecensi interfuerunt, et ad ea ordine, vt sequitur, respondet:

Primo, libenter audiuit, quod cum fidelissima eorum seruitia Majestati sue humiliter offerunt, tum jmmortales agunt

gracias de eo, quod Maiestas sua publicam regnicolarum suorum constitutionem Nouisoliensem non modo ratam et firmam habuit, verum etiam ad illius debitam exequutionem magnificum dominum Andream de Bathor generalem regni capitaneum in eorum medium emandauerit, tum quod officium dicti Dominj Andree de Bathor in exequenda constitutione vehementer laudant et probant, quas res omnes Majestas sua sibi haud ingratas neque iniucundas fuisse clementer affirmat.

Secundo, quod Dominj nobiles supplicant Majestati sue, vt ne Maiestas sua hanc rem constitutionis nempe Nouisoliensis tam salutarem per rebelles, si qui existunt, impediri aut violari permittat, quin potius ad optatum finem deducere curet etc. Maiestas Regia eos haud latere vult, quod propter communem hostem iamnunc in regnum Hungarie maximo cum exercitu aduentantem, ad cuius potentiam viresque propulsandas et infringendas. . . . . .

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

XVI.

1543. Augusztus 1.

A derecskei részleges gyűlésen levő főrendeknek utasítása, Ferdinánd királyhoz küldött követük részére.

Instructio ad serenissimum Regem Romanorum a dominis Baronibus Regni Hungarie, in congregactione Deretzke, medio magnificj dominj Casparis Dragffÿ.

Inprimis fidelia seruitia nostra Maiestatj suae commendet.

Ex quo Maiestas vestra domino thesaurario mandauerat, vt ex Transsyluania egrederetur, et in Regno Hungariae dominis Baronibus et vniuersitatj nobilium congregationem indiceret, in qua collatis inuicem consilijs, id quod ad conseruationem miserrimae patriae nostrae commodius foret, vnanimiter determinarent et concluderent; intellecta vero voluntate Maiestatis vestrae, tanquam bonj et obedientes fideles vestrae

Maiestatis, ex admonitione dominj thesaurarij, in oppido Deretzke conuenerant, vbj cum inuicem sermones verbaque fecissent, ad conseruationem regnj vnaniniter ipsis inprimis necessarium visum est, vt cesarem Turcarum primo quoque tempore conuenirent, et ibj aliquam simultatem obedientiae cum dandis aliquibus victualibus, et promissione numeris et censuum ostenderent, quo tyrannidem ipsius aliquo modo lenirent, et periculum per eum imminens auertere possent, ne interim, donec Maiestatis vestrae subsidium in regnum venerit, aliquam depopulationem faceret.

Et quamuis pre oculis eorum habebant de hac re prius Maiestatem vestram, tanquam dominum ipsorum clementissimum, conuenire debuisse, et ex prudentj consilio concessioneque Maiestatis vestrae in hac re procedere, nam in omnibus prudentj consilio Maiestatis vestrae obedire ac sese accomodare volunt; sed quoniam imminentis periculj magnitudo ac propinquitas non permisit vllam in hac re vlteriorem dilationem facere, quod si enim periculum istud proximum super nos venisset, vel (quod deus auertat) venerit, ex desolata et combusta terra parum postea vel nihil prorsus seruitij Maiestati vestrae et toti Christianitatj exhibere possemus; haec igitur causa fuit, quamobrem ad hoc nos impulsi sumus, et furorem barbarorum cum dandis aliquibus victualibus ac promissione muneris ac censum reprimere voluimus, ut perpetuo Maiestati vestra et Christianitatj cum omni fidelitate inseruire possemus; pro qua re hominem nostrum elegimus, et iam ad cesarem Turcarum expediuimus, quj vbj reuersus fuerit, et quantum efficere potuerit, subito Maiestati vestrae sui fideles ad scitum dare conabuntur. Supplicant igitur Maiestati vestre, vt si quis maleuolus hoc factum ipsorum in deteriorem partem apud Maiestatem vestram interpretaturus fuerit, Maiestas vestra nullum locum illorum verbis dare dignetur; causam enim factj iam Maiestas vestra intelligit, ob nullam videlicet aliam causam eos id fecisse, tantum pro conseruatione regnj et seruitijs vlterius Maiestatj vestrae exhibendis.

Omnibus autem in conspicuo est, Maiestatem vestram hactenus pro conseruatione nostri diligentissime tum apud sacratissimum Imperatorem, tum etiam apud christianos prin-

cipes laborasse. Nihilominus Maiestati vestrae humilime supplicamus, vt Maiestras vestra deinceps quoque non cesset pro liberatione nostrj et apud Imperium, et etiam apud sacratissimum Imperatorem sodule agere. Nos autem penes Maiestatem vestram, vna cum omnibus colonis nostris, vt bonos christianos et fideles subditos Maiestatis vestrae decet, ad vnum omnes mortem oppetere paratj erimus.

Et quoniam Maiestas vestra longissime a nobis abest, nec possumus Maiestatem vestram de omnibus negotijs semper conuenire, Posonij vero, quo Maiestas vestra ire iussit, nunc perfecte determinare possumus (?): Maiestatj igitur vestrae supplicamus, vt aliquos ex dominis Baronibus Maiestas vestra inter nos eligere dignetur, qui de negotijs regnj cum plena authoritate, interim donec Maiestas vestra edocetur, determinare possint.

Supplicant etiam vniuersi dominj Barones Maiestatj vestrae serenissimae, tanquam domino ipsorum clementissimo, pro eliberatione spectabilis et magnifici Petrj Perenÿ ex captiuitate, quoniam ipsius ex detentione quanta incommoditas secuta est, et adhuc sequetur, ex verbis dominj Dragffÿ Maiestas vestra clarius intelliget; quoniam multas munitas arces apud se habet, ex quibus maximum detrimentum regnj accidere potest, cum eas castellanj quibus concredite sunt domine consortj eiusdem restituere volunt, eo quod non ipsa, sed maritus suus manibus eorum tradiderit. Nos autem vniuersi dominj pro ipso Petro Perenÿ Maiestati vestrae fideiubemus, iterum coram Maiestate vestra, quandocunque Maiestas vestra iusserit, constituturo.

Preterea Maiestas vestra mandauerat nobis, vt quilibet nostrum ratione vigesimae colonorum suorum ad 1. Augustj Nitriam, cum omnj apparatu nostro conueniremus. Maiestas vestra iam probe intelligit id nullo pacto in praesentia a nobis fierj posse. Nam hostis est in medio nostrj, quem si hac via et racione, quam Maiestatj vestrae nunciauimus, auertere non possumus, omnes fugam facere coginur; praeterea literae Majestatis vestrae solum herj et nudiustertius ad nos peruenerunt, et si hoc tempore nosmet moueremus, hostis subito hanc terram inuaderet ac deuastaret. Nihilominus id, quod Maiestatj vestrae

commodius visum fuerit, Maiestas vestra dignetur nobis de omnibus informationem daré, nos ad omnia iussa et mandata Maiestatis vestrae exequenda paratos nosmet ipsos offerimus.

(Egykorú másolat a bécsi titkos levéltárban.)

XVII.

1543. Augusztus 1.

A derecskei részleges gyülésen létrejött szövetség oklevele.

Primo. Bona fide et humanitate conclusum est, vt dominj vnanimj consensu libere vnus alium adire debeant et audeant, et seruitores si qui essent et depredationes facerent, et ita tandem alijs se ad seruiendum prebere vellent, talium dominj, intellectis ipsorum latrocinijs, eos jure mediante puniant, et si qui ex seruitoribus ad aliorum dominorum seruitia se conferrent, extunc apud quem dominum talis compertus fuerit, suus dominus ex parte talis seruitoris ius et iusticiam administrare debeat et teneatur.

Secundo. Si qui ex castris vel castellis aliquorum dominorum aut nobilium furtim exirent, vel aliqua fraudulosa occasione castra sibi jpsis vsurpare vellent, aut alterj traderent, vel iam hoc perpetrassent, tales malj et pessimj seruitores vbique ad quorumcunque dominorum territoria posito casu venirent, statim capiantur et iuxta eorum demerita puniantur, tam per dominos quam per nobiles, nec secus dominj facere debeant. Et qui hanc supradictam proditionem ausus fuerit facere, extunc talis sit proditor, non modo, qui fecerit, verum etiam et ille, ex cuius consensu et voluntate siue domini, siue nobilis hoc effectum fuit, sit proditor. Et hoc vnanimj consensu a dominis et nobilibus definitum est, iuxta vt fide sese mutua alter alterj obligarunt, statim insurgant et tales proditores quiquj fuerint persequantur, et debita paena puniant, tanquam pessimos proditores, et bona illa male abrepta, castra vel fortalicia, siue dominorum siue nobilium fuerint, illj cuius antea fuerunt, omnj occasione postposita, restituantur.

Tertio. Si casu contingeret aliqua fuga (quod deus auertat), extunc vbique tam in bonis dominorum quam nobilium, vadis, theloneis, ciuitatibus, oppidis, villis, castris, castellis, territorijs, libere et pacifice absque omnj solutione tricesimae, thelonej, vectigalium, et aliorum id genus grauaminibus ire et redire pacifice possint. Sj vero quis malus aut peruersae mentis tales turbaret vel depredaret in ipsorum bonis ac rebus extra hanc constitutionem, tales supradicta paena, vt malefactores et depredatores, per dominos ac nobiles puniantur, et vbique ad puniendum perquirantur.

Sj vero aliquae detentiones inter seruitores siue Jobagyones, vel aliae turbationes denuo orientur inter dominos vel nobiles, extunc per literas vel nuntios sese requirant, de hocque statim iuridice reuideatur, ita vt quaeque pars eligat probos nobiles tres vel quattuor, et tales iuridice inter eos causam discutiant et laesi contententur; hoc vt ratum fiat omnes dominj et nobiles bona fide se ipsos supra dictas constitutiones conseruaturos et executuros promiserunt.

Kivül: Articuli confederationis inter dominos, 1. Augusti 1543, in congregatione dietae in Dereczke, per dominos ac nobiles celebratae.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

XVIII.

1543. Augusztus 1.

A derecskei részleges gyűlésen egybegyűlt főrendeknek üzenete Szulejmán szultánhoz.

Vniuersi dominj Barones, qui in congregatione proxima in oppido Derechke conuenerant, inuictissimae ac potentissimae Cesareae Maiestatj seruitia cum fidelitate perpetua commendant.

Inprimis supplicant cesareae Maiestati, tanquam domino ipsorum clementissimo, vt tam dominos Magnates et nobiles, quam etiam vniuersos pauperes colonos in antiqua eorum liber-

tate et priuilegijs conseruare et retinere dignetur, et vbj necessitas postulauerit, Maiestatemque cesaream requisierint, ab hostibus quoque externis sua Maiestas defendere faciat. Quoniam in vniuerso orbe terrarum neminem alium, post deum altissimum, habent, quj eos defendere et conseruare posset, preter inuictissimam cesaream Maiestatem.

Secundo, supplicant Maiestatj cesareae, tanquam domino ipsorum clementissimo, ne Maiestas cesarea eos considerare velit, quj hactenus ex dominis Baronibus Maiestati suae contrarij fuerunt, sed illorum erratis Maiestas cesarea clementer indulgeat, et eos omnj clementia et mansuetudine Imperatoria sub fidelitatem suae Maiestatis suscipere dignetur. Multj enim hactenus Imperatores fuerunt, quj id optauerunt, vt Hungaricam nationem in fidelitatem suam subijcere possent, quod tamen neminj praeter inuictissimum cesarem concessum est.

In hoc quoque supplicant potentissimae cesareae Maiestatj, tanquam domino ipsorum clementissimo, vt inuictissimus cesar dignetur talem pium dominum locumtenentem Budae constituere et relinquere, quem de omnibus ipsorum necessitatibus liberrime quilibet conuenire ac adire possit, et relationem bonam ab eodem accipere, et quj pauperes colonos simul etiam dominos Barones in eorum libertatibus conseruet ac defendat, neque aliqua molestia eos afficere velit, vt possint omnes sub fidelitate et clementia potentissimi cesaris, in pace et tranquillitate vivere, et pro salute ac longissima vita jnuictissimj cesaris deum altissimum perpetuo orare.

Vltimo supplicant Maiestati suae, tanquam domino ipsorum clementissimo, vt potentissimus cesar aliquibus literis assecuratorijs de clementia suae Maiestatis ita eos certificare et confirmare dignetur, vt penes illas confidenter in fidelitate Maiestatis suae permanere possint, et quibus literis etiam alios dominos, quj in externis Regionibus viuunt, ad clementiam suae Maiestatis pertrahere valeant.

Desiderium autem potentissimae cesareae Maiestatis de mittendis victualibus et ordinandis muneribus, ac soluendo censu, intellexerunt; juxta optatum igitur cesareae Maiestatis paratj sunt et victualia prebere, et munera conficere et censum soluere, omnia denique secundum mandatum potentissimj

cesaris agere, dummodo sua Maiestas dignetur ipsos, secundum optata ipsorum, pro sua clementia conseruare.

Kívül: „Instructio ad Thurcam."

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

XIX.

1543. Augusztus.

Werner Györgynek Ferdinánd királyhoz intézett jelentése a derecskei részleges gyűlésről.

Cum Domini Andreas de Bathor, Sigismundus Balassa et Caspar Seredy ex congregacione cum domino Thesaurario episcopo Waradiensi et nonnullis alijs dominis ac nobilibus in Derechke habita redirent, petiuerunt a me, vt quanquam ex eadem congregacione deputatus sit ad Maiestatem vestram Nuncius magnificus Dominus Caspar Dragffy, qui de actis istius congregacionis Maiestatem vestram faciat certiorem, tamen ego per priuatum vnum atque alterum nuncium cum literis meis preuenirem, et Maiestatem Vestram de ijsdem tractatibus informarem, quod ego non potui nec debui recusare.

Inprimis itaque, quia propositum fuit per dominum Thesaurarium, quod a Maiestate vestra commissionem et informationem habeat, ut quibuscunque potest modis ditionem et subditos Maiestatis vestre in hoc Regno conseruandos curaret, visum est eidem et alijs quibusdam, ut mitterentur ad Cesarem Turcarum Budam Nuncij, qui eidem nomine ipsorum uerba darent ac obedienciam pollicerentur, vtque in singulis comitatibus fieret collatio victualium, qui similiter Budam et ad Exercitum Turcarum deportarentur. A qua re quamuis dictorum dominorum animi prorsus abhorrerent, ut qui impium et nefarium esse ducerent commeatum et alimenta prebere hostibus, excidium Patrie sue ac religioni Christiane machinantibus, aut aliquid facere, quod debita Maiestati vestre fidelitate et bonorum virorum officio esset indignum; tamen cum intelligerent dictum Thesaurarium, pretensa Maiestatis vestre facultate et authoritate, non tantum in hoc proposito perstare, sed

etiam collecta ex certis comitatibus victualia dudum misisse Budam et quottidie mittere, assenserunt et ipsi Nunciorum ad Turcarum Cesarem missioni, his tamen legibus: ut nunciata ipsa, salua et illabefactata fide Maiestati vestre debita plane irrita et nulla essent ac haberentur, vtque tantum species quedam esset obediencie, non uera obediencia, que Turce offeretur; quod quidem ab omnibus in dicta congregacione existentibus approbatum est.

Quantum uero ad victualia attinet, conuenerunt inter se dicti tres domini, quod ex alijs comitatibus nihil Turcis sine singulari et expresso Maiestatis vestre mandato subministretur.

Ceterum exemplum legacionis ad Turcam, cum Registro victualium, Maiestas vestra presentibus habet adiunctum.

Quia uero dicti tres domini sperant Turcam, dei imprimis omnipotentis auxilio, studioque et consilio Maiestatis vestre, rebus quas animo concepit maxima ex parte infectis, retro abiturum: rogant ijdem domini Maiestatem vestram, ut in ipsius discessu e uestigio et sine ulla mora, quatuor aut quinque hominum millia ultra Tibiscum uersus Varadinum et Transsyluaniam expediat, et ea loca, que jdem Thesaurarius sibi parere et seruire cogit, Imperio Maiestatis vestre subijciat, jure nam hoc aiunt in vniuersum Maiestatis vestre rebus plurimum expedire, dubia presertim dicti Thesaurarij fide, qui partim nominis Maiestatis vestre, partim tutele filij Ioannis Regis pretextu, id unum studere et querere uidetur, ut sibi in dictis locis perpetuum dominium constituat, et comodis huius Regni, que predictis fere locis continentur, solus perfruatur, aut certe ea potius dicto Ioannis filio quam Maiestati vestre perfruenda relinquat.

Capita legacionis domino Dragffÿ commisse, simul cum alijs certis articulis, quos domini in dicta congregatione inter se concluserunt, ex voluntate eorundem trium dominorum, similiter presentibus adiunxi, quos Maiestas vestra cum alijs scriptis ita tenere sciet, ne ideo dominus Dragffÿ hinc premissas esse sciat. Ceterum, cum ex prouentibus episcopatus Transyluaniensis, qui ad Thassnad administrari solent, bona summa pecuniarum parari et colligi possit, videtur ijsdem tribus

dominis, ut Maiestas vestra eos prouentus non saltem ab vno aut altero percipi sinat, sed ex ijsdem alijs quoque suis seruitoribus, ac inprimis Balthasari Bornemiza et Vrbano Bathÿanj prouideat, qui ad Maiestatis Vestre seruicia semper sunt parati.

Qualis sit dominorum inter se confederatio, Maiestas vestra ex articulis super ea factis intelliget, quia videtur nullam aliam ob causam esse facta, quam ut hi, qui sibi urgente conscientia sua, a Maiestate vestra timent, securi esse, et practicas suas tanto liberius exerceant; consulit Seredy istam confederationem esse Maiestatis vestre authoritate soluendam idque hac ratione, ut Maiestas vestra significet sibi tales particulares confederationes displicere, neque his opus esse propterea, quod inter subditos suos nullam diffidentiam esse, eosque inter se libere et secure agere, tractare et conuenire uelit. Videtur etiam Monachus hoc quesiuisse, ut solutus metu per hanc confederationem Cassouiam ingrediatur, aut si opus sit alio se proripiat. Censet quoque Seredy ipsum Dragffÿ in Aula Maiestatis vestre, spe bone expedicionis, retardandum, donec isti motus paululum conqùiescant; nam et ipse uidetur vnus ex his, qui in Monachum sunt propensiores.

Quod autem petitur de electione eorum, qui cum plena autoritate Maiestatis vestre rebus presint, videtur eidem Seredy, quod quamuis multe et iuste sint querele contra dominos, qui Posonij sunt, et iam quasi pro comperto habeatur, nihil pene in illo consilio geri, quod Monachus non resciat, tamen Maiestas vestra sinat rem eo, quo hactenus modo procedere, donec generalis aliquis capitaneus adueniat cum exercitu, qui omnino celerrime a Turcarum Imperatoris discessu erit expediendus uersus Transsyluaniam, quatenus Maiestas vestra peruersis istis machinationibus finem imponere et hoc Regno potiri cupit.

Miratur Seredy, cum Thesaurarius iactitet se occultam cum Maiestate vestra intelligentiam et ab eadem authoritatem, ad faciendos cum Thurcis et alijs tractatus, habere, quod nihil sibi aut domino Bathorÿ de ea re est significatum, et refert profecto plurimum, ut Maiestas vestra ipsos de eo informet, ut si ita res se habet, possint se isti intelligentie confir-

mare, sin minus ut cum illo colludere sciant, nam pretextu istius intelligentie multa fieri et persuaderi possunt.

Az irat élén: „De conclusis in congregatione."

(Egykorú másolata, melynek nagy része titkos jegyekkel van írva, a bécsi titkos levéltárban.)

XX.

1543. Október 4.

A Pozsonyban egybegyűlt főrendek válasza Ferdinánd király előterjesztésére.

Responsio Praelatorum et Baronum Regni Hungariae, Posony existentium, ad Propositiones Sacrae Regiae Maiestatis, die secunda mensis Octobris Anni MDXLIII., Posonij eis factas.

Sacra Regia Maiestas, domine clementissime. Intellexerunt Praelati et Barones Regni Hungariae, fideles vestrae Maiestatis, ea quae Maiestas vestra sacratissima nudiustertius proponere ipsis in consilio dignata est, et quomodo status atque Ordines Regni Bohemiae, prouinciarumque tum illi Regno annexarum, tum haereditariarum vestrae Maiestatis, copias suas ad hunc usque locum aduersus hostes eductas, proposuissent ulterius in expeditionem ceptam, nequaquam hoc tempore dimittere; allegantes tum hyemis instantis asperitatem, ex qua multa pericula ipsi sibi formidabilia fecerunt, tum uero morborum in dies magis in exercitu ingrauescentium saeuitiam, et perpaucorum etiam Hungarorum praesentiam, asserentesque relicto certo gentium numero in presidium finitimorum locorum per hanc hyemem, rursus primo uero sese affuturos presto ad mandata vestrae Maiestatis, et ideo discedentibus his copijs oportere Maiestatem vestram inceptam prouinciam descendendi ad Regni huius eliberationem in aliud tempus reijcere, jnterimque Maiestas vestra consulit benigne ipsos fideles suos: quid iam potissimum pro recta finitimorum locorum munitione fieri debere censeant?

Ad quae quidem omnia fideles praedicti vestrae Maiestatis, pro sua in Maiestatem vestram fide singulari, qua illi in omne tempus deuincti sunt, proque officij eorum racione, syncere et libere sic respondent: Sese audita hac subita animorum mutatione, hac noua insperataque deliberatione dominorum Bohemorum et aliorum prouincialium, quos sane ideo conuenisse huc armatos constans fama erat, ut recta aduersus hostes, atque recuperanda ea, quae amissa sunt in hoc Regno, proficiscerentur, jncredibili sane admiratione et perturbatione animi correptos esse, adeoque ea re perculsos, ut si in hoc proposito abeundi persistatur, jneuitabile iam pene excidium Hungariae, circumuicinarumque prouinciarum ex eo facile consecuturum ominentur, quemadmodum statum rerum praesentium intuenti, et ea quae circumstant pericula, quaeque hactenus gesta sunt, exacte consyderanti, facile licebit intelligere.

Et quoniam rationes, quas prefati domini adducunt, quominus inceptae prouinciae liceat insistere, haud quaquam tanti momenti videntur esse, ut in tanta spe bene gerendae expeditiones, tantis sumptibus factis, tantoque terrarum spacio emenso, tam repente a preclaro sanctissimoque jnstituto absterreri debeant: Praelati et Barones hic existentes hoc primum affirmant vestrae Maiestati, sese, uti debent, et saepenumero obtulerunt, paratos esse ad omnes casus penes vestram Maiestatem et pro fide Christiana, pro patria, omnia pericula, omnia incommoda intrepide subire, vitamque et fortunas profundere in seruitium vestrae Maiestatis et patriae defensionem, neque dubitare, quin reliqui item domini ac nobiles absentes hoc idem facturi sint, confestim et ipsi viritim omnibus eorum viribus affuturi, ubi vestram Maiestatem ad defensionem Regni armatam personaliter in expedicionem descendere et institutam sequi prouinciam fuerint conspicati. Cuius quidem ipsorum animi etsi multa manifestaque judicia habet Maiestas vestra, precipueque ipsorum omnium firmas oblationes et antea proxime Maiestati vestrae factas, ut plane dubitare amplius ea de re minime debere videatur, illud tamen euidentissimo argumento esse potest, quod aduentu externi principis superiori anno cum exercitu ad obsidionem ciuitatis Pesth, in spem salutis erecti, jussu vestrae Maiestatis eas nimirum copias in

castra sub Pesth posita Hungari secum adduxerunt, usque adeo et numero et genere firmas, ut ipsos quoque externos duces ac milites in admirationem adduxerint, post tot tantasque calamitates Hungariae afflictas vix unquam existimare potuisse, tantum militarium virorum multitudinem ex his Regni reliquijs posse constare. Quo magis credendum est, eosdem hoc tempore caeterosque omnes, conspecta persona vestrae Maiestatis Regis ac Principis sui, in tam extremis rebus nihil non ausuros, et viritim ad unum insurgentes facile declaraturos esse: sese vbi externa quibus iam carere non possunt auxilia non desint, ad interitum usque more maiorum pro patria proque nomine et fide Christiana depugnare paratos esse.

Nam quod obijciunt perpaucos huc uenisse ex Hungaris, quorum absentia nonnihil ab instituto opere deterriti status atque ordines predicti videantur esse; respondent Praelati et Barones supradicti: Maiestatem vestram proximo mense Augusto edicto suo iussisse omnes ex Hungaria Nittriam et Jaurinum conuenire, quo cum propter temporis breuitatem, et uim hostis formidabilis, in uisceribus Regni tum collocati, uenire nequiuissent, quemadmodum de ea re vestrae Maiestati antea est significatum, superioribus diebus ex Znoÿma rursum ad Owar uel Jaurinum conuenire iussi sunt, et cum vixdum exijsset edictum hoc secundum in partes Regni longinquiores, Majestas vestra huc perueniens tercio addidit, ut ad Comaron omnes accederent, eodem se cum exercitu propediem absque omni dubitatione profecturam affirmans. Cum igitur Posonium uocati nulli sint, quippe quod etiam minime fuerat necessarium, quid sit quod causentur Hungarorum ab hoc loco absentiam ceterae nationes, profecto non constat. Quod si Maiestas vestra (uti obtulit) ad designatum praescriptumque subditis suis locum cum exercitu descenderet, tum demum intelligeret Majestas vestra, jntelligerent et exterae nationes, quantum spei sibi in Hungarorum uiribus ponendum foret, quid illi etiam supra uires penes Regem ipsorum, dudum omnibus expectatissimum, certatim praestarent, cum et illi, qui nunquam hactenus in fide vestrae Maiestatis extiterunt, perspecta re ipsa uoluntate vestrae Maiestatis defendendi hoc Regnum, etiam cum sui capitis periculo uenire cum jngentibus copijs ad ser-

nitium vestrae Maiestatis ultro alacres obtulerint se iampridem.

Porro, quod asperitatem hyemis adducunt prefati domini status atque ordines, unde magna sibi pericula pertimescunt, sic ad id respondent: hyemem nondum adeo instare, neque adeo glacies et tempestates in his locis saeuire solitas esse, quin hos duos menses et amplius milites in castris esse, hostiles munitiones oppugnare, et alia munia queant obire, quae in bellis consueuerunt, cum etiam recenti memoria constet, predecessores vestrae Maiestatis diuos Reges, maioresque nostros clarissimos duces, maximis periculis et laboribus aditis, preclaras expeditiones cum summa eorum laude, totius uero Christiane Reipublice commodo, hoc anni tempore, adeoque in ipsa media hyeme fecisse, hostibus ex eorum sedibus acriter pulsis, et arcibus ac propugnaculis expugnatis. Quod quidem dominis Bohemis et alijs illis auditum esse potest, quando etiam nunc superesse inter eos plaerosque fama est, ex multis, qui et ipsi magno numero egregijs huiusmodi facinoribus interfuerunt. Quid? quod ea ipsa, quae proximis annis auspicijs vestrae Maiestatis in Hungaria gesta sunt, a suis Ducibus, dum niue et glacie regio haec passim obruta esset, jnque ipsis medijs hyemis algoribus, eiusmodi sane sunt, ut status atque ordines praedictos ultro excitare deberent, ad capessendam toto pectore prouinciam hanc institutam, cogitantes illud maxime, quantum terroris hostibus illaturum hoc sit, si tali tempore irrumpere in illos fuerint ausi, quantum rursum animi addet, si re omni infecta hucusque tantum uenire ausi esse uideantur.

Simili autem racione respondetur ad id, quod morbos in dies in exercitu ingrauescentes causantur; neque enim hac coeli temperie, tali uidelicet anni tempore, pestis aut ullum morbi genus uidetur grassari posse, potiusque sperandum infecta quoque corpora, si qua sunt, mitioris aurae clementia, quae in Hungaria est, diuina inprimis benignitate, ad sanitatem restitutum iri.

Et quoniam status atque ordines predicti praesidia non vulgaria se se offerunt in his partibus pro defensione finium relicturos, uidetur Praelatis et Baronibus supradictis, si id re

praestent, et necessaria presidia ad tuendos fines relinquant, ad eas copias quas reliquerint, adiunctis copijs summi Pontificis, aliorumque Principum auxiliaribus et parte aliqua prouincialium, quae trans Danubium sunt castra metatae, iusti speciem exercitus confectum iri; sic enim intelligendum est, sine magno numero gentium muniri loca finitima, terramque subiectam ditioni vestrae Maiestatis securam ab hostium excursionibus reddi non posse, quandoquidem praeter presidia in locis iam munitis imponenda, munitiones aliae et fortalitia aduersus hostium munitiones, adeoque in illarum conspectu erigenda sunt, eademque presidijs necessarijs communienda. Pari autem racione, coacto iusto hoc exercitu, Maiestas vestra etiam si alij discedant, inceptum iter persequi et ad locum usque designatum proficisci posse uidetur, ubi tandem ipsa, quod factu esse optimum iudicaret, communi cum fidelibus et subditis suis huius Regni consilio facilius commodiusque decerneret.

Qua quidem in profectione sua, ut Maiestas vestra latius intelligat, quantum momenti existiment fideles sui supradicti positum esse, sic eadem accipiat, pro certoque sibi persuadeat, nos quidem qui hic sumus, quicquid accidat, ad interitum usque seruire et parere mandatis vestrae Maiestatis paratos esse, caeterum nostrates reliquos, quorum plaerique hostium jnsultibus magis sunt obnoxij, nonnulli etiam in fide erga Maiestatem vestram uixdum radices egerunt, ubi post tot tantosque apparatus, post tot oblationes eis factas per literas et Nuncios de cura et modo defensionis ipsorum, Maiestatem vestram ultra Posonium ad locumque designatum minime progredi audiuerint, exercitumque tanta omnium expectatione coactum re omni infecta distractum regredi, frustratos iam exutosque omni spe, facile veremur in eam opinionem abituros, ut, quod iam suspicantur, Maiestati vestrae suisque populis externis tueri tantum hos fines ab hostibus cordi sit, Hungaria neglecta, et ea opinione in desperationem prope adducti sumptus proxime factos, seque ipsos despectos grauiter ferentes, hostem praepotentem intra regni uiscera tanta ui positum extimescentes, quacunque ratione poterunt, illi adhaerentes saluti suae ac fortunis consulent, frustraque tandem ullis uel minis uel policitis ad arma imposterum excitabunt penes vestram Maiestatem. Quod idem

ne et eos facere contingat, qui in fide vestrae Maiestatis hactenus constantes extiterunt, ijsdem de causis est summopere uerendum; praesertim cum ad reliqua mala et illud accedat, quod iam inter Rusticos ea licentia increbuit, ea audacia, ut hortatu hostium, a quibus ipsi spem certam habent salutis ipsorum, facto agmine irruere in dominos, et captos cum munitionibus et bonis, in potestatem hostium tradere non dubitent. Quod quidem nefarie ausuros eos multo magis est credendum, ubi exitum huius expedicionis audiuerint insperatum.

Et haec quidem mala, si non omnia, ut saltem magna ex parte cessarent, descendente Maiestate vestra ad locum usque designatum, ubi communi cum Hungaris consilio ea statueret, eaque perficeret, quaecunque e re et tempore magis esse comperirentur, et ut nihil hoc anno ab hostibus recuperaretur, illud certe prestaret Maiestas vestra, ut confirmatis in fide et deuotione fidelium suorum animis, liberatisque ab eo metu et desperatione, quam supra diximus, modum ipsa et rationem iniret facilius una cum ipsis tuendae ditionis suae per hanc hyemem, et eos ardentiores redderet ad insurgendum uere proximo ad generalem expeditionem penes se, certa spe illis eius rei proposita, alacres demum ad omnia munia facilioresque haberet, agnoscentes Regem se et Principem habere, qui inter ipsos communi consilio saluti defensionique ipsorum prospiciat, quique communia pericula sibi cum illis esse uelit.

Quae omnia supranominati Praelati et Barones fideles vestrae Maiestatis pro sua fide eximia, qua Maiestati vestrae tenentur, proque eorum officio, et ea charitate, quam patriae debent, syncere et libere Maiestati vestrae explicare a se minime alienum esse tali tempore duxerunt, supplicantes, ut ea Maiestas vestra sacratissima benigne clementerque accipere, uti a fidelissimis seruitoribus, dignetur.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

XXI.

1543. Október 4.

A Pozsonyban egybegyűlt főrendeknek, Ferdinánd királyhoz intézett felterjesztése.

Sacratissime Rex, domine clementissime.

Cum maiestas vestra sacratissima significarit, copias exterarum nacionum, quas in defensionem Reipublice Christiane, et conseruacionem huius afflicti Regni arma sumpsisse credebamus, procedere contra hostes ad recuperanda amissa loca nequaquam velle, sed domum redire constituisse, et propterea cupiat Maiestas vestra mentem et consilium nostrum cognoscere de hijs, que in hoc reditu copiarum externarum ad tuendum hoc Regnum facerent, voluimus maiestati vestre opinionem nostram paucis declarare.

Imprimis cum constet remedia respectu virium et conatuum hostis esse adhibenda, maiestas vestra non ignorat, Turcas principalia loca huius Regni occupata tenere, arces videlicet Walpo, Soklyos, Quinqueecclesias, Zaaz, Anÿawara, deinde Albam Regalem, Strigonium, Budam et Pesth, minora fortalicia commemorare nolumus, credimus tamen pro certo prenominata loca sine presidio sufficienti Turcam nullomodo relicturum, adeo vt cum ad res gerendas ex confinijs predictis euocare presidia et expedire uoluerit, vel ipse, vel eius profectus principalis facile ex contractis presidijs habebit decem vel duodecim millia hominum adminus, dempto exercitu, quem in Bosna et Posega alit, qui octo aut nouem millium numerum solet complere.

Itaque cum hostes in confinijs predictis, tantum numerum gentium habeant, et hijs freti ad vtramque prouinciam, citra videlicet et vltra danubium excursiones facere, dicionemque maiestatis vestre vexare aut occupare intendant ad omnem occasionem, existimamus sacratissime Rex opus esse, vt vicissim maiestas vestra eum numerum equitum et peditum instruat,

qui racionabiliter conatibus hostis obsistere, et ab vtraque parte danubij dicionem maiestatis vestre tuere possit.

Propterea copijs hostium consideratis, et locorum finitimorum, que hostes obtinent, racione habita, videtur nobis sacratissime Rex, vt a citeriori danubij e regione Strigonij, vbi videlicet commodius et magis e re maiestatis vestre et Regni sui videretur, fortalicium quoddam erigendum maiestas vestra curet, mille equitum vel circiter capax, ad ripam fluminis Gran, tum vt Vaciam recuperandam curet, quam intelligimus non ita munitam esse, vt facile deijci inde hostes nequeant; tertio, vt in possessione Jazberÿn castellum construatur, claustrum vero de Saag bono numero gentium, jngenijsque et pulueribus necessarijs muniatur, sepesque eiusdem restaurentur, et terra repleantur.

Hec, quia citra presidium exercitus presentis curari et perfici non possunt, dignetur maiestas vestra vel tantisper expedire ad ea loca copias istas presentes, quoad et Vacia recuperetur, et duo loca predicta muniantur, tum opere et municionibus, tum presidijs impositis ad arcendam hostium excursionem.

Ex altera vero danubij parte, quia plura sunt et longius extensa, que per hostes possidentur, existimamus necesse esse, vt plurium item locorum muniendorum cura habeatur; jmprimis itaque Komaron, Wÿssegrad, Jaurinum, deinde Thatha, Papa et Wesprimium presidio firmentur, nec est adeo diruta Arx Thatha, vt paruo labore refici non possit ad recipiendos milites. Hijs locis prouisis consuletur jncolumitati parcium superiorum vsque ad lacum Balathon, contra insultus, qui ex Strigonio et Alba fierent. Tum prouidende sunt arces Zÿgeth et Debregezth, vt ab excursione eorum, qui Quinqueecclesiis et locis finitimis sunt, regio omnis defendatur.

Ad hec itaque confinia tuenda, ab vtraque parte danubij, videntur necessario requiri sedecim millia hominum adminus, ita vt tria aut quatuor millia ex hijs pedites sint, reliqui equites, qui secundum locorum exigenciam in confinia omnia prescripta distribuantur, pedites tamen debebunt esse Hungari, qui et propter exercicia, et locorum noticiam alijs vtiliores videntur; vtque hijs seducim millibus hominum vnus aut alter

capitaneus principalis preficiatur, qui loca predicta confiniorum tueantur et curent ex vtraque parte danubij, qui habeant semper mutuam intelligenciam cum locumtenente et consiliarijs, curentque defensionem Regni ab hostibus, et illud quoque, ne bona cuiusquam diripiantur, nam alioquin nec ad particularem, nec ad generalem expedicionem fideles sue maiestatis poterunt esse parati; jnsuper in predicta loca preficiant presidijs singulorum locorum singulos strenuos viros, siue ex dominis, siue ex militaribus viris, modo tales, qui non domi sue, sed in loco designato, non in ocio et quiete, sed in negocijs et exercicijs defensionis occupentur assidue, non tamen diripiant res colonorum, sed defendant, et milites non occupatores aut grassatores, et extra locum confiniorum ipsis designatum, potissimum vero in villis nequaquam alantur, cum jd sine colonorum oppressione fieri non possit.

Ex quo autem hostes, qui Bude et in Pesth et Strigonij sunt, potissimum huic citeriori prouincie jmminent, vnde videlicet et victualia habere contendunt, et ex fodinis pecunias; necesse est, vt huius regionis defendende potissima racio habeatur.

Preterea, cum per Regnum Sclauonie, tantopere vexatum, videantur hostes ad ceteras quoque maiestatis vestre prouincias hereditarias penetrare, dignetur clementer illius quoque Regni sui, et confiniorum eius curam habere; pauca quidem iam restare videntur in Sclauonia, sed ea tamen maxime pro commodo reliquarum prouinciarum negligenda non putamus, cum per Thurcas Boznenses, et eos, qui in Posega sunt, grauiter vexentur.

Imprimis arx Welÿke hostibus vicina est, postquam a tergo sunt Plodÿn et Monozlo, circa Sauum flumen.

Ad Drauum vero sunt Berzencze et Werewcze, postea quedam alia, vt Pekrecz, Petrowÿna et nonnulla alia.

Deinde Crisum et loca episcopatus Zagrabiensis.

Que omnia maiestas vestra intelligat ita esse destituta, vt ex redditibus suis conseruari nullomodo possint; fortalicia quoque Episcopatus non sufficiunt ad suam conseruacionem, cum coloni in multis locis desint, et sicubi sunt, decime tamen denegantur.

Quare cum ad Regni Sclauonie confinia tuenda nominatim prouisio requiratur, dignetur maiestas vestra de solucione bani et presidio locorum necessario gratiose cogitare.

Generaliter autem ita maiestas vestra sacratissima existimet, quod tam in Hungarie, quam Sclauonie presidijs, hoc vehementer considerandum est, quod non ad vnius mensis aut trium mensium spacium seruari presidia et defendi loca confiniorum debebunt, sed tantisper, donec expedicio generalis suscipiatur, et iccirco limitari presidia debent, vt diuturna sint et durabilia.

Videt quidem maiestas vestra particulari conatu, et qui cum ruina publica in medio cursu desistat, exhauriri nostras res, hostium vero res pariter et animum crescere; dignetur non solum pro nostra, sed omnium prouinciarum maiestatis vestre incolumitate et salute, iam tandem graciose dare operam, vt generalis expedicio suscipiatur, adsintque in futurum Marcium mensem copie, quibus contra hostem totis copijs et viribus, auspice Christo, rem feliciter gerat maiestas vestra.

Cui humillime supplicamus, vti domino nostro clementissimo, dignetur in hoc Regno suo perseuerare neque discedere, nisi prius omnia, que ad confinia prouidenda et firmanda, tum ordinem et modum certum inter fideles suos constituendum spectare videbuntur; censemus enim fideles suos et imprimis dominos, vt in officio contineantur, et patrie tuende operam dent, neque hoc discessu copiarum Maiestatis vestre in desperationem cadant, et aliter de rebus suis consulendum putent, admonendos et exhortandos esse, siue id in dicto conuentu fieri commodius posse videatur, siue per nuntios maiestatis vestre nomine expediendos.

Ceterum intelleximus ex certis fratribus et amicis nostris, presidium illud decem militum, quod domini status Regni Bohemie hic relinquere intendunt, non vltra spacium duorum mensium duraturum; quod si ita esset, Maiestas vestra considerare potest, tam breui tempore, nec fortalicia noua e regione hostium pro defensione Regni erigi, nec ea, que nunc in potestate nostra sunt, diu conseruari posse, postquam tamen iam defensionis huius Regni et securitatis eorum racionem habere decreuerunt, dignetur Maiestas vestra agere et concludere cum

dominis Bohemis, vt presidium hoc oblatum, vsque ad proximam generalem expedicionem alere et conseruare velint, ita rectius consuletur tum nostre defensioni tum illorum securitati.

Sacratissime Maiestatis vestre fideles seruitores Prelati et Barones Hungarie Posonij existentes.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

XXII.

1543. Október 6.

Ferdinánd király válasza a Pozsonyban egybegyűlt főrendek felterjesztésére.

Responsum Dominis Prelatis et Baronibus Posonij existentibus datum.

Sacra Romanorum Hungarie, Bohemie etc. Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus, benigne auditis et intellectis tum responsione, quam Reverendissimi, Reverendi, Magnifici dominj Prelati et Barones Regni Hungarie, fideles sui hic Posonij existentes, Maiestati Sue ad propositiones ipsius fecerunt, tum etiam alia per eos oblata scriptura, qua mentem et consilium suum de modo et ratione tuendi et muniendi presidijs loca hostibus finitima, deque alijs huc pertinentibus declararunt et proposuerunt, ad ea sequenti modo clementer respondet.

Et primum quidem, quod ipsi Domini Prelati et Barones in predicta ipsorum Responsione multis rationibus adductis Statuum et ordinum Regni Bohemie et prouintiarum eidem incorporatarum causas rationesque, cur ulterius progrediendum esse non existimant, refutant, et summo quo possunt studio continuationem cepte expeditionis suadent; Maiestas sua dicit se minime dubitare, quin ijdem Dominj Prelati et Barones optime perspectum et cognitum habeant, Majestatem suam omni quo potuit et debuit studio, ratione et suasione, atque etiam serio apud predictos status et ordines instetisse, egisse et solicitasse, vt vnanimi voto et sententia susceptam expeditionem continuare, et vlterius contra hostem progredi

vellent, jd tamen apud eos obtineri non potuisse, prout ipsi domini Prelati et Barones tum oretenus a Maiestate sua, tum etiam ex responsione eorundem statuum illis data abunde iam intellexerunt; fuisse etiam nonnullos ex ipsis Baronibus, qui cum de illorum opinione, tanquam rerum bellicarum scientes, interrogarentur, hujusmodi expeditionem, allegatis in id causis, prosequendam esse non censuerunt. Itaque postquam iam nulla spes continuande expeditionis cum toto exercitu, qui aderat, reliqua est, Maiestas sua cum minori apparatu infirmioribusque copijs eo minus sibi descendendum esse arbitratur. Et proinde Maiestas sua reiecta ad annum proximum huiusmodi expeditione, illa alia, qui ipsi domini Prelati et Barones de muniendis scilicet et firmandis confiniorum locis proposuerunt, suscipienda, tractanda et agenda esse censet; attamen Maiestas sua Regia eorundem Dominorum Prelatorum et Baronum fidei synceritatem, qua impulsi dictam expeditionem a Maiestate sua continuandam suaserunt, nonnisi eo quo debet animo, id est plane clementi suscipit, et in optimam partem istiusmodi eorum adhortationem interpretatur.

Cum itaque iam nunc de munitione locorum finitimorum agendum sit, in eo eum modum eamque viam et rationem suscipiendam esse Maiestas sua censet, que pro rerum statu et conditione necessario fieri possit et debeat. Et primo, quantum ad erectionem fortalicij in ripa fluminis Gran, regione Strigonij, nec non ad recuperationem Vacie attinet, sententia et opinio Maiestatis sue est, quod ad ea efficienda ferme non minori exercitu, quam si Strigonium oppugnari deberet, opus esset, neque minore cum periculo fieret, quam oppugnatio Strigonij. Erectionem enim hujusmodi fortalitij fieri non posse, nisi adhibeantur tante Gentes et copie, que impressionem hostium in laboratores repellant et sustineant, ad id autem propter propinquitatem hostium justum exercitum requiri, quem tamen eo demitti nunc non posse superius demonstratum est. Pari ratione recuperationem Vacie, que in ipsis hostium faucibus sita est, sine exercitu et Bombardis etiam murifrigis adhibendis sperandam non esse. Quare Maiestas sua non videt, quomodo in hac re ipsorum Dominorum Prelatorum et Baronum sententie, consilio et monitioni subscribere pro nunc queat.

Claustrum vero de Saag Maiestas sub presidijs et munitionibus necessarijs firmari opere precium esse, vna cum ipsis dominis Prelatis et Baronibus existimat, idque fieri curabit; cupit proinde Maiestas sua ab eis edoceri, quibus gentibus et quanto numero id recte effici possit.

Quod ipsum sibi etiam de constructione et munitione Castelli in possessione Jazberinj notificari Maiestas sua optat; ab ipsis tamen dominis Prelatis, Baronibus et fidelibus suis Regnicolis curandum esse censet, ut castellum illud construatur et muniatur.

De alijs autem locis muniendis, cum hostes iam ex castris pro maiori parte discesserint, et reliqui in dies discedant et numero imminuantur, sicuti fidedigna explorationum ostensione ad Maiestatem suam perfertur, jdcirco eam rationem iniri posse existimat Maiestas sua, ut ab ijs copijs, que a regno Bohemie et prouintiarum incorporatarum pro presidijs confiniorum relicte sunt, cura defensionis terrarum finitimarum, pro rei occasione, oportunitate et necessitate geratur, sicuti Maiestas sua ordinem clementer de eo datura est.

Preterea non latere arbitratur Maiestas sua Regia prefatos Dominos Prelatos et Barones, etiam a prouintialibus hereditariarum prouintiarum Austrie deputatas esse Gentes ad tuitionem confiniorum, quas Maiestas sua ad illa loca, que ab ipsis in ulteriori Danubij parte enumerata sunt, et prout ipsi domini prelati et Barones consulunt, recte diuidendas et disponendas, et alias etiam quascunque poterit adiungendas curabit et studebit, ita ut confinia Maiestatis sue ex utraque parte Danubij pro nunc satis firmis presidijs munita sint.

Quod Maiestatem suam de capitaneis presidijs confiniorum preficiendis admonent, id sane Maiestas quoque sua non potest nisi gratiose probare. Elegit autem et deputauit iam nunc Maiestas sua ex parte prouintiarum suarum Austrie Magnificum Dominum Ioannem Ungnad liberum Baronem etc., mandabitque illi Maiestas sua, ut ea diligenter prestare studeat, que strenuum, probum, fidelem et diligentem capitaneum decent.

Quo vero ad loca Slauonie, que similiter munienda et non deserenda esse censent, licet Maiestas sua illis quoque presto

esse et subuenire presidijs cuperet, cum id tamen facere non possit, sicuti ipsi domini Prelati et Barones facile consyderare queant, eosdem Maiestas sua clementer hortatur et requirit, ut ipsi viam, modum et rationem inire et suscipere velint prouidendi locis illis de presidijs et Bano de solutione, atque ut castellum predictum in possessione Jazberin construant et muniant. Existimat enim Majestas sua decens et conueniens esse, ut fideles Regni sui Hungarie, utpote quorum nunc maxime res agitur, in omnia conseruationis, defensionis et salutis patrie sue studia totis viribus vna cum reliquis Regnis et dominijs nostris incumbant, alacriterque auxilia sibi ipsis inuicem ferant, jdque etiam ob hanc causam, ut etiam exteras nationes suo exemplo ad ferendas ipsis suppetias alacriores reddant, quod tunc procul dubio fiet, cum extere nationes viderint ab Hungaris fidelibus Maiestatis sue ea prestari, que adhuc eos prestare et facere posse cognoscitur. Requirendo proinde Maiestas sua dictos Dominos Prelatos et Barones, ut Majestati sue declarare et aperire velint, quid ipsi vicissim muniendorum Sclauonie locorum causa, et in prouidendo de solutione Bano, et de constructione castelli predicti in possessione Jazberin, deque alijs ad hanc confiniorum defensionem pertinentibus facere velint et intendant.

Porro, quod Maiestati sue ijdem dominj Prelati et Barones proponunt, hoc cumprimis consyderandum esse, quod non ad vnius mensis aut trium spacium seruari presidia et terra confiniorum defendi debebunt, sed tantisper, donec generalis expeditio suscipiatur, et deinque Maiestati sue omnem operam dandam esse, ut hujusmodi expeditio ita instituatur, ut in futurum mensem Martium copie adsint; Maiestas sua in eo maximopere necessarium esse existimat, sese propterea ad conuentum post festum diui Martini proxime futurum Prage celebrandum conferre, ut copiarum Bohemicarum intertentionem, que pro presidijs relicte sunt, usque ad futuram expeditionem obtinere, et denique omnia alia, tam apud Sacri jmperij status et ordines, quam prouintiales suos agere, tractare et concludere possit, que ad tuitionem, eliberationem et salutem afflicti Regni Hungarie facere videntur, presertim cum ea in Maiestatis sue absentia recte agi et effici non possint.

Ex quo vero ipsi domini Prelati et Barones censent, a Maiestate Regia fideles suos admonendos esse, ut in officio contineantur et patrie tuende operam dent, et aliter rebus suis consulendum non putent; Maiestas sua regia in eo ab ipsis Dominis Prelatis et Baronibus edoceri cupit, quomodo id vel per litteras ad ipsos dandas, vel per Nuncios ad eos expediendos fieri debere existimant, requirendo ipsos Dominos Prelatos et Barones, ut litteras conscribendas curent, ut Maiestas sua illum ipsum modum videre possit.

Postremo, quantum ad perseuerandum hic in Regno attinet, postquam status et ordines Regni Bohemie et prouintiarum eidem annexarum copias decem millium hominum hic relinquunt, Prouintiales Austrie quattuor millia equitum et mille Martalossos intertenent, et alioqui Maiestas sua Comarij et in Classe, sicuti ipsi domini Prelati et Barones sciunt, Gentes habet, ita ut facile sedecim hominum millia expleant et ultra, et hoc pacto, que ad defensionem et tuitionem finitimorum locorum pertinent, satis prouisa fore etiam ipsorum dominorum Prelatorum et Baronum judicio videantur: Maiestas sua diutius hic sibi morandum esse non censet, ex quo tum ad obtinendam, uti supradictum est, ulteriorem presidiorum intertentionem, tum ad ea agenda et curanda, que ad futurj anui expeditionem pertinent, presentia Maiestatis sue requiritur.

Et quoniam opere precium est, et prefati status et ordines regni Bohemie id petiuerunt, Maiestas sua Regia eosdem Dominos Prelatos et Barones clementer hortatur et requirit, ut curent, ut ex hoc regno aliqui nuncij et oratores ad dictum conuentum Prage celebrandum expediantur, cum plena facultate et potestate agendi, tractandi et concludendj omnia, que ad durabilia presidia et futuram expeditionem pertinebunt.

Cum igitur ipsi Domini Prelati et Barones iam nunc plane perspecta et cognita habere possint tam ea, que hactenus pro ipsorum tuitione, conseruatione et salute Maiestas sua fecerit, quam que in posterum agere intendat; Maiestas sua dictos dominos Prelatos et Barones gratiose requirit, ut ex Maiestatis sue hinc discessu nullam animi deiectionem aut remissionem, sed potius solamen capere velint, et alios quoscunque

siue per litteras siue verbis id facere poterunt, ad hujusmodi animi robur firmitatemque inducant et hortentur, et denique nihil eorum, que ad conseruandos in fide et obsequio subditos et fideles Maiestatis sue fieri a se posse cognouerint, pretermittant, et de Maiestatis sue in ipsos paterna cura et propensione nihil ullo vnquam tempore dubitare statuant. De quo illos Maiestas sua etiam atque etiam vehementer admonitos atque adeo bono animo esse optat.

Datum Posonij, die VI. Octobris 1543.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

XXIII.

1543. Október.

A Pozsonyban egybegyűlt főrendeknek Ferdinánd királyhoz intézett második felterjesztése.

Sacratissime Rex, domine clementissime.

Prelati et Barones Regni Hungarie fideles Seruitores et subditi vestre Maiestatis hic Posonij existentes intellexerunt rursus ea, que Maiestas vestra sacratissima ad eorum scripta nuper ei porrecta respondere dignata est.

Et primum, quod commemorat Maiestas vestra sacratissima, diligenter se jnstetisse atque solicitasse apud status et ordines Regni Bohemie, prouinciarumque illi incorporatarum, vt susceptam expeditionem continuare, et vlterius contra hostem progredi vellent, sed nequaquam ab eis obtinere potuisse, subiungitque Maiestas vestra fuisse etiam nonnullos ex Baronibus, qui interrogati de illorum opinione, expeditionem non persequendam esse consuerint, ideoque tum his tum alijs de causis non videri iam hoc tempore cum jnfirmioribus copijs debere vestram Maiestatem descendere; fideles et subditi vestre Maiestatis sic ad hec cum debita submissione respondent: satis iam constare Maiestatem vestram sacratissimam, vti antea, ita nunc quoque fecisse et procurasse diligentissime omnia, quecunque ad salutem et conseruationem ipsorum et totius Regni sui Hungarie pertinere jntellexit, et quod nunc quoque cum exercitu jntegro parata fuit Maiestas vestra per-

sonaliter jncepte jnsistere expeditioni, facile omnibus declarauisse singularem propensamque suam ad ipsorum defensionem voluntatem.

Consilium autem, quod prefati fideles et subditi vestre Maiestatis superioribus eorum scriptis latius explicauerunt, porrexeruntque vnanimi voto et sententia vestre Maiestati, de continuanda expeditione etiam cum his copijs, que pro presidio finitimorum locorum oblate sunt, sicut ab optimo fidelique et syncero in Maiestatem vestram animo profectum est, ita etiam multis probabilibus racionibus, argumentis et exemplis niti fundatumque esse apparuit, quemadmodum sane Maiestas vestra facile potuit consyderare, et quicquid particulariter a quocunque ex Baronibus consultum sit procul ab alijs, jn eo certe persistunt nunc omnes, affirmantque vnanimiter descensum vestre Maiestatis ad locum vsque designatum quibuscunque poterat copijs, maximum, adeoque jncredibilem fructum Maiestati vestre et suis Regnis ac prouincijs allaturum fuisse, se vero hoc est ipsos fideles vestre Maiestatis quocunque numero gentium vestra Maiestas descendisset, cum capitibus et viribus eorum omnibus Maiestatem vestram alacriter secuturos fuisse, neque dubitassent, quin ceteri quoque domini et nobiles absentes ad vnum omnes hoc idem facturi fuissent, quemadmodum superioribus scriptis latius continetur.

Deinde, quoniam ommissa expeditione hoc tempore ad alia illa, que prelati et Barones supradicti vestre Maiestati de muniendis confinijs proposuerunt, attendendum Maiestas vestra censet, asseritque prudenter fortalitium e regione Strigonÿ erigi, Vaciamque hoc tempore recuperari posse non esse sperandum, quod ad hec maiorj apparatu, validiorique exercitu opus sit, quam vt his copijs, que pro tuendis confinijs relicte sunt, res tante curari queant; prefati fideles vestre Maiestatis et ipsi hoc idem sentiunt cum vestra Maiestate, quandoquidem non aliter ab eis consilium hoc fuerit propositum, quam si Maiestas vestra descenderet, sic enim confluentibus ad eam Hungaris, justoque exercitu conflato, tum hec tum alia etiam maiora diuino auxilio confici potuissent; posteaquam tamen id fieri posse non videtur, admonendi erunt saltem prefecti huiusmodi gentium in presidijs relictarum, vt pro rerum ac tempo-

rum occasionibus ea non dubitent aggredi, que tali tantoque gentium numero rite expediri posse videbuntur, ad commodum Regni defensionemque certiorem, siue loca munienda fuerint, siue alia agenda, ne videlicet jnaniter jnutiliterque tempus hac hyeme traducatur.

Vt vero rectius commodiusque semper ea curari et perfici queant, que e re magis vestre Maiestatis et Regni commodo esse videbuntur, debebunt prefecti externi cum capitaneis Hungaris, ac cum locumtenente et consiliarijs mutuam semper habere jntelligentiam, vt tam ad defensionem Regni, istaque alia, que aduersus hostes occurrent, quam etiam ad coercendum rebelles mutuis semper viribus omnes sint parati.

Claustrum Saag prudentissime censet Maiestas vestra muniendum firmandumque esse presidijs necessarijs, jn quo pedites ducenti et trecenti Equites collocandi erunt.

In Jazberÿn erigi quidem Castellum omnino debere videretur, vti propositum est, sed quemadmodum in ripa Gran, ita in eo loco aperto sine exercitu munitionem extrui non posse constat, et ideo vtrunque omniti hoc tempore necesse erit.

Videretur autem jnprimis oportere, pro securiori et firma tuitione huius terre, vt Maiestas sua curaret Agriam recipere in manus suas, quo in loco resideret semper alter ex capitaneis supremis Hungaris cum gentibus, curaretque, vt tam Arx illa Agriensis, quam Arces Newgrad et Bwÿak necessario presidio firmarentur; essentque necessarij jn Newgrad pedites centum, Equites quinquaginta, jn Bwÿak vero equites 200, pedites 100.

Residuum copiarum, que ab hac danubij parte pro presidio remanebunt, videretur in Swran commode posse collocari; adiuncto prefectis earum copiarum externis, nostrate aliquo rei militaris et locorum perito, habitaque inprimis jntelligentia ea de re cum domino Francisco Nÿarÿ, qui velut loci illius dominus, tum de victualibus gentibus suppeditandis, tum de alijs necessitatibus curam habebit, neque enim ad Strigonium et Komaron alia vlla munitio propinquior est, quam Swran, et tum ex eo loco, tum vero ex Agria, alijsque locis supranominatis, et ciuitates monetane cum fodinis, et maior pars ditionis vestre Maiestatis, vnde prouentus ordinarij et subsidium publicum accipitur, rite poterunt defendi.

Quod autem Maiestas vestra offert clementer, trans Danubium sese curaturam defensionem ditionis sue iuxta consilium propositum: prelati et Barones suo et aliorum nomine, gracias jmmortales agunt vestre Maiestati; pari autem racione probatur, quod Maiestas vestra Magnificum dominum Wngnod etc., cum jnstructione relicturam se offert supremum capitaneum.

Quod vero clementer hortatur Maiestas vestra ipsos fideles suos, vt racionem modumque jneant de prouisione ad loca finitima in Sclauonia facienda, deque Bani solutione; respondent ad hoc: sese, vti sepe obtulerunt, et vti debent; et cum capitis eorum periculo ad omnia jussa vestre Maiestatis paratos semper fore, non videre tamen in hoc rerum ac temporum statu quid certi offerri, nedum prestari ab eis possit vestre Maiestati.

Nam et prouentus ordinarij ex hoc Regno in Cameram vestre Maiestatis administrari soliti diminuti, et ad nihilum iam ferme redacti sunt, et tricesime, quarum redditus similiter in Cameram administrari oporteret, iampridem in alios vsus, quam ad necessitates vestre Maiestatis in hoc Regno distrahuntur, etsi ille quidem in his tumultibus grauiter imminute, propter paucitatem negotiatorum et damna ijsdem ipsis, qui negotiantur, illata. Solebat autem solutio Bani magna ex parte ex tricesima Sclauonica fieri, que a certo tempore in alios vsus conuertitur, et cum non solum Bano, sed et duobus supremis capitaneis, qui gentes tenere debebunt, solutio fieri debeat, vnde tanta summa ad horum solutiones hauriatur, non sane liquet.

Restat, vt de jmponenda generali taxa cogitetur, quod quidem ab his prelatis et Baronibus, qui hic sunt, decerni debere aut posse, ceteris jnconsultis, nequaquam videtur, quin etiam, si ab ipsis tantummodo offeratur, qui adsunt, non solum non vtile, sed damnosum valde futurum facile cernunt, Erit enim ea taxa, que de bonis eorum, qui adsunt, contribueretur, exigua admodum pecunie summa, et vbi id ad reliquorum nostratium notitiam peruenerit, in odium et indignationem concitabuntur, alienabunturque a fide vestre Maiestatis, putantes sese neglectos despici ac contemni.

Non ignorat autem Maiestas vestra, ditionem fere omnem

vestre Maiestatis trans danubium vel in potestate hostium esse, vel jncendio et depopulatione vastatam jacere, citra vero danubium pari racione magnam partem comitatuum et nonnullos etiam ex dominis parere Thurce, plerosque iam inde ab jnitio alienos esse a fide vestre Maiestatis, perpaucos superesse fideles vestre Maiestatis, adeo vt quid subsidij certo expectari hinc possit, hoc tempore haud satis constet.

Censent nihilominus supradicti fideles vestre Maiestatis, dandas esse literas per vestram Maiestatem in omnes partes ad dominos et nobiles, quibus literis racione reddita, quominus hoc temporis jncepte expedicioni non licuerit jnsisti, proposita Securitate salui conductus, speque firma future ad ver proximum generalis expeditionis, hortetur Maiestas sua euocetque omnes ad generalem conuentum pro festo beate Elizabeth proximo ad ciuitatem Cremniciam, qui locus haud jncommodus erit ijs, qui longius absunt; ad potioresque dominos absentes curet Maiestas vestra literas hasce per speciales nuntios suos perferri, qui coram etiam verbis eadem referant, que literis continebuntur, et jnstent, vt ad diem dictum et locum conueniant, certioresque facti de illorum animis referant, an venturi illi sint nec ne; vt quid ceteris faciendum sit, et an ad locum designatum proficiscendum, jntelligant; neque enim dubium est, quin venientibus dominis ad conuentum nobiles quoque suos nuntios expediant, atque ita missis demum per Maiestatem vestram oratoribus suis ad conuentum ipsum, fortasse et taxa generalis et alia pro commodo vestre Maiestatis poterunt jmpetrarj, qua in re prelati et Barones presentes manibus et pedibus laborare non ommittent.

Ex eodem generali conuentu poterunt nuntij ad conuentum Pragensem deligi, vti Maiestas vestra et status atque ordines illius Regni petunt.

Donec autem generalis huiusmodi conuentus celebratur, et taxa decernitur, videretur solutio aliqua tam Bano, quam duobus capitaneis supremis ex ordinarijs prouentibus Camere ac de tricesimis, et in sortem taxe, ciuitatibus liberis et Montanis jmponende, posse per Maiestatem vestram assignari, vt interim officium eorum possent, quatenus liceret, commode exercere.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

XII.

A BESZTERCZEBÁNYAI

ORSZÁGGYŰLÉS.

1543. November ben.

A beszterczebányai országgyűlés 1543. Novemberben.

Ferdinánd király, a magyar főpapok és főurak tanácsára, [1]) 1543. november 19-re *Beszterczebányára* országgyűlést hirdetett. [2])

Kik, és mily számban jöttek össze? Ki járt el a királyi biztos hivatalában? minderről nincs tudomásunk. *Frater György* követet küldött a gyűlésre, a biharmegyei *Pázmány Pétert* — a hasonnevű nagy primás öregatyját — ki az alsó nemesség körében magához ragadta a vezérszerepet. [3]) Az országgyűlés november 23-án nyittatott meg. [4])

A királyi előterjesztések felhívták a rendeket, hogy tekintve az ország válságos állapotát és a fenyegető veszélyeket, gondoskodjanak az egyetértés és összetartás megszilárdításáról, és véget vetve a soraikban uralkodó egyetlenségeknek, egyesült erővel lépjenek fel az ország védelmére, a közös ellenség leküzdésére.

A király visszapillantva az elmúlt évek eseményeire, előadta, mikép igyekezett az országnak belső békéjét a János

[1]) L. fennebb — lapon.

[2]) Az 1543. október 24-ikén kelt meghívólevél egy példánya Nagyszombat város levéltárában. — L. **Irományok.** I. szám.

[3]) *Werner György* 1543. deczember 15-én Ferdinándhoz intézett levelében, a beszterczebányai országgyűlésről szólván, megjegyzi: „Ejusdem monachi nuntium Petrum Pazman primas in eodem conventu tenuisse, et per hoc neminem ausum fuisse aliquid liberius loqui.“ Eredetije a bécsi titkos levéltárban.

[4]) Selmecz városának országgyűlési követei 1543. november 28-án jelentik küldőiknek, hogy pénteken (november 23-án) korán reggel „hat man der Kuniglich Maiestet instruction bey dem grossen und kleinen adl verlessen.“ Eredetije Selmecz város levéltárában.

királylyal kötött egyesség, és külső biztonságát a török ellen intézett hadjáratok alkalmával tett nagy erőfeszítés által, megállapítani. Hogy ez utóbbi igyekezetei nem vezettek eredményre, s az ország jelentékeny területe a törököt uralja, e miatt a felelősség nagy részben az ország rendeit terheli, kik a szükséges áldozatokat meghozni elmulasztották. Egyébkint el van határozva tavasz nyiltával újabb hadjáratot indítani meg, melyhez örökös tartományai és a német birodalom közreműködését igénybe veendi. Ezen czélra a rendek is ajánljanak meg adót és hadakat, úgy szintén küldjenek Prágába a cseh országgyűlésre követeket, kik őt a segély kieszközlésében támogassák, és esetleg a német birodalom gyülésére is elkisérjék. [1])

Legelőbb az adó és hadak megajánlásának ügye tárgyaltatott. Mind a főrendek mind az alsó nemesek hajlandók valának eleget tenni a királyi felhívásnak. De a hozandó áldozatok mértékének meghatározása körül a törvényhozás két tényezője összeütközésbe jött. Ugyanis a főrendek minden jobbágyot *két* forinttal kívánták megadóztatni, és száz jobbágytelek után *három* huszárt egy évre ajánlani meg. Ellenben a megyei követek sokalták az adót és keveselték a huszárok számát, melyet 100 jobbágytelek után *négy* huszárban javasoltak megállapíttatni.

A tárgyalások több napot töltöttek be.[2]) Végre compromissum jött létre.

Ennek folytán az országgyűlés kijelentette, hogy, habár a sok év óta folytatott háború terhe alatt a rendek kimerültek; nem haboznak az ország javára újabb áldozatokat hozni, és lovashadak fogadására *két forintot* ajánlani meg, melynek fele a jövő (1544.) év január 25-én, másik fele apríl 24-én fog

[1]) A királyi előterjesztés szövegét nem ismerjük. Tartalmára következtetnünk enged a rendek válasza, és a törvénykönyv előszava. Röviden erinti azt a selmeczi követek november 25-iki, idézett jelentése.

[2]) Selmecz város követei november 28-iki, idézett jelentésökben írják, hogy az országgyűlés azon napig semmit sem végezett. Mennyi adót javasoltak a követek, nem mondják; csak általánosságban említik: „Wohin die Landsherrn und sonderlich die Chamerrät mit dem anschnid wollen, do wil der gemeine adl nicht hin.“

fizettetni. Ezen adó fizetésétől csak azon zsellérek mentettek fel, kiknek vagyona *hat* forintnál kevesebb értékkel bír, és mindazok, kiknek házát a törökök a folyó évben lángba borították.

A jobbágyok összeszámítása végett a királyi adókivetők haladéktalanúl ki fognak küldetni; ezek egy úttal utasíttatnak, hogy számítsák ki: mily összeg várható minden megye adójából, s hány lovast lehet abból eltartani?

Az adót a főurak saját birtokaikon maguk, az alsó nemesség birtokain pedig a megye közönsége által választandó adószedők fogják behajtani.

A főurak a birtokaikból befolyó összegnek 20 %-át az ország és ő felsége szükségeinek fedezésére, a kir. kamarának fogják átszolgáltatni; a fennmaradó 80-%-ot hadak tartására fordítandják. Ha valamely főúr az adót behajtaná, de nem fordítaná a törvény által kijelölt célokra, erre erőszakos eszközökkel fog kényszeríttetni; a jobbágyok semmi esetre sem tartoznak az adót másod ízben megfizetni.

Az alsó nemesség jobbágyainak adóját minden megye maga fogja kezelni; akként, hogy a befolyó összegnek 20 %-át szintén a kamarának szolgáltatja át, 75 %-át a megyei hadak ellátására, és 5 %-át egyéb megyei szükségek fedezésére fordítandja.

A plébánosok, kápolna- és oltárjavadalmak birtokosai ez alkalommal is, egy évi jövedelmök tizedrészének lefizetésére, az egy-telkes nemesek pedig, úgy szintén azon nem nemes személyek is, kik nemesi birtokokat szereztek, minden cúria után, egy forintnak fizetésére köteleztettek.

Ellenben a királyi- és bányavárosok, miután már korábban, a király felhívására bizonyos segélyösszeget fizettek és hadakat is állítottak ki, ez alkalommal új terhektől megkíméltettek. [1])

Az országgyűlés továbbá a jövő évben indítandó hadjárat czéljaira, száz jobbágy után *hat huszár* kiállítását szavazta meg; akként, hogy az ily módon létesítendő hadsereg ellátásának *egy egész évi* költségei két harmad részben a jobbágyok

[1]) A IX., X., XIV.—XIX. és XXVI. czikkek.

adójából, egy harmad részben pedig az urak és nemesek által, saját erszényükből, fog fedeztetni.

Mind az urak, mind a megyék a huszárokat 1543. január 6-ikáig kiállítják, és a királyi kapitányok parancsnoksága alá helyezvén, az ezek által kijelölendő helyekre küldik.

Ezen kapitányoknak kötelességükké tétetett: katonáikat minden kártételtől, az egyháziak és nemesek lakaiban való megszállástól visszatartani, és a kihágások szerzőit büntetéssel sújtani. Fizetésökhez minden megye 100 forinttal tartozott járulni.

Egyébkint a rendek elhatározták, hogy ha a király személyesen táborba száll, az urak és nemesek fejenként fegyvert fognak, és a megajánlott huszárokon felül, 100 jobbágy után két huszárt és húsz puskás gyalogot állítanak ki; az egytelkes nemesek pedig öt-öt cúria után egy lovast állítanak ki.

Hasonlag készeknek nyilatkoztak azon esetre is, ha a török valamely várat ostrom alá venne, ennek felmentése, vagy ha új vár építéséhez fogna, ennek megakadályozása végett, a kapitánynak felhívására, személyesen, és nagy veszély idején, jobbágyaikkal együtt felkelni.

A rendek, midőn áldozatkészségüknek ily fényes jelét adták, viszont azon kérelemmel fordúltak a királyhoz, hogy a várakat lássa el elégséges őrhadakkal; és Mária királynéhoz, hogy magyarországi birtokai után tartson ő is megfelelő számú hadakat, az ország védelmére. [1])

A királyi kívánatok teljesítése után, az országgyűlés tárgyalás alá vette a lefolyt zavarteljes időkben erőszakosan elfoglalt birtokok visszaadásának kérdését, mely a korábbi országgyűlések ismételt megoldási kísérletei daczára, még mindig a közbéke teljes megszilárdulásának akadálya gyanánt szerepelt.

Az alsó nemesség, melyet a hatalmaskodó főurak eddig kijátszottak, most végre nagyobb határozottsággal lépett fel, mint egyébkor. Szónokai szenvedélyes beszédeket tartottak, melyeknek lényege az volt, hogy nem engedik magukat többé

[1]) A VII., VIII., XI.—XIV., és XX.—XXV. czikkek.

hiú igéretek által elámíttatni, hanem követeik, hogy az országgyűlésen jelenlevő urak rögtön adják vissza a kezeik között létező jogtalanul bírt jószágokat. [1])

Ezt nem sikerült keresztülvinniök. Azonban törvény alkottatott, mely a főkapitányokat utasította, hogy azok ellen, kik az ily törvénytelenül bírt jószágokat vonakodnak visszabocsátani, fegyver hatalmával lépjenek fel, és szükség esetében vegyék igénybe az urak és megyék hadait. A nemesek, kik ily ellenszegülő urak szolgálatjában állottak, köteleztettek azokat, jószágvesztés terhe alatt, elhagyni. Egyébkint a törvényes birtokosok felhatalmaztattak azok ellen, kik jószágaikat elfoglalták volt, az okozott károkért, keresetet indítani. [2])

Mivel pedig némely urak az elmúlt években várakat építettek, melyekből az ország lakosait különbözőképen zaklatták, a főkapitányok megbízattak, hogy az ily váraknak lerombolását eszközöljék; és kimondatott, hogy ezentúl senkinek se legyen megengedve új várakat emelni. [3]) Továbbá az ujonan, önkényesen felállított harminczadok és vámok eltörlésére vonatkozó régibb törvények is megújíttattak, és végrehajtásuk a főkapitányokra bízatott. [4])

Az egyházi rend némely tagjai azon panaszt terjesztették az országgyűlés elé, hogy több főpap, káptalan és convent tizedjövedelmeitől erőszakosan megfosztatott, s ekként honvédelmi kötelességeinek teljesítésére képtelenné vált. A rendek meghagyták a kapitányoknak, hogy az elidegenített tizedjövedelmek visszaadásáról gondoskodjanak. [5])

A hamis pénzverők, a korábbi országgyűlések szigorú törvényei daczára, nem szűnvén meg gonosz mesterségük

[1]) Selmecz város országgyűlési követei idézett (1543. november 28-iki) jelentésükben írják: „Derhalben sich gemainer adl lenger nicht will affen lassen, oder pay der naszn füren.“ És *Kapy György* 1543. deczember 11-én Werner Györgynek írja: „Presens Dieta non parva cum confusione est celebrata. . . . Nunc confessi sunt barones et magnates, quod semper et ab inicio in perdicionem nobilitatis laboraverunt.“ (Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

[2]) Az I.—V. és XXV. czikkek.

[3]) A VI. czikk.

[4]) A XXVI. czikk.

[5]) A XXVIII. czikk.

folytatásával; az országgyűlés indíttatva látta magát azoknak megbüntetésére a király és a kapitányok figyelmét felhívni. [1])

Az *igazságszolgáltatás* érdekei szintén foglalkoztatták az országgyűlést. A királyi helytartó és az ország többi rendes bírái felhívattak, hogy haladék nélkül kezdjék meg a hozzájuk tartozó perek tárgyalását és lehetőleg siettessék az ítéletek végrehajtását Mivel pedig az elmúlt években gyakran megtörtént, hogy azon törvényes személyek, kik az ítéletek végrehajtásában eljártak, az elmarasztalt fél által bántalmaztattak, sőt meggyilkoltattak; e miatt határoztatott, hogy az ily merényletek szerzőit a király vagy a helytartó a törvények értelmében, büntesse meg; a végrehajtásokban eljáró közegek pedig a kapitányok különös védelme alá helyeztettek.

Az ország rendei a Tiszán túli megyék azon kívánatát, hogy a király azok területére külön bírákat rendeljen, pártolták, s ajánlották, hogy a király az igazságszolgáltatást azon megyékben bízza Báthory András főkapitányra, s rendeljen e végből melléje ülnököket és itélő mestereket. [2])

Továbbá a király felkéretett, ne engedjen udvari cancellariája által, bárki érdekében, oly rendeleteket kiadatni, melyek az ország törvényeivel ellenkeznek. [3])

Végre kimondatott, hogy az 1542-ik évi beszterczebányai és pozsonyi országgyűlések végzései, a mennyiben jelenleg nem módosíttattak, továbbra is érvényeseknek tekintendők. [4])

A rendek mindezen határozatokat törvényczikkek alakjában mutatták be a királynak, kikérve megerősítését. [5])

Ellenben több egyéb ügyet kérelem alakjában terjesztettek eléje.

Felkérték, hogy Perényi Pétert bocsássa szabadon; az elhunyt Thurzó Elek országbíró özvegyét és gyermekeit vegye pártfogása alá, és rendelkezzék, hogy végrendelete hajtassék végre, úgy szintén az általa őrizett országos pecsétek a királyi

[1]) A XXVII. czikk.
[2]) A XXIX., XXX., XXXII., XXIII. czikkek.
[3]) A XXXI. czikk.
[4]) A XXXIV. czikk.
[5]) A törvénykönyv ki van adva törvényeink nyomtatásban megjelent gyűjteményeiben. — L. **Irományok** és **Törvények.** II. szám.

helytartónak adassanak át; rendelje el, hogy Lipcse vára a Lipcsei testvéreknek adassék át; a Vas megyére rótt közmunkák terhét könnyítse meg; eszközölje ki, hogy a Lengyelország- és Sziléziába vezető utak nyittassanak meg a közlekedésnek; bírja rá Vöröskő birtokosait, hogy Nagyszombat városának az erődítményeire szükséges fát szolgáltassák ki; rendelkezzék, hogy Feledi Eusztáchnak szolgáltassanak igazságot; Horváth János nógrádi várnagynak adományozzon bizonyos jószágokat.

Végre több megye és magánosok panaszait a király figyelmébe ajánlják. Sáros, Zemplén, Ung és Abaúj megyék Kassa városának; Nógrád, Bars és Hont megyék főispánaiknak Marmaros és Sáros megyék a huszti, illetőleg a sárosi vár parancsnokainak; a leleszi convent Serédi Gáspárnak erőszakos tettei miatt emeltek panaszt.

De legnagyobb fontossággal bír az, hogy az országgyűlés — a mohácsi vész óta először — *Luther felekezetének* terjeszkedése ellen felszólal, s annak kiirtására a királyt felhívja. [1])

Az országgyűlés, végzéseinek és kívánatainak bemutatása végett, *Kechethy Márton* veszprémi püspököt, *Nyáry Ferencz* honti főispánt, *Rakowszky György* túróczi alispánt és *Lipcsei Jánost* küldötte a királyhoz. Ezek egy úttal meg voltak bízva, azon vádat, mintha az utolsó hadjárat sikertelenségének a magyar nemzet lett volna oka, megczáfolni, és a királyt felkérni, hogy a jövő évi hadjáratot ideje korán, legkésőbb márczius havában, indítsa meg, biztosítván őt, hogy az ország rendei teljes erejükből támogatni fogják. [2])

Ferdinánd a következő (1544,) év első napjaiban Prágában fogadta a küldöttséget. Nem késett az országgyűlés végzéseit megerősíteni, s csak egy pontra tett észrevételt. Ugyanis

[1]) „Secta Lutherana extirpanda. Querele contra sectam Lutheranam.“ E rövid jegyzet áll az országgyűlés felterjesztésének kivonatában (magát a felterjesztést, sajnos, nem bírjuk.) A királyi helytartó, a főpapok és főurakkal még némely külön kérelmeket is terjesztettek fel. Ezeknek kivonata a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** III. szám.

[2]) Az országgyűlésnek a kir. előterjesztésekre adott válasza, dátum nélküli egykorú másolat, ugyanott. — L. **Irományok.** IV. szám.

a törvénytelenül elfoglalt várak és jószágok visszábocsátását illető végzés alól kivétetni óhajtotta azon jószágokat, melyeket ő elzálogosított volt; fentartván magának, hogy ezek iránt, a jog és igazság követelései szerint, akkor fog intézkedni, mikor személyesen Magyarországba jő. Egyébkint kijelentette, hogy nehézség nélkül fogja a végzések többi pontjait végrehajtani. Viszont ő is megvárja a rendektől, hogy elvállalt kötelezettségeiknek lelkiismeretesen feleljenek meg, újólag tanusított áldozatkészségükért elismerését fejezvén ki.

Azon kérelmükre, hogy a jövő évi hadjáratot márczius havában kezdje meg, *kitőrőleg* válaszol. Értésükre adja, hogy örökös tartományainak rendeivel, a segély ügyében, már megindította a tárgyalásokat, s mihelyt ezek be lesznek fejezve, Spejerbe fog sietni, hol a császár is megjelenik. Reméli, hogy mindkét gyűlés oly határozatokat fog hozni, melyek Magyarország megmentését biztosítandják. Bizalommal nézzenek tehát a jövő elé, és tegyenek meg mindent hazájuk oltalmára, mi hatalmukban áll. [1])

A rendek külön előterjesztett kérelmeire és panaszaira a következőleg válaszolt.

Thurzó Elek özvegyét és örököseit pártfogása alá fogja venni.

Perényi Péter szabadon bocsátásáról „gondolkodni fog", és a rendek közbenjárására „kegyelmesen tekintettel leend."

Lossonczy István nógrádi főispánnak meghagyta, hogy az általa vagy tisztei által elkövetett sérelmekért nyújtson az illetőknek megfelelő elégtételt; ha pedig ezt tenni elmulasztaná, a királyi helytartó fog igazságot szólgáltatni.

Balassa Menyhértet fel fogja szólítani, hogy mint Hont és Bars megyék főispánja a tiszti esküt tegye le, ha pedig nem engedelmeskedik, hivatalától meg fogja fosztani, s azt olyannak adományozandja, ki kész mindenkinek igazságot szolgáltatni.

Báthory András főkapitányt már korábban felhívta, hogy a huszti vár parancsnokát a marmarosi nemesség elnyomásá-

[1]) Az 1544. január 25-én kelt királyi válaszirat eredeti fogalmazata ugyanott. — L. **Irományok.** VIII. szám.

tól és egyéb erőszakos tettektől tartsa vissza; ez iránt újabb rendeletet fog hozzá bocsátani.

Habár a Rába mentében építendő védművek nagy fontossággal bírnak, intézkedni fog, hogy Vas megye lakossága a közmunkák tekintetében lehetőleg megkíméltessék.

Miután Sáros vára a felvidék lakosságának oltalmazására kiváló jelentőségű, kívánja, hogy Sáros megye közönsége ajánljon meg némi adót, hogy a nevezett vár erődítése mielőbb befejeztetvén, további terheltetéstől meg legyen kímélve.

Sáros, Zemplén, Ung és Abaúj megyéknek Kassa város hatósága ellen emelt panaszait Frater Györgynek külön követ által elő fogja terjeszteni, s őt felkérendi, hogy azok orvoslását eszközölje.

„Miután a keresztény hit csak egy lehet, s a szakadást meg nem tűri: gondoskodni kell, hogy Isten szavának hamis hírnökei az Úr nyájától, mely a hizelgő és kedves tanokat hirdető pásztort könnyen követi, távol tartassanak. Emiatt ő felsége helyesnek és üdvösnek tartja, hű alattvalóinak kérelmét meghallgatva, kapitányait utasítani, hogy a királyi helytartó megkeresésére, (melynek azonban méltó okból és kellő alappal kell történni) a hamis tanok hirdetői ellen, kik az igaz egyház szentségeit és rendeleteit megvetik, és Isten egyházában szakadást idéznek elő, lépjenek fel."

A király meg fogja hagyni a Fuggereknek és ezek vöröskői tiszteinek, hogy erdőikből Nagyszombat városának az erődítményeire szükséges fát, régi szokás szerint, szolgáltassák ki.

A Komárom megyében levő hadak parancsnokainak már elrendelte, hogy katonáikat a szegény nép elnyomásától és fosztogatásától tartsák vissza, és az elkövetett kihágások tárgyában szolgáltassanak igazságot.

A király nehezteléssel értesült Seredi Gáspár merényletéről, mely szerint a leleszi prépostságot éjnek idején megtámadta, a prépostot elfogta, a templomot profanálta és egyéb erőszakos tetteket követett el. E miatt Serédit maga elé idézte, s a törvények értelmében, kímélet nélkül fog ellene eljárni.

Mária királynét már megkereste az iránt, hogy Lipcse várát a Lipcsei testvéreknek bocsássa vissza.

Thurzó Elek özvegyét fel fogja szólítani, hogy a kezei között levő országos pecséteket szolgáltassa ki; egy úttal intézkedni fog, hogy az elhunyt országbíró által élte végső szakában elintézett perek itélet-oklevelei azon pecsétekkel látassanak el.

Már korábban elrendelte, hogy Thurzó Elek végrendeletét a királyi helytartó és a tanácsosok január 25-én bontsák fel, s azután végrehajtásáról intézkedjenek.

Hasonlag megparancsolta, hogy Feledi Eusztách panaszait az illető hatóságok vizsgálják meg és szolgáltassanak neki igazságot.

Miután Seredi Gáspárnak a Sztropkó közelében emelt vár építésére nem adott felhatalmazást, s az abból a szomszéd nemeseket és jobbágyokat sokféleképen zaklatja; Báthory András főkapitány által, a beszterczebányai törvények értelmében, ama várat le fogja romboltatni.

A királyi- és bányavárosok jogainak és szabadalmainak tiszteletben tartásáról gondoskodni fog; és nem fogja engedni, hogy polgáraikat a helytartó vagy a kamara jövőben letartóztassa.

Lőcse városának árulerakási jogát, melyet Késmárk városa ellenében per útján érvényesített, fen fogja tartani.

Azon pénzösszeg iránt, melyet Eperjes városának polgárai a sóvári erősségre adtak, módot fog találni, hogy az említett polgárok kielégíttessenek.

A lengyel királylyal tárgyalásokat folytat a határokon levő elzárt utak megnyitása tárgyában; és gondja lesz reá, hogy a Boroszlóba és Teschenbe vezető utak szintén megnyittassanak.

Horváth János nógrádi várnagyot azon jószágokkal, melyeknek adományozásáért a rendek közbenjártak, már megadományozta. [1])

Ugyanazon küldöttség, mely az országgyűlés végzéseinek megerősítését és kívánatainak elintézését kieszközölte, egy úttal megbízatatott a prágai országgyűlésen a török ellen nyújtandó segély megajánlása érdekében működni; míg ugyanazon

[1]) Az 1544. január 12-én kelt leirat XVI. századbeli másolata a Nemzeti Múzeum kéziratgyűjteményében. — L. **Irományok.** VII. szám.

czélból a német birodalom spejeri gyülésére Kechethi, Batthyányi Ferencz és Rakowszky küldettek. [1])

Ezek hívatva voltak előadni a magyarok által a török ellen viselt hadjáratok történetét; kiemelni, mily áldozatokat hoztak és mily roppant erőfeszítéseket tettek, hogy hazájukat és a kereszténységet megmentsék; végre kinyilatkoztatni, hogy azon esetre, ha a jövő évi hadjárat alkalmával ismét magukra lesznek hagyatva, az önfentartás érdeke arra fogja őket kényszeríteni, hogy mielőtt teljesen megsemmisülnek, az ellenségnek bármennyire kedvezőtlen békefeltételeit, sőt, ha kell, uralmát is elfogadják. [2])

A cseh- és morvaországi rendek némi hadakat, és Komárom várának megerősítésére 16,000 forintot ajánlottak meg. [3])

A spejeri birodalmi gyülés is szavazott meg segélyt. És V. Károly császár igéretet tett, hogy a következő évben személyesen fog, Magyarország felszabadítására, sereget vezetni. [4])

[1]) Az utóbbiak neveit a részükre adott utasításból, az előbbieket a részükre kiállított, 1542. deczember 2-án kelt megbízólevélből ismerjük. Az utóbbinak eredetije a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** V. szám. Egyébkint a január 25-iki királyi leiratból tudjuk, hogy Lipchei helyett Bertholdi Márton Sáros megyei alispán volt a küldöttség tagja.

[2]) A Prágába küldött követek utasítása, melyet nem ismerünk, kétségkivül azonos volt a spejeri birodalmi gyülésre küldött követek utasításával. Az utóbbinak egykorú másolata ugyanott. — L. **Irományok.** VI. szám.

[3]) A prágai országgyülés végzéseinek XVI. századbeli másolata a Nemzeti Múzeum kéziratgyüjteményében.

[4]) V. Károly 1544. május 7-én kelt, a beszterczebányai országgyülés levelére adott válasziratának eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** IX. szám.

ORSZÁGGYŰLÉSI IRODALMÁNYOK ÉS TÖRVÉNYEK.

I.

1543. Október 24.

Királyi meghívólevél a beszterczebányai országgyűlésre.

Ferdinandus Divina favente Clementia Romanorum. Hungarie, Bohemie etc. Rex semper Augustus etc. Prudentes ac Circumspecti, Fideles nobis dilecti. Communi salute Regni huius Nostri Hungarie, et Vestra quiete atque permansione ita exigente, indiximus omnibus Ordinibus et Statibus regni ipsius Nostri Dietam Generalem, ad Festum Beate Elisabeth Vidue proxime venturum, Novisolij celebrandam. In qua quum de salute, defensione et permansione publica agendum et tractandum sit, non minimaque cura eciam vobis, qui membrum Regni huius nostri Hungarie estis, rerum promissarum curandarum habenda sit; volumus, et vobis committimus, ut certos ex vobis cum plena potestate ad predictam Dietam Novisoliensem mittere debeatis, qui aliorum fidelium nostrorum tractatibus, Nomine Vestro, intersint, et cum illis una ea curent, que ad salutem publicam Regnique et Vestram defensionem pertinere videbuntur; aliud ne feceritis. Datum Posonij vigesima quarta Octobris, Anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo tertio.

Ferdinandus. Nicolaus Olahus.

Kivül: Prudentibus ac Circumspectis Judici ceterisque Juratis Civibus Civitatis nostre Thyrnaviensis fidelibus dilectis.

(Eredetije Nagyszombat sz. k. város levéltárában.)

II.

1543. November.

A beszterczebányai országgyülésen alkotott törvényczikkek.

Constitutiones Novizolii pro festo Beatae Elisabeth Viduae, Anno M. D. XLIII. editae.

Praefatio.

Primum, quod Maiestas Regia instructione sua hortatur benigne Ordines ac Status Regni in hoc Conuentu congregatos, ut consideratis imminentibus periculis, considerato etiam rerum statu et extremo fere discrimine, in quo versantur, de vnione imprimis et mutua inter se concordia agant et concludant, sic vt sublatis discordiis intestinis, unanimiter ad defensionem communem, hostemque repellendum, coniunctis viribus accendantur: agunt imprimis domini et Status gratias ingentes Maiestati suae de tam pia, salutarique adhortatione. Et cum abunde constet salutem et conseruationem regni ex unione praecipue et concordia mutua pendere, neque aliter impendentem ruinam declinari posse, nisi amore et charitate fraterna inuicem contracta, omnibusque odiis et simultatibus depositis, uno eodemque animo omnes omnium Ordinum et Statuum coniunctis viribus aduersus immanem hostem conspirent; curandum enitendumque videtur modis omnibus, vt charitas haec et mutuus amor iam tandem coalescat

Articulus I.

Decernitur, vt iidem Domini ac Nobiles, aliique Ordines et Status, quicunque aliena bona quouis modo indebite possident, iuxta deliberationem in priori Conuentu Novizoliensi factam, ea illis, ad quos spectant, sine mora et difficultate vlla restituant. Vt autem haec deliberatio facilius ab omnibus exequutioni demandetur, statuerunt inter se ipsi domini et Status, vt ipsi restitutioni, remissionique hujusmodi bonorum alieno-

rum quoquomodo per vim et injuriam possessorum, defacto consentiant, Capitanei autem supremi ex eorum officio id vbique observari faciant, per omnia remedia et gravamina opportuna, iuxta articulos infra denotatos.

Articulus II.

Si qui autem futuri essent, qui huic deliberationi satisfacere nollent, animadvertere debent in tales domini Capitanei supremi, iuxta priorem constitutionem Novizoliensem, et nihilominus bona huiusmodi indebite occupata, his ad quos pertinent restituere; assistantque in hoc dominis Capitaneis copiae et gentes tam dominorum, quam Nobilium, quas videlicet iuxta praesentem deliberationem alere debebunt.

Articulus III.

Violenti autem possessores et occupatores bonorum, qui aliena bona requisiti reddere nollent, post restituta per dominos Capitaneos huiusmodi bona, pro violentiis et damnis illatis iure requiri possunt, et ex parte talium iustitia administretur.

Articulus IV.

Quia his annis per violentos quosdam certa castella et fortalitia extructa sunt, ex quibus occupationes bonorum, rapinae, violentiae et plurima malorum genera, tam Nobilibus, quam miserae plebi inferuntur: decretum est, vt huiusmodi castella et fortalitia domini Capitanei demoliantur et prorsus aboleant, inter quae sunt castella in Hangach, Sztropko, et e regione huius erectum per Georgium Seredy et caeterae id genus novae munitiones; nec liceat deinceps cuipiam castella noua erigere.

Articulus V.

Coloni item ex bonis Nobilium et personarum Ecclesiasticarum per vim alio translati, sub poena generalis Decreti restituantur.

Articulus VI.

Item servitores Nobiles eorum, qui bona aliena et signanter Nobilium et personarum Ecclesiasticarum reddere recusarent, seque huic ordinationi quoquomodo opponerent, a seruitiis dominorum talium auocentur, discedere autem nolentes tum bonorum confiscatione, tum etiam in personis, ubicumque deprehendi poterunt, puniantur.

Articulus VII.

Sed cum arces hostibus finitimae, vastatis hostili violentia bonis et prouentibus, sufficienti praesidio et rebus necessariis, per eos, quorum interest, muniri minime possunt; ut interiores Regni partes securiores reddantur, Maiestati Regiae, uti domino eorum clementissimo, omnes Status humilime supplicant, vt Maiestas sua dignetur ad conseruationem praefatarum arcium praesidium aliquod firmum submittere, cuius opera et arces ipsae tutius defendi possint, hostibusque libertas excurrendi et grassandi adimatur.

Articulus VIII.

Supplicant iidem etiam Serenissimae Dominae Mariae Reginae, dominae ipsorum gratiosae, quum certa bona et reditus in Ungaria habet, vt Maiestas sua, ex gratia et benignitate, certas copias pro huius regni defensione alere dignetur, vt ea accessione praesidium Maiestatis Regiae firmius esse possit.

Articulus IX.

Tametsi autem domini et Status omnes regni huius, tot annorum bellis et militibus alendis exhausti sint, et Tyrannus Turcarum magnam Vngariae partem obtineat, pro sua tamen tenui facultate, nihil non oneris subire pro salute tuenda, parati sunt. Propterea statuunt, vt ad conducendos et alendos equites, coloni ipsorum subsidium vnius floreni ad proximum festum Conuersionis Beati Pauli Apostoli, similiter autem ad

festum Beati Georgii Martyris venturum, aliud subsidium secundi floreni contribuant.

Articulus X.

Ad connumerationem autem huiusmodi subsidii, Dicatores Regiae Maiestatis sine mora dimittantur, qui in bonis omnium dominorum et Nobilium, cum adiuncto sibi in quolibet Comitatu Nobili uno iurato, procedant; vt numerus tum subsidiorum, tum equitum, qui inde conseruari debent, certius cognoscatur. Domini tamen Nobiles, in quolibet Comitatu per fidedignos et iuratos homines e medio ipsorum eligendos, de bonis suis huiusmodi connumeratum subsidium exigant et percipiant, reseruatisque apud se ad gentium suarum conseruationem septuaginta quinque denariis, et ad Comitatus necessitates denariis quinque utriusque subsidii, reliquos viginti denarios pro diuersis Regiae Maiestatis et Regni necessitatibus expendendos, fideliter et integre ad Cameram Regiam praesentare et administrare debeant.

Articulus XI.

Ex praedicta autem bina contributione septuaginta quinque denariorum, iidem domini Nobiles, ratione centum colonorum, intra anni spatium, quatuor equites leuis armaturae conducere; de propriis vero facultatibus ipsorum, ratione eorundem centum colonorum, duos equites, vna cum praedictis quatuor equitibus, penes dominos Capitaneos, in locis confiniorum magis necessariis continue intertenere debeant. Similiter et domini, administratis ad Cameram Regiam praedictis viginti denariis, ex septuaginta quinque denariorum subsidio bino, ratione centum colonorum suorum, quatuor equites, et de propriis pecuniis duos equites dare, et penes dominos Capitaneos in locis necessariis alere teneantur.

Articulus XII.

Vbi vero Maiestas Regia ad expeditionem generalem, prout sese obtulit, personaliter descenderit, vniuersi tam do-

mini, quam Nobiles viritim insurgere et more maiorum suorum Maiestatem suam sequi teneantur; et in hoc casu, vltra praedictos equites ex contributione alendos, ratione centum colonorum quatuor equites, computatis prioribus duobus, qui priuato aere expediendi sunt, suis sumptibus secum ducere, ratione autem singulorum decem colonorum duos pedites pixide et armis necessariis instruere et habere debeant.

Articulus XIII.

Cum et caeteri Status juuare communem defensionem debeant: Domini Praepositi, Abbates et Capitulares, ratione decimarum suarum, onera in priori constitutione Nouizoliensi specificata ferre debebunt; de bonis autem eorum possessionariis, instar Nobilium, et pro continua defensione, et pro expeditione generali equites ratione colonorum alant, et ratione personarum suarum ad expeditionem praedictam generalem, pro eorum facultate, equites dare debebunt.

Articulus XIV.

Nobiles vero vnius sessionis de integra curia Nobilitari, vnum florenum conferant, pro futura autem expeditione generali, iuxta conclusionem Posonii factam, a quinque curiis integris, vnum equitem expedire debeant.

Articulus XV.

Vt vniuersi possessionati homines, cuiuscunque status et conditionis existant, de quorum bonis olim contributiones in medium [1]) connumerari ac dari solitae fuerunt, modo quoque et deinceps, iuxta veterem consuetudinem, in medium Comitatus conferant et administrent decreta subsidia; diuersum autem facientes per dominos Capitaneos compellantur.

[1]) Itt kétségkivűl ki van hagva e szó „Comitatus.“

Articulus XVI.

Ad praesentem autem tam necessariam defensionem et equites alendos, omnium consensu est conclusum, vt singuli coloni et alii plebeae conditionis homines, siue inquilini sint, siue alii proprias domos habentes, quicunque res in valore sex florenorum habuerint, dicentur, neque molendinatoribus, et id genus aliis libertinis, vlla exemptio ac libertas suffragari debeat, nisi quorum domus hoc anno per Turcas exustae sunt.

Articulus XVII.

Ecclesiarum Parochialium Plebani, Magistri capellarum, et altarium rectores, ad praesentem necessitatem, decimam partem prouentuum suorum contribuant, exigatque ab illis Dicator, veritate rei conscientiose cognita.

Articulus XVIII.

Cum Ciuitates liberae, pariter et montanae, ad suam et regni defensionem his temporibus certa praesidia equitum et peditum aluerint alantque, et praeterea Maiestati Regiae certum subsidium contribuerint, videtur eas aliis oneribus non esse grauandas.

Articulus XIX.

Quod si alicuius Comitatus contributio per potentes, aut violentos quospiam fuerit per vim ablata, huiusmodi contributio a colonis exigi nequaquam debeat, sed a violentis illis ereptoribus exigatur, quos etiam domini Capitanei punire non negligant.

Articulus XX.

Dominis Capitaneis, quemadmodum et in priori Conuentu Nouizoliensi fuit ordinatum, de singulis Comitatibus, singuli centum floreni in sortem salarii eorum soluantur, debeantque in salarium eorundum Capitaneorum administrare subsidia et

contributiones praesentes, tam Nobilium unius sessionis, quam Plebanorum, rectorum capellarum et altarium.

Articulus XXI.

Debebunt autem vniuersi, tam domini, quam Nobiles, ad festum Epiphaniarum Domini proximum, aut citius, equites ipsorum mittere ad dominos Capitaneos, vbicunque iidem fuerint ad eum diem constituti.

Articulus XXII.

In casu autem, quo Turcae hostes aliquam arcem obsiderent, vel munitionem quampiam in ruinam Regni erigere inciperent; item si ad fortalitium aliquod ex violentorum manibus excipiendum ac demoliendum, suis viribus, et quae illis adiungentur copiis, sufficere non possent, iidem domini Capitanei debeant dominos Nobiles viritim, et si necessitatis magnitudo id postularet, etiam colonos ad arma cogere et levare.

Articulus XXIII.

In progressu exercitus debebunt domini Capitanei diligenter cauere, ne cuipiam damna vel iniuriae inferantur, neue victualia diripiantur; puniant autem seuere eos, qui damno colonos afficere praesumerent.

Articulus XXIV.

Decreuerunt autem domini et Status, seruandam esse libertatem dominorum Nobilium et personarum Ecclesiasticarum, ne quis scilicet militum vel Capitaneorum, ad eos, dominisi invitis, condescendant.

Articulus XXV.

Quodsi milites quipiam, particulari numero extra exercitum vagantes, victum colonorum auferrent, aut alia damna darent, nec satisfacere vellent de illatis damnis: Judex eius-

modi possessionis, collecta manu colonorum, in tales insurgere, eosque capere et captos ad puniendum et satisfaciendum in manus Capitaneorum, si propinqui fuerint, alioquin ad manus Comitis vel Vicecomitis illius Comitatus dare debeant, simul cum rebus hominis detenti. Qui quidem Capitanei vel Comites, de damnis illatis teneantur satisfacere colonis ex rebus nocentis, et nocentem ipsum seuere punire.

Articulus XXVI.

Quia vero publica querela est, erectas esse et constitutas per nonnullos, partim Tricesimarum, partim tributorum nomine, nouas exactiones, easque grauissimas in locis inconsuetis, quibus non solum liberarum ciuitatum ciues et coloni, sed etiam Nobiles acerbissime vexarentur et taxarentur de his rebus, quos non quaestus gratia, sed ad vsus necessarias emerent, aut emptas domum veherent. Ideirco decretum est, vt nouae huiusmodi et inusitatae exactiones, per quoscunque et vbicunque, in derogamen libertatis publicae Nobilium et ciuium, incolarumque Regni, erectae et institutae, aboleantur et cessent: debeantque domini Capitanei dare operam, vt contra praesentem constitutionem facientes, merita poena puniantur; similiter et ciuitatibus tam liberis, quam montanis sua libertas seruetur, nec ciues ipsi iniustis et inconsuetis arestis, tributis, aut exactionibus, contra eorum priuilegia opprimantur.

Articulus XXVII.

Cusores monetarum adulterinarum, si qui deprehensi fuerint, per Maiestatem Regiam et dominos Capitaneos, poena in generali Decreto expressa, seuere puniantur.

Articulus XXVIII.

Cum ex querelis publice propositis constet, Capitula, Conventus et Ecclesiasticas personas indigne decimis suis spoliari per nonnullos, tum dominos, tum Nobiles, adeo, ut nec sustentationi illorum, nec oneribus defensionis ratione decimarum impositis, satisfieri possit: debebunt domini Capitanei

dare operam, vt violenti huiusmodi coërceantur, decimaeque iis, ad quos spectant, reddantur.

Articulus XXIX.

Ex quo superiori celebratione iudiciorum plurimae causae processu juris cognitae et pleraeque etiam decisae executione careant: videtur, ut huiusmodi adjudicationes et sententiae executioni demandentur, debeantque domini Capitanei testimonia Capitulorum et Conuentuum defendere, vt tuto ad executiones proficisci queant. Quodsi tamen casu, vel aliquo rationabili impedimento obstante, literae aliquae sententionales hoc tempore executioni demandari non possent, nihilominus in suo vigore permaneant, quoad suo tempore executionem sortiri possint. Capitula vero et Conuentus, ab antiquo obseruato more, testimonia sua ad executiones mittere debeant.

Articulus XXX.

Illos vero, qui proximis temporibus, nefaria temeritate ducti, testimonia Capitulorum et Conuentuum, homines item Regios, Vicecomites, Judices Nobilium, et caeteros gratia executionis iudiciariae vocatos aut profectos, verberauerunt, occiderunt, plagisque aut iniuriis affecerunt, Maiestas Regia et dominus Locumtenens, iuxta contenta generalis Decreti, puniendos curent, neque gratia Regia talibus violentis vllo modo possit suffragari.

Articulus XXXI.

Quandoquidem autem constitutiones publicae, et statuta per Maiestatem Regiam confirmata, rata et inconcussa esse oporteant: dignetur Maiestas sua gratiose committere, ne ex Cancellaria sua literae et mandata aliqua, publicis constitutionibus contraria, aut derogantia, ad cuiusuis instantiam, vel importunam supplicationem dentur.

Articulus XXXII.

Quia tam praeteritae, quam imposterum contingentes differentiae, iniuriae et praesertim violentiae iuris remedio in-

digeant, dominus Locumtenens vna cum aliis ordinariis Judicibus sibi adhaerentibus, non solum casuum quinque violentias et transmissiones, sed vniuersorum iurium pignoratitiorum, nouorum debitorum, dotum et paraphernorum, damnorum et violentarum occupationum, continue iudicare debeat, exequutionemque in rebus iudicatis fieri curet.

Articulus XXXIII.

Quoniam Comitatus superiores citra et ultra Tibiscum existentes, iam antea supplicarint, ut cum propter longinquitatem locorum, caeteraque impedimenta obstantia, signanter vero pericula a Turcis imminentia, iudiciorum causa venire non possent, Maiestas Regia velit eo Judices delegare, modoque iidem Comitatus hoc instantissime petunt, et videtur aequum esse, vt administratio iuris non denegetur illis; Proinde Maiestas sua dignetur annuere, ut domino Andreae de Bathor, pro praesentis temporis ratione, Protonotarii et Assessores adhibeantur, pro cognoscendis differentiis subditorum qui in partibus illis sunt.

Articulus XXXIV.

Placuit, vt deliberationes et Articuli Conuentuum priorum Nouizoliensium videlicet et Posoniensium, in quibus nunc variatio nulla fit, obseruentur, executionemque habeant.

Articulus XXXV.

Item, vt statutiones post violentam et indebitam bonorum occupationem factae nullius vigoris censeantur, debeantque domini Capitanei huiusmodi bona rectificare, et eiectis violentis occupatoribus, reddere his, a quibus sunt adempta, et ad quos pertinent.

Articulus XXXVI.

Dicuntur praeterea esse nonnulli plebeae conditionis homines, qui praedia Nobilitaria pecuniis empta possideant,

usumfructum percipiant, non tamen in eo loco resident, nec onera aliqua instar eorum, qui Nobilitari titulo et exemptione terras possident, ferre volunt. Idcirco cum in oneribus maxime publicis, commodis istiusmodi carere Status nequeant, statutum est, vt tales plebeae conditionis homines praedia Nobilitaria possidentes, instar Nobilium vnius sessionis onera ferant, et in ea parte Comitatibus Parochialibus obedire teneantur. Contumaces autem et constitutioni praesenti satisfacere nolentes, bonis seu praediis eiusmodi per Maiestatem Regiam priuentur.

(*Kiadva*: „Decreta, Constitutiones et Articuli Regum Inclyti Regni Ungariae." Nagyszombat. 1584. 431.—438. ll.)

III.

1543. November.

A beszterczebányai országgyűlésen egybegyűlt rendeknek, Ferdinánd királyhoz felterjesztett kívánatai.

A)

Extractus ex Supplicationibus Dominorum Praelatorum Baronum ac Nobilium in Conuentu Nouizoliensi 1543.

Recensent servitia Domini quondam Alexij Turzonis usque ad vite sue terminum Maiestasti Vestre et Regno diligentissime et fidelissime prestita. Et ideo petunt illius consortem ac liberos per Maiestatem Vestram in suis bonis et Juribus, iuxta Regni consuetudinem conservari, illique satisfieri de ijs, que quondam ipsius marito debebantur, sive in bonis, sive in pecunijs.

Item supplicant pro eadem Domina, ut Maiestas Vestra ei ad conservationem arcium Galgocz et Sempthe subsidium aliquod prebeat.

Item supplicant denuo, id quod antea frequenter supplicatum est, pro Domino Petro Pereny dimittendo. Ostendunt illius captivitatem damnosam fuisse, ex certis rationibus, Ma

iestatis Vestre et Regni rebus. Confidunt, illum pro danda cautione future obedientie et fidelitatis sue, nullas honestas et possibiles conditiones suscipere recusaturum.

Supplicant pro Nobilitate Comitatus Neogradiensis, contra gravamina Stephani Lossonczy, cui Maiestas Vestra officium Comitis contulit.

Comitatus Honthensis et Barsiensis conqueruntur Melchiorem Balassa, qui predictorum Comitatuum offitia exercet, nondum Juramentum prestasse super offitij et Juris recta et justa administratione, neque prestare velle.

Item querele contra Christophorum Kawassy prefectum arcis Hwzth, de oppressionibus Nobilium Comitatus Maromorusiensis.

Item supplicant pro moderandis laboribus Comitatui Castriferej impositis in sylva fluminis Rabe.

Item querele contra officiales Maiestatis Vestre in arce Saros, circa labores et operas colonorum.

Item querele contra Cassovienses, Ladislaum Ewdenffy et plerosque alios. Item contra Joannem zu darlam *(sic)* varie et de diversis rebus, et ideo supplicant, ut Maiestas Vestra per Nuntium certum agat atque efficiat apud fratrem Georgium, ut officiales et servitores suos contineat.

Querele contra sectam Lutheranam.

Supplicant pro Civitate Tyrnaviensi, ratione lignorum a prefectis Arcis Wereskew emendorum.

Supplicant pro nobilibus Comitatus Comaroniensis in protectionem recipiendis.

Supplicant contra Stephanum Seredy, de direptione Ecclesie et Conventus Lelesziensis.

Supplicant pro fratribus de Lypche, ratione arcis Lypche, ut eis restituatur.

Petunt mandari relicte quondam Turzonis, ut sigilla mariti etc., in uno certo et brevi termino ad manus Locumtenentis et Consiliariorum etc. assignare debeat.

Supplicant fratres quondam Alexij Turzonis, ut iam tandem dispositio ultime voluntatis etc. non solum producatur, sed etiam debite exequtioni demandetur.

Supplicant pro Eustachio Feledy, de oppressionibus illius per quondam Raskay, ut ei de damnis justa satisfactio fiat, ex bonis relictis.

B)

Extractus ex Supplicationibus Locumtenentis et ceterorum Dominorum Prelatorum et Baronum privatis.

Supplicant, ut Maiestas Vestra iam tandem Dominum Petrum Pereny sue pristine libertati, ex captivitate diuturna exemptum, restituere velit. Enumerant certas causas, quantum illius captivitas nocuerit, et in posterum nocere possit.

Supplicant, ut Maiestas Vestra accepta certa fideiussionis securitate, iuxta obligationem suam Dominum Ludovicum Pewkry ex captivitate libere dimittere dignetur, ex quo fideiussores Literas obligationis et fideiussionis Maiestati Vestre in presentiarum transmiserunt. Item, ut Maiestas Vestra illum Pewkry Posonium adducendum curet, ut coram Capitulo Posoniensi et ipse sese obstringat his, qui pro eo fideiussores facti sunt, et negotium quoque Arcium suarum resignandarum, presente Capitulo melius transigatur.

Supplicant, ut Maiestas Vestra iam tandem serio committat Comiti Slunij, ut Arcem Nadasdy interceptam ipsi Nadasdy reddat, ut ex proventibus Arcis possit Arx quoque Velyke conseruari, aut Maiestas Vestra illius arcis curam suscipiat, aut penitus demoliendam curet, ne in manus Thurcarum deveniat.

Supplicant, ut Maiestas Vestra curam habeat, ut Dominus Comes de Zrinio in officio Banatus retineatur, quo se Tirnavie per Internuntium suum coram Domino Locumtenente et ceteris Consiliarijs abdicavit.

Vt Maiestas Vestra committat Comitatibus Zaladiensibus, ut dicam preteritam, tam de bonis ipsorum, quam etiam aliorum, una cum dica nunc ordinata, administrandam curent.

Vt Maiestas Vestra mandet Domino Vngnad, ut sit auxilio Domino Bano, tam in exigendis Dicis in bonis Hamponis eidem Bano deputatis contra Petrum Keglewyth, quam etiam Domino Nadasdy in erigendis Munitionibus contra eiusdem Keglewyth Arces Chaktornia et Strigo.

Vt Maiestas Vestra committat his, qui in Sclavonia militant, ut sint auxilio Domino Bano, tam contra Turcas, quam etiam alios Rebelles et intestinos hostes, cum res postulat.

Item, ut Maiestas Vestra faciat expediri literas Credentionales ad Regnum Sclavonie, ad nomina Pauli Rathkay et Thome Kamaray, ut ijdem vel alter eorum referat Legationem Maiestatis Vestre, que talis esse debeat, ut Regnicole Sclavonie accomodent in omnibus sese Articulis Novisoliensibus recens confectis, et per Maiestatem Vestram confirmatis, utque de medio ipsorum Dica presens ad solutionem ipsi Bano faciendam administretur.

Vt Maiestas Vestra Comitibus Zaladiensibus, nempe Stephano et Ladislao Bamffy fratribus, in mutuam pernitiem ruentibus, iniungat, ut amice et fraterne inter se vivant, Arcesque eorum inter eos dividantur.

C)

Extractus Supplicationum Statuum Regni Hungarie pro parte nonnullarum personarum.

Ad varias querelas Domine Consortis Domini Petri Perenv contra Georgium Seredy, presertim erectione castelli e regione oppidi Ztropko, ex quo diverse oppressiones miserorum colonorum facte sunt, supplicant unanimiter Maiestati Vestre, ut dictum castellum erectum demoliri faciat, quemadmodum in Comitijs Novisoliensibus decretum et statutum est, et ut de damnis per dictum Seredy illatis omnimodam satisfactionem impendere jubeat.

Ad querimonias gravissimas Nobilium Comitatus de Berek et aliorum vicinorum locorum et Comitatuum aduersus Christophorum Kawassy, prefectum Castri Hwst, de innumeris et scelestissimis facinoribus illius, supplicant Maiestati Vestre, ut oppressos et calamitosos illos a Tirannide ipsius Christophori Kawassy iam tandem eripere et eliberare, eumque de ijs que patravit, ut meretur, punire dignetur.

Ad querelas liberarum et Montanarum Ciuitatum de eo, quod libertates et privilegia eorum in Tricesimis et alijs Tributis fere per neminem observentur, sed ubique impune et in

Tributis et in alijs indebitis arrestationibus infestentur, supplicant Maiestati Vestre, ut eos ab eiusmodi indignis molestijs eliberare, et Tricesimas noviter erectas, potissimum in Zepsy, Jazo, Warno, Menczenseuff, Kysnymethy, Nagmihal et alijs locis inconsvetis, Telonia quoque deponi facere dignetur.

Supplicant etiam pro Civitate Eperies, ut Maiestas Vestra eos de summe restitutione assecurare, et Arcem Sowar, pro ea summa pignori eis datam, e manibus eorum excipere, et ei cui videbitur dare velit.

Supplicatur Maiestati Vestre prescriptarum Civitatum nomine, ut vias versus Regnum Polonie occlusas aperiendas gratiose curare velit, et ut transitus Wratislaviam et Tessinum eis libere sine inpedimento pateat.

Supplicant eedem Civitates, ne contra eorum libertates suis Camerarijs Maiestas Vestra eas detenere et molestarj in Comitijs, sicut anno preterito, nunc autem Nouisolij contigit, patiatur.

Civitas Leutschoviensis supplicat, ut Maiestas Vestra civibus de Kesmark serio committat, ut deinceps nihil in preiuditium rerum Civitatis Leuchoviensis attentare presumant, signanter in causa depositionis mercium. Et si ab eiusmodi conatibus desistere nollent, dignetur Maiestas Vestra Andree Bathory committere, ut in eos pro debito offitij sui animadvertat.

Supplicatur Maiestati Vestre, quod cum Georgius et Ioannes Poluczky causam quandam juridicam habeant in Marchionatu Moravie, que propter mortem ipsorum Advocati et alia impedimenta condescenderit, Maiestas Vestra dignetur committere, ut causam in suo statu relinquant, et ut in ea in prima Juditiorum suorum celebratione, citra ulteriorem dilationem, iustum et equum juditium faciant; quod et alioqui statuta et decreta eorum exigant, quod videlicet alienigenis et externis ante omnes alios in causis eorum juditium et justiciam administrare debent.

Item supplicatur Maiestati Vestre, ut bona ad Episcopatum Waciensem pertinencia, nunc sub ditione Thurcarum existentia, possessiones videlicet Werewcze, Kalo et Pyspek Hatwana, ratione impensorum, quos Joannes Horwath Prefectus castri

Newgradiensis, ex proprijs suis pecunijs ad conservationem Castri illius fecit, inscribere dignetur; consultius enim esse, ut in manibus eius sint, quam ut per Turcas possideantur.

Supplicatur Maiestati Vestre, ut Georgio Homonnay committere dignetur, quod Leonardo de Bayanhaza syluam inter alia occupatam, abactaque pecora restituat, et ne deinceps impediat.

(Egykorú irat a bécsi titkos levéltárban.)

IV.

1543. November.

A beszterczebányai országgyülésnek válasza a királyi előterjesztésre.

Responsio Prelatorum, Baronum ac Nobilium, aliorumque ordinum et statuum Regni Hungarie, in conuentu Nouozoliensi, pro festo Beate Elizabeth, anno MDXXXXIII. celebrato, congregatorum, ad legationem sacratissime Regie Maiestatis facta.

Post humilimam fidelium seruitiorum in gratiam sacratissime Regie Maiestatis commendationem, Prelati et Barones ceterique ordines et status Regni Hungarie Nouizolij congregati, fideles et subditi sue Maiestatis, ad benignam legationem sue Maiestatis respondent: Satis iam superque constare ipsis, quo studio, qua diligentia quamque solicita ac indefessa solicitudine paternoque plane amore Maiestas sua, iam inde ab initio Regiminis sui in Hungaria, defensionis et conseruationis ipsorum curam gesserit, quodque propterea ingentes sumptus, pericula ardua et labores immensos pertulerit, ut tandem videlicet Regnum uniret, et hostes ex eo communes exterminaret, adeoque nihil preterniserit, quod ad ista omnia celeriter et ex sententia conficienda pertinere intellexerit: ut plane nisi Majestas sua Regia hoc studio et hac pietate saluti et conseruationi Hungarie assidue prospexisset, iam dudum in extremum excidium nationem Hungaricam prolapsuram fuisse facile agnoscant.

Neque uero obscurum est quibus condicionibus, quamque dignitate et existimatione sua Regia alienis, tantum pro bono publico, unioneque et quiete suorum fidelium, Maiestas sua superioribus annis pacem cum serenissimo quondam Joanne Rege iniuerit, quodque, illo paulo post extincto, parata fuerit Maiestas sua conditiones pacis serenissime Regine Vidue, et eius filio omni ex parte prestare, omnesque modos, omnes rationes tentauerit cum ipsa serenissima Regina et eius consiliariis, ne rursum ad arma concurrere opus foret.

Manifesta sunt et illa alia, que sua Maiestas tum per internuncios ad priorem conuentum Nouozoliensem missos, tum coram, superiori anno Posonij, ipsa proposuit benigne fidelibus suis, planeque existimant et ipsi: nonnisi peccatis populi exigentibus (vti sua Maiestas prudenter recenset) tantas expeditiones, tanto Christianorum principum consensu et auxilio susceptas, superioribus annis frustra cecidisse.

Quod autem Maiestas sua sacratissima estate quoque proxima, coactis fidelibus et subditis suis ex alijs Regnis et Prouintijs, personaliter ad defensionem Regni descendere dignata sit, in eo plane omnibus hominibus singularem suam benignitatem et paternam prope pietatem erga suos fideles latissime patefecit.

Et licet Maiestas sua ab externis, quos secum habuit, impedita, inceptam prouinciam persequi nequiuerit, preclaraque bene gerende rei occasio et recuperandi amissa, hac estate in Regno undecunque neglecta sit, hostibus nimirum eo tempore metu perculsis et in fugam concitatis, Arcibusque et locis paulo ante subactis leuibus admodum ac debilibus presidijs firmatis; Nihilominus pro ista sua incredibili benignitate Maiestatis Regie fideles sui gratias immortales humilime agunt atque habent.

Nam quod immerito ab externis obijceretur Posonij nullas Hungarorum copias eo conuenisse, qua ratione uidebantur illi ulterius progrediendi mutasse consilium, etsi ibidem Posonij Maiestati Regie demonstratum est ab his dominis, qui tum ibi erant, sic tamen status atque ordines Regni communiter et nunc respondent: sese a Maiestate Regia proximo mense Augusto Nittriam et Jaurinum ad capitaneum genera-

lem, et exercitum sue Maiestatis fuisse conuocatos, Quo cum propter temporis breuitatem, et hostis formidabilis presentiam, eo tunc in visceribus Regni existentis, et quod nulli neque capitanei neque exercitus sue Maiestatis in predictis locis designatis positi audirentur, uenire nequiuissent, rursum ex Znoÿma ad Owaar uel Jaurinum conuenire iussi sunt, et cum uixdum exijsset secundum hoc edictum in partes Regni longinquiores interimque Maiestas Regia uenisset Posonium, tertio subinde edicto ad Komaron sunt uocati, Quem in locum Maiestas Regia cum exercitu recta se descensuram offerebat; Quod cum facere omnes sese accingerent, iamque instructi et armati plerique in itinere essent uersus Komaron, audita mox retrocessione exercitus externorum, gressum omnes pariter continuere. Quare quod Posonij Hungarorum acies eo tempore uise non sint, intelligit Maiestas Regia immerito exprobrari. Quod si domini externi descendissent cum Maiestate sua, uel saltem ad Komaron usque, intellexissent profecto, quanta etiamnum, extremis hisce rebus, in Hungarorum copijs fiducia sit ponenda, perspexissentque multo maiorem numerum gentium penes Maiestatem suam ex hoc Regno, quam superiori anno ad personam jllustrissimi domini Marchionis Brandemburgensis sub obsessa Pesth Ciuitate conuenerant. Turpe enim sibi quisque existimasset penes personam Regis et principis sui, dudum omnibus expectatissimam, non omnibus uiribus conuenire ad defensionem sui.

Cum autem Maiestas sua, reiecta expeditione instituta in aliud tempus, statuerit ineunte vere rursus ualido exercitu stipata in Hungariam descendere, confidatque ad hanc nouam expeditionem non auxilia solum, sed adeo personam ipsam Sacratissime cesaree et catholice Maiestatis sibi presto affuturam, hortaturque ideo fideles et subditos suos ex hoc Regno multis rationibus, ut et ipsi sese accingant, atque omnibus uiribus intenti sint ad sequendum suam Maiestatem pro sua defensione; ijdem fideles sui in magnam spem erecti, ex his benignis oblationibus sue Maiestatis, animatique alioquin more maiorum suorum ad interitum pro sua salute, pro libertate penes suum Regem depugnare, congregati in hunc locum, iussu Maiestatis, matureque discussis et examinatis ijs omnibus, que

hoc rerum et temporum statu ab eis in rem ipsorum prestari posse uidebantur, in eos tandem articulos conuenerunt, quos ad suam Maiestatem mittunt, et alia insuper Maiestati sue Regie per dominos oratores ex conuentu ad eam delectos significarunt, Que ex ipsis dominis oratoribus coram sua Maiestas cognoscet; Supplicantes, ut Maiestas sua articulos et decreta huiusmodi grato et clementi animo accipiens, authoritate sua Regia benigne confirmare, et ad effectum perducendos curare dignetur.

Quia uero rerum omnium caput est, ut sua Maiestas ineunte vere (uti obtulit cum ualido exercitu sese in Regnum recipiat, ex eoque, secundum Deum, omnis salutis et conseruationis huius Regni et uicinarum prouinciarum ratio dependet, nam alioqui frustra retinere conamur ea, que restant, nisi amissa recuperentur, et hostis primo quoque tempore e uisceribus Regni eijciatur; hoc precipuum Maiestati Regie, domino eorum clementissimo, humilime supplicant omnes status atque ordines Regni: ut sua Maiestas aduentum suum ultra tempus designatum differre nequaquam uelit, persuasumque habeat, cum antehac per multa secula, adeoque iam inde ab ipsis fidei nostre primordijs in hoc Regno Hungari semper pro fide, pro religione Christiana continua bella cum hostibus gesserint, seseque diu cunctis populis Christianis et gentibus propugnaculum exhibuerint aduersus Thurcas, habeantque a maioribus suis clarissimis uiris tanquam per manus traditum, ut ad interitum usque excidiumque extremum ijsdem semper insistant uestigijs, excellentemque ipsorum imitentur uirtutem, hoc quoque tempore, donec auxilij atque opis externe, sine qua uel minimo momento subsistere iam non possunt, spes aliqua affulserit, nusquam eos uel maiorum glorie, uel sue dignitati ac nomini defuturos, extremaque omnia subituros libenter penes suam Maiestatem et Christianos populos, qui eis uenerint in subsidium. At si (quod minime credunt, minimeque uellent) contingeret aliqua forte de causa diutius subsidium differri, et ipsi soli undique destituti hostium furori et libidini relinquerentur obiecti, quibus resistere proprijs uiribus non posse eos plane constat, cum nullum eis ad exteras nationes pateat perfugium, quo se cum uxoribus et liberis recipere, euitareque

hostium iugum possint (id quod certe apud Hungaros, rebus nondum deploratis, ceteris profugis nationibus, pari ratione ab hoste deuictis, liberaliter et benigne patuit), intellgit Maiestas Regia pro sua singulari prudentia in tali casu, extrema urgente necessitate, plebeque iam et colonis in dies metu adactis ad hostes dificientibus, ipsos quoque reliquos non solum conditiones iniquas, sed ipsum etiam durissimum iugum hostis subire et perpeti coactum iri. Quod quidem ne accidat Maiestatem suam diligentissime curaturam, et benignis oblationibus suis satisfacturam confidunt; Id quod perpetuis seruitijs suis a Maiestate sua, ad extremum usque spiritum promereri contendent.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

V.

1543. December 2.

A beszterczebányai országgyűlésnek, Ferdinánd királyhoz és a prágai országgyűlésre küldött követeik részére, adott megbizólevele.

Sacra Regia Maiestas, domine domine clementissime.

Fidelium seruitiorum nostrorum humillimam commendationem.

Misimus ad sacratissimam vestram maiestatem, adque istum conuentum Pragensem Reuerendissimum dominum Martinum Kechethÿ episcopum Wesprimiensem, magnificum dominum Franciscum Nÿarÿ de Bedeg comitem comitatus Honthensis, ac Egregios Georgium Rakowczÿ vicecomitem comitatus Thwrocz et Joannem de Lÿpche, per quos de omnibus hic in conuentu actis et conclusis, alijsque quae Maiestatem vestram scire oportere videbantur, Maiestati vestrae copiose significauimus. Supplicamus Maiestati vestrae sacratissimae, dignetur verbis ipsorum benignas aures accommodare, et, vt facit, afflictae reipublicae nostrae mature prouidere. Deus optimus maximus seruet Maiestatem vestram diutissime felicem et

incolumem. Datum Nouizolij, die secundo mensis Decembris, Anno domini MDXXXXIII.

Sacratissimae vestrae Maiestatis fideles et humiles seruitores.

Prelati, Barones, Nobiles, alijque ordines et status Regni Hungarie in conuentu Nouizoliensi congregati.

Kivül: Sacratissime Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regie Maiestati, domino nostro clementissimo.

(Eredetije, mely harminczkét gyűrű-pecséttel van látva, a bécsi titkos levéltárban.)

VI.

1543. Deczember 2.

A beszterczebányai országgyülésnek, a spejeri birodalmi gyülésre küldött követei részére szerkesztett utasítása.

Instructio Praelatorum, Baronum ac Nobilium, aliorumque ordinum et statuum Regni Hungariae, in conuentu Nouizoliensi pro festo beate Elizabet, Anno MDXXXXIII. celebrato, congregatorum, reuerendissimo domino Martino Kechethtij Episcopo Wesperimiensi ac magnifico domino Francisco de Batthÿan consiliarijs Regie Maiestatis, Egregio Georgio Rakowczij vicecomiti comitatus Thwrocz, oratoribus, ad Imperalia comitia Spirae celebranda, delectis, data.

Post salutem et seruitiorum officiosam commendationem, referent oratores, nomine ordinum et statuum Regni Hungarie, Reuerendissimis, Illustrissimis, Generosis, magnificis ac reuerendis dominis principibus, electoribus, ceterisque ordinibus et statibus sacri Romani Imperij, Spirae in comitijs congregatis: recenti memoria tenere eos dominos principes et status jmperij, qua instructione delecti fuerint, anno ab hinc quarto, ex Hungaria speciales oratores ad jmperialia comitia, quae tum Ratisponae celebrabantur, presentibus sacratissima caesarea

et catholica Maiestate ac serenissimo Romanorum Rege etc. quam copiose et diligenter in grauissimo illo Christiani orbis concilio ab oratoribus illis expositus fuerit Regni Hungarie, status, in quem post varios casus, post graues et diuturnas calamitates et ingentia pro Christiana Republica, pro fide et Religione suscepta pericula, natio Hungarica, olim inter alias non postrema, tandem immodica vi hostis propinqui deiecta esset, et quam prope adesset extremum eiusdem nacionis excidium, nisi presentane adhiberentur remedia, neque huius solum, sed et circumvicinarum prouinciarum ampla iam pateret ruina, quarum sane tutela ac defensio ad Imperij principes ac status, velut christiane fidei columina potiora imprimis spectaret; quemadmodum ea tum luculenter ab ipsis oratoribus Hungarie publice in predictis comicijs perorata fuisse recte constat.

Nec illud sane praeterit eosdem principes ac status Imperij, cum non multo post Thurcarum Tyrannus magna victoria recens in Hungaria potitus, Budam Regni caput in potestatem accepisset, extemploque jnicia iam nimium manifesta extarent multo ante preuisi excidij, status atque ordines Hungarie iterum per literas, cum propter temporis breuitatem legati mitti non possent, ex primo comentu Nouizoliensi affatim significasse principibus et statibus Imperij, quanto in discrimine res versaretur, et quam mature hostem e visceribus Regni eiici oporteret, nisi paulo post et Hungariam et vicinas omnes prouincias illius furorj et libidini deditas vellent, et quam eciam extremis rebus Hungari ad interitum usque parati essent pro patria, pro fide et Religione christiana depugnare, dummodo a principibus christianis ne desererentur; expositis videlicet lacius et commemoratis eo tunc ijs omnibus, que ad excitandos animos tantorum principum ad iustissimum bellum, in tam iusta causa, pertinere videbantur.

Recordantur et illud pariter domini principes ac status jmperij, quo pacto, siue legacionibus et scriptis Hungarorum, siue (quod est verisimilius) propria auitaque virtute sua, et periculi etiam magnitudine, nonnihil forte commoti, ijdem ipsi principes ac status Imperij, pro sua singulari pietate in religionem christianam, decernendum sibi eo tempore duxerint, de firmo validoque praesidio, tum pro continua Regni

defensione ad triennium, tum vero ad generalem expeditionem contra hostem, de numeroso exercitu praestando, nec multo post Illustrissimum dominum Marchionem Brandenburgensem principem electorem etc. cum ingentibus copijs in Hungariam expediuerint; ad quem quidem ducem et exercitum, pro oppugnanda ciuitate Pesth descendentem, constat principibus et statibus Imperij Romanj, que et quales copie cum sacratissime Romanorum Regie Maiestatis ac summi Pontificis, tum vero ex omnibus fere ordinibus et statibus Hungarie magno numero atque apparatu confluxerint, quanta cum admiracione externorum omnium acies Hungarorum assidue sub obsessa vrbe cum hostibus congresse sint, vt facile reliquie bellicosissimae nacionis esse apparuerint.

Et quamuis magna spes erat expugnandi Pesth, inceptamque expedicionem, diuina ope, foeliciter conficiendi, perspectum est tamen dominis principibus ac statibus Imperij, cum et Hungari et Italicus peditatus acriter prouincie insistendum esse instarent, exercitum tamen Imperialem contineri in officio diucius non potuisse, atque ita re omni infecta, insequente nemine, pedem retulisse, adeoque multitudinem illam omnem breuissimo tempore dispersam esse et dissipatam, vt ne presidia quidem vlla in Regno sint ex ea relicta, triennisque illa instituta expeditio, vndecunque accidit, vix in trimestris spacij progressum euaserit exercitus.

Quo quidem facto, hostibusque quo plus erant tanti exercitus formidine perculsi, eo magis repentino eiusdem exercitus discessu irritatis et animis erectis, constat principibus ac statibus Imperij, quanta rursum contencione, quibus precibus status atque ordines Hungarie egerint per literas ex conuentu proxima hyeme Posonij celebrato, ut sanctissimo suo decreto persistentes, principes ac status Imperij continuum praesidium in Hungaria tenerent, hostem curarent ex ea exterminandum, nec ab incoepto deterrerentur, quauis racione persuasum plane habentes, pacem et tranquillitatem suorum Regnorum et prouinciarum ex Hungaria conseruata pendere, intelligentesque Hungaros continuis bellis nimium iam attritos ac debilitatos proprijs viribus diucius non posse subsistere, eosdem, nisi deserantur a quibus maxime defendi oportet, facturos more ma-

iorum, vt in excidium hostium nominis christiani, intelligant omnes homines extrema eos quoque subire esse paratos.

Ad quas literas sic ex Nurembergensi conuentu proxima hyeme responsum fuisse constat, sic sacre Regie Maiestati a principibus et statibus Imperij firmiter oblatum, ut viginti quatuor millium hominum subsidium cum semestri solucione estate proxima Maiestas Regia ad nutum suum in Hungarica expedicione sese habituram sciret, et maiora additum iri, si ivrgens necessitas exigeret.

Quo quidem responso etsi non parum erant Hungari comoti, priorem deliberacionem tantorum principum jmmutatam ure admirantes; quod tamen videbatur ne hoc quidem mediocre futurum subsidium, quodque caeteris quoque christianis principibus defensionem Hungarie cure fore sperabant, ita se ipsos compararunt, vt cum ex pecuniario subsidio inter se decreto Regni fines ad inicium estatis vsque ab insultibus hostium tutati sint, tum vero instructos armatosque viritim insurrecturos ad proximam generalem expedicionem penes Regiam Maiestatem et Imperij exercitum deliberarint.

Ecce autem hoste formidabili inicio estatis magna vi Regnum inuadente, consiliaque et conatus christianorum principum celeritate preueniente, munitissime due arces Soklyos et Walpo primo impetu, cum ciuitate et Ecclesia Quinqueecclesiensi, dicionis sue fiunt, nec multo post idem arcem Strigoniensem obsidione cinctam per deditionem capit, postremoque Albam Regalem sedem et sepulchrum dominorum Regum haud diu obsessam expugnat, sicque occupatis minimo negotio potioribus regni munimentis, que ex superioribus cladibus relique erant, ijsdemque validis presidijs firmatis, inseqnente nemine, prius ipse reditum instituit, quam vlle vsquam christianorum copiae in perniciam illius apparerent.

Et quanquam Maiestas Regia, solita sua sollicitudine indefessa acrique studio, nusquam milites conscribere, armare classem, delectus habere per Regna et prouincias suas nusquam pretermiserit, omniaque diligenter pararet, quo, priusquam hostis abiret, victoriam illi de manibus eriperet, sic tamen res cecidit, vt prius ille peractis, quae proposuerat, quequ premissa sunt, in reditu esset, quam sua Maiestas Regia

cum exercitu e suis Regnis et prouintijs coacto, Posonium tandem venire potuisset; quo quidem tempore intelligere potuerunt principes ac status Imperij, quamuis nullus Imperialis adesset exercitus, perpauceque admodum auxiliares copie conspicerentur, status tamen atque ordines Hungarie paratos, uti statuerant, viritim penes suam Maiestatem cunctis viribus insurgere, summa contentione instetisse, vt gentes externe, quae cum sua Maiestate Posonium conuenerant, institutam expeditionem persequerentur, vtque Maiestas Regia incepto itinere ad interiora Regni penetraret, neque occasionem pulcherrimam recuperandi ea, que paulo ante amissa erant, de manibus elabi sineret; sed instante hyeme, alijsque racionibus obstantibus, gentes ille adducj non potuerunt, ut progrederentur ultra Posonium, atque ita Maiestatem Regiam jnchoatam expedicionem in aliud tempus oportuit rejicere.

His igitur sic peractis, tametsi status atque ordines Hungarie, frustratj spe maxima et liberalibus oblacionibus, a christianis principibus sibi factis, perculsique iam prope animis, consternati tot tantisque calamitatibus, ferocem hostem intra viscera habentes, et malis vndique circumuenti, in desperacionem iure videbantur prolabi potuisse: nihilominus generosum illum spiritum maiorum etiamnum retinentes, et dei optimi maximi imprimis auxilio freti, accepta rursum benigna Regie Maiestatis oblacione, in discessu ex Posonio facta, de capescenda generalj expedicione ineunte proximo vere, jdeoque ipsi omnes animati incensique vel patriam liberare, vel pulcherrimam mortem oppetere, penes Regem ipsorum (si ita res ferat,) congregati hunc in locum, ea omnia inter se communibus suffragijs statuerunt, quibus cum presenti hyeme tueri se suosque fines, tum jneunte vere maximis quibus potuerunt copijs presto esse poterunt sue Maiestati in generalj expedicione.

Cum autem status atque ordines Hungarie existimare non possint, quin quacunque de causa oblata praesidia proximo anno neglecta sint, domini principes ac status Imperij pro sua maiorumque excellenti virtute, pro magnitudine animi, et quod ipsorum proprium ac peculiare est, christianos populos ab jniurijs et vi crudeli solicite vindicare, oppressosque asserere in

libertatem, ipsis quoque Vngariam iam ruentem in interitum defensam et conseruatam velint, et quia in memoria habeant, maiores nostros clarissimos viros iam inde ab initio fidei christianae in hoc Regno proprijs viribus, acriter Hungarie fines longo tempore non solum tutatos esse, verum eciam protulisse longe lateque per hostis dicionem, cum summa ipsorum gloria et utilitate tocius Reipublicae christiane, ac vbi sensim labescere res coepit, aucta nimirum per caeteras orbis partes hostis potencia, victaque vi virtus est. tum demum simul cum Hungaria reliquas prouincias et Regna circumvicina furorem hostis, magno eorum malo experiri oportuisse, et nihilominus Hungaros nullis vnquam cladibus, nullis jacturis aut periculis absterrerj potuisse, ab imitandis vestigijs maiorum, semperque pro rerum magnitudine supplices denunciasse, imminencia pericula principibus christianis ; ob has igitur, aliasque huiusmodj rationes orabunt legati, obtestabunturque dominos principes et status sacri Romani Imperij, vt consyderato extremo periculo, quod supra caput cunctis aeque astat, sine mora et ipsi, maioribus quo possunt, viribus Hungarie subueniant, sanctissimumque propositum defendendi iugiter Hungariam, vsque ad hostis exterminationem, in manus resumere, ac firmo vnanimique decreto confirmare, et re exequi velint, neque vlla de causa hoc, quod praecipuum ipsorum institutum esse debet, posthabendum curent, certi, fore perbreui, vt amissa penitus Hungaria, tùm demum intelligant, quanti fuerit illam vi et furori hostis oppositam aditum ad reliqua Regna et prouintias praecludere, experienturque tanto difficilius in posterum reliqua defendi posse, quanto bellicosiore natione destituti, illos ipsos aduersarios paulo post cogentur sentire, quos nunc in communi causa acerrimos propugnatores secum sunt habituri, quemadmodum in ceteris christianis populis et gentibus paulo ante a Thurca subactis, magno omnium malo aetas nostra sensit.

Illud postremum oratores subiungent, cum status atque ordines Hungarie ad interitum vsque satis officio ipsorum, satis maiorum glorie facturi sint, nisi deserantur a principibus christianis, quibus haec imprimis defensio omnibus de causis cure esse debet, tum si praeces ipsorum iuges, et periculorum instancium magnitudinem, Christianaeque Reipublicae statum

pro nihilo haberi fuerint conspicati, seseque vnos etiamnum hostium libidini et furori obiectos deseri, cum nullum eis pateat perfugium ad exteras naciones, quo se cum liberis et vxoribus recipiant, id quod apud Hungaros ceteris profugis ex patrio solo eiectis in hunc vsque diem sane quam liberalissime patuit, necessitate extrema adactos, facturos id, quod omnes homines extremis rebus solent, et cum in omnibus sit animantibus natura comparatum, ut vitam quacunque racione ad extremum usque spiritum conentur retinere, et quisque aegerrime ex hac luce decedat, non solum condiciones iniquas, sed ipsum adeo iugum hostis saeuissimi subituros, pocius quam caeteris inspectantibus, volentes prope ac scientes ad interitum ruere voluntarium. Quod quidem factum nulla gens, nulli populi aut principes, iure vnquam poterunt improbare, quando satis iam praeteritarum ab Hungaris rerum gestarum et presentis eorum fortune fama, terrarum orbem facile vbique peruagauit.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

VII.

1544. Január 12.

Ferdinánd király válasza, a beszterczebányai országgyűlés által előterjesztett kívánatokra. [1])

Responsio Maiestatis Regiae ad supplicationem Dominorum Praelatorum, Baronum ac Nobilium, aliorumque Ordinum et Statuum Regni sui Hungariae, in proximo praeterito Conventu Beatae Elizabeth Novi Zolii congregatorum, Pragae facta, 12. Januarii, anno Domini 1544.

Satis constat Spectabilem et Magnificum quondam Comitem Alexium Thurzonem, Maiestatis suae regiae in Hungaria Locumtenentem, ab initio ad extrema vitae suae tempora Majestati Regiae constanter, fideliter et magna sollicitudine ser-

[2]) A melyek t. i. a törvényczikkekbe nem vétettek fel.

vivisse, nilque praetermisisse, quod ad bonum et fidelem Servitorem, Locumtenentemque pertinuerit. Quibus ex causis Maiestas sua, uti justus et gratus princeps, illius fidelitatis et servitiorum non immemor, Generosam et Magnificam Dominam Magdalenam viduam ac liberos ipsius condam Comitis Alexii Thurzonis, una cum bonis et juribus eorum justis, in protectionem et tutelam suam recipit specialem, et in huiusmodi bonis et juribus ipsorum ac legibus, libertatibusque regni sui Hungariae, contra illegitimos impetitores defendet. Modum quoque et viam sua Maiestas regia adhibere curabit, ut de creditis ipsius quondam Alexii Thurzonis, quae illi tum ratione salarii sui, tum alio nomine juste debet, ipsa Domina Vidua et liberi eius cum tempore contententur. Curabit etiam Maiestas sua Regia Castris illis et arcibus ipsius Dominae Viduae, quae sunt versus hostes veluti propugnaculum, propediem ita providere, ut arces eiusdem tute permanebunt, quas etiam postea, si necessitas ita postulaverit, absque praesidio non relinquet.

De dimittendo Domino Petro Pereny Maiestas sua clementer cogitabit, posteaquam mentem et voluntatem illius medio Comitis Nicolai a Salm et Francisci Batthiani, quos ipse ad colloquium ad se per suam Maiestatem mitti optavit, intellexerit, habebitque sua Maiestas graciosam rationem supplicationis ipsorum fidelium suorum et omnium regni sui Hungariae Statuum.

Mandavit Sua Maiestas per litteras Stephano Lossonczy Comiti Comitatus Neogradiensis, ut Nobilibus et aliis, sive per eum, sive per officiales ipsius, iniuria et damno affectis, iustitiam et satisfactionem omnimodam faciat et administret; quod si id non fecerit, Dominus Locumtenens Maiestatis suae, jussu eiusdem, inter Nobiles dammificatos et ipsum Lossonczy ius et satisfactionem decernet.

Vult Maiestas sua regia, ut Melchior Balassa in honoribus Comitatuum Honthensis et Barsiensis juramentum more consueto ex nunc praestare debeat, super officiis eisdem fideliter, juste et recte gerendis, et super administratione justitiae sine favore, aut aliis affectibus, omnibus debita; qui si id iussu Maiestatis suae non fecerit, eum in huiusmodi officiis non pa-

tietur, sed ea his conferet, qui iurati iustitiam omnibus faciant; hanc enim Maiestas sua inter fideles subditos suos omnino vult administrari.

Datum iam pridem est per Maiestatem suam mandatum, et nunc quoque dabitur, Domino Andreae Bathory Capitaneo suo, ut Christopherus Kawassy praefectus arcis Huzt a suis nefandis sceleribus, et ab oppressione fidelium Nobilium Comitatus Maromarussiensis, per omnia remedia prohibeatur et coerceatur, et si a suis malefactis, moribusque pravis non resipuerit, puniatur.

Quamvis Sua Maiestas pro comperto habeat successionem sylvae fluminis Rabe, atque munitionem eius regionis ad profugium et permansionem fidelium subditorum suorum, necessaria esse, ad quam scilicet munitionem, et ob naturam situmque loci, et ob securitatem muniti operis, fideles subditi sui, tempore periculi et hostilitatis, una cum pecoribus, jumentis et rebus suis, tutum receptum habere possint, ut satius esset et commodius manu ferventi una vice pro profugio et salute publica hoc, quicquid est operis, perficere, quam in eo ob operariorum paucitatem diu; herere, attamen Sua Maiestas mandabit, ut quantum fieri poterit, labores fidelium subditorum suorum Comitatus Castriferrei moderentur.

Quum castrum Saaros non parum adferat momenti ad defensionem et salutem partium regni Maiestatis regiae superiorum, ut si quid hostile (quod Deus avertat) contingeret, ex castro fideles subditi Suae Maiestatis defendi facile possent, necessariumque ob eam rem esset, quo aliquid ex publico ad levanda servitia et necessitates eiusdem arcis semel contribueretur, ut postea Comitatus ipse de Saaros a laboribus et subsidio continue illi ferendo liberaretur. Quare clementer hortatur Maiestas sua eosdem fideles subditos suos ipsius Comitatus de Saaros, velint tum defensionis suae propriae, tum publicae quietis causa, aliquid ex communi facultate contribuere, ut ex ea contributione equi currules, et alia iumenta coëmi possint, foenique ac avenae et pabulorum aliquid, huiusmodi jumentis necessariorum, designare, dandumque decernere, quibus servicia et labores castri ipsius sufferri et peragi possint; ita procul dubio futurum est, ut et necessitatibus atque serviciis arcis, ex

qua salus eorum pendet, satisfieri queat, et non detur postea causa, cur ipsi fideles regii gravatos se esse conquerantur.

De oppressione Comitatuum de Saaros, Sempliniensis, Ungh et Abaujwariensis, per praefectos civitatis Cassoviensis et alios illata, tum etiam de novis tricesimarum, tributorum et aliarum solutionum exactionibus Maiestas sua mittit ad Dominum fratrem Georgium Thesaurarium nuncios et homines suos, ut male hactenus commissa rectificentur, et novae huiusmodi tricesimae atque exactiones tollantur, et ex parte homicidarum justitia administretur.

Quum fides et religio christiana una sit, nullumque schisma in ea fieri debeat, merito caveri debet, ut falsi verbi Dei concionatores e grege Domini, qui pastorem blandum et verba animum demulcentia sonantem facile sequitur, procul arceri et repelli debeant; Maiestas regia dignum et salutare esse putat, fidelium subditorum suorum supplicationi consentire, hancque ob rem committet fidelibus Capitaneis suis, ut ad requisitionem Domini Locumtenentis suae Maiestatis (quae tamen ex iusta beneque intellecta causa ac fundamento recto fieri debebit) in omnes tales falsos praedicatores, Sacramentorum et constitutionum Ecclesiae Orthodoxae contemptores, atque schismata in Ecclesia Dei facientes, animadvertant.

Committet sua Maiestas regia Fuggeris et eorum officialibus in Castro Wereskeo constitutis, ut ex eius arcis silvis ad restaurationem, munitionem, et ad alios necessarios usus fidelium civium civitatis suae Thyrnaviensis, more et precio antea solito, robora et ligna dare debeant.

Mandavit etiam Sua Maiestas praefectis militum, qui in comitatu Comaromiensi nunc existunt, ut milites ipsos cuiuscunque ordinis a direptionibus et damnis, miseris colonis inferendis, prohibeant, et malefacta rectificent, de caeteroque in bona disciplina militari eos contineant.

Libertas Nobilitatis Regni Hungariae id requirit, ut cuiusque fidelis regii Nobilis domus nobilitaris ab omni violentia salva, integraque sit; multo magis ex veteri instituto divorum Regium, publicaque libertate Regni ipsius Hungariae, Loca Capitularia et Conventus, ex quibus executiones deliberationum et sententiarum publicarum more solito fieri debent, et

in quibus publica Nobilitatis instrumenta et litterae servantur, tuta et ob omni irrupcione libera esse debent. Non parum itaque Maiestati suae regiae displicet, quod Stephanus Seredy monasterium et conventum Ecclesiae de Lelez intempesta nocte superiori tempore adortus fuerit, fidelemque suum Praepositum eius loci ceperit, victualia multa consumpserit, Ecclesiam ipsam profanaverit, et omnia ex libito suo istic et egerit et inverterit. Quae sua Maiestas nolens silencio praeterire, mandat Domino Locumtenenti suo, ut sine mora ipsum Stephanum Seredy in praesentiam sui citari et accersiri faciat, et rebus praemissis, quae ille patravit, bene intellectis, de eo id statuat et decernat, secundum Articulos Novizolienses et jura regni, quod equitas ipsa postulabit.

Dedit litteras Maiestas sua regia ad Serenissimam Reginam Mariam, sororem suam amantissimam, pro restitutione arcis Lypche, a qua bonum credit sibi reddi responsum.

Aequum esse videtur Maiestati regiae, ut litterae super his causis, quae vivente quondam Comite Alexio Thurzone, per eum et prothonotarium ipsius juratum, processu juridico regni sui Hungariae, fuerunt adiudicatae, litterae emanentur pro iurium ipsorum causantium defensione. Committet igitur sua Maiestas Dominae praefatae Comitis Alexii viduae, ut sigillum illius Judicatus Curiae Regiae ad manus Domini Locumtenentis et Consiliariorum suorum mittere debeat, ut litterae, quae, ut praemissum est, in causis adiudicatis emanari debebunt, praesente etiam homine fido eiusdem Dominae, ad id per eam mittendo, sigillari possint. De quo id postea faciant Dominus Locumtenens et Consiliarii suae Maiestatis, quod alias quoque de huiusmodi sigillis demortuorum officialium suae Maiestatis, de more et consuetudine regni, fuit factum.

Jam dudum Sacra Maiestas regia mandavit tabulam testamenti ipsius condam Comitis Alexii Thurzonis, ad proximum festum Conversionis Beati Pauli Apostoli, per Dominum Locumtenentem et Consiliarios, aperiri, et ea omnia, quae ibi legata sunt, executioni demandari, iuxta testatoris voluntatem.

Jussum est per Maiestatem Regiam, ut Eustachio Feledy iustitia administretur, et si iure mediante comperietur per quon-

dam Stephanum Kassay oppressus et damnificatus esse, ex bonis illius iure ei satisfiat.

Quum Maiestas Regia se annuisse non recordetur castellum aliquod per Georgium Seredy, e regione oppidi Ztropko, erigi et aedificari, et quum etiam plurima mala et direptiones vicinis Nobilibus et plebi ex eo ibi erecto Castello inferri intelligat; vult sua Maiestas, et committit Domino Andreae Bathory Capitaneo suo, ut castellum illud, secundum constitutionem Novizoliensem, distrahendum et diruendum curet, ne occasio fiat illinc malefaciendi, et miseram plebem opprimendi.

Liberas civitates tam montanas, quam alias sua Maiestas in earum juribus et libertatis vetustis conservare faciet, et in novis locis tricesimarum modum adhiberi mandabit, ne quid libertatibus ipsarum praeiudicetur, damnumque patiantur; prout Maiestas sua hac de re tam ad Dominum Locumtenentem et officiales suos, quam ad dominum fratrem Georgium ac alios tricesimas, tributa et thelonea tenentes, litteras suas et mandata dedit.

De summa illa pecuniarum, quam cives de Epperies racione castri Sowar dederunt, Maiestas Regia modum et viam inveniri curabit, ut iidem cives contententur, et ipsi arci Sowar aliter provideatur.

Est nunc Maiestas sua regia in tractatu cum Serenissimo Rege Poloniae, de apertione viarum in limitibus regni Poloniae occlusarum. Curabit etiam vias ad Wratislaviam et Tessinium tendentes liberas fieri.

Non patietur Maiestas sua regia, ut cives civitatum liberarum et montanarum per Dominum Locumtenentem et Cameram suae Maiestatis deinceps arrestentur et detineantur, contra earum libertatem et privilegia. Id quoque, quoniam bis contra eos factum esse ex eorum supplicatione intelligit, non aequo Maiestas sua accepit animo.

Depositionem mercium in civitate Lewchoviensi habitam, quam ipsi cives contra civitatem Kesmark de iure obtinuisse dicuntur, vult Maiestas sua observari, et iam hac de re mandatum dedit tam ad ipsos de Kesmark, quam ad Dominum Andream Bathory Capitaneum suum.

Joanni Horwath Praefecto arcis Newgradiensis possessiones illas et bona, de quibus in favorem eiusdem Joannis Horwath, fideles status et ordines regni sui nunc supplicant, iam antea per litteras suas contulit.

Nicolaus Olahus
Episcopus Zagrabiensis, Vicecancellarius.

(A Nemzeti Múzeumnak XVI. századbeli ily című kéziratában: „Articulorum, in diuersis Congregationibus per Status et Ordines tractatorum, liber")

VIII.

1544. Január 25.

Ferdinánd király leirata, melyben a beszterczebányai országgyülésen alkotott törvényeket megerősíti.

Regiae Maiestatis ad Constitutiones Novizolienses, Anni M. D. XLIII, responsio.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Vngariae, Boemiae, etc. Rex, semper Augustus, infans Hispaniarum, etc.

Reverendissime in Christo Pater, Reuerendi, Spectabiles et Magnifici, Egregij, Nobiles, Prudentes et Circumspecti fideles syncere dilecti. Articulos eos, quos in proxime praeterito Conuentu festi Beatae Elisabeth, nostro iussu Novizolii celebrato, in defensionem Regni nostri Vngariae, conseruationemque libertatis vestrae publicae, pari omnium Ordinum suffragio confecistis et conclusistis, et quos fideles nostri Reuerendus Martinus de Kechet Episcopus Wesprimiensis ac Magnificus Franciscus Nyáry de Bedegh Comes Comitatus Honthensis, Egregij Georgius Rakowzky de Thwrocz, et Martinus Bertholdi de Saaros Comitatuum Vicecomites, Oratores vestri ad nos publico nomine mi si, Maiestati nostrae porrexerunt, perbenigne sane vidimus, et attente audivimus, quae etiam ijdem Oratores vestri, cum de his, quae Novizolii acta, conclusaque

fuere, cum de nonnullis aliis, quae Maiestatem nostram scire oportere arbitrati fuistis, nobis et verbis et scripto, simul atque separatim proposuerunt, clementer intelleximus.

Quod ad articulos in ipso Conuentu conclusos attinet, illos omnes et singulos clementi animo acceptamus, atque adeo ratos et gratos habemus, nostraque Regia authoritate, consensu et voluntate, in omnibus punctis et clausulis eorum probamus et confirmamus; nihil sane in eis mutantes, praeterquam quod remissionem arcium et bonorum, quae sunt in inscriptione, arbitramur in illud tempus differendum esse, dum nos eiusmodi causas arcium, a veris dominis suis utcunque alienatarum, et aliorum bonorum inscriptorum, in felici reditu nostro personaliter, vti antea deliberatum erat, reuidere et cognoscere poterimus, atque id facere, quod e dignitate Maiestatis nostrae, e commodo Reipublicae ac aequitatis esse videbitur. Id autem tum alias multas ob causas nobis videtur, tum vero praecipue, quod praedictorum bonorum restituendorum exequutio, hoc perturbato et periculoso tempore, praesertim in hac absentia nostra, inter arma pro publica defensione tractanda, non satis opportunum locum exitumque sortiri posset; in reditu tamen nostro felici speramus talem nos modum in his quoque bonis remittendis adhibituros, quo quisque bene contentus esse possit.

Hortamur autem et requirimus fidelitates vestras, vt quae inter se, iuxta articulos transegerunt et concluserunt, quisque pro parte et officio suo, debitae executioni demandare studeat, ac inprimis omnibus odiis, mutuisque simultatibus depositis et abiectis, veram unionem, mutuamque concordiam pro salute et conseruatione Regni complectatur, atque adeo coadunatis et coniunctis communiter viribus, aduersus perpetuum Christiani nominis hostem sese instructum reddat.

Deinde, vt subsidium oblatum et promissum tam gentium, quam pecuniarum, eo modo, quo concluserunt, integre et fideliter, iuxta praescriptos terminos, administrandum et praestandum fidelitates vestrae curent.

Caeterum, quae per Maiestatem nostram, aut supremos Regni Capitaneos, secundum tenorem confectorum articulo-

rum, vel committenda, vel curanda, vel praestanda sunt, ea omnia, quantum in nobis erit, debitis, opportunis ac honestis et decentibus modis temporibusque, committere curabimus praestabimusque; tam in diruendis scilicet demoliendisque castellis ac fortalitiis, per violentos quosdam extructis, ex quibus occupationes bonorum (vt asserunt), rapinae, violentiae et plurima malorum genera tam Nobilitati, quam miserae plebi inferuntur, quam in confiniis recte providendis, praesidioque aliquo firmo submittendo, cujus opera hostibus occasio excurrendi et grassandi adimatur, aliisque rebus, quae secundum conclusos in Dieta articulos nos concernere videntur.

Quod vero, ad legationem Maiestatis nostrae communiter respondendo, fidelitates vestrae sibi satis superque constare fatentur, quo studio et quam indefessa solicitudine, paternoque plane amore nos iam inde ab initio regiminis nostri Vngariae, defensionis et conservationis vestrae curam gesserimus, et quam ingentes propterea sumptus, pericula ardua, labores immensos pertulerimus, non possumus hoc ipsum vestrum testimonium de nobis factum, tanquam copiosam actionum nostrorum, pro Regni salute et incolumitate multifariam susceptarum, commemorationem, non clementi animo suscipere, vobisque de eo meritas gratias agere.

Porro, posteaquam inter alia fidelitates vestrae nobis supplicant, vt ineunte vere rursus valido exercitu stipati, iuxta priorem oblationem nostram, in Vngariam descendere, persuasumque nobis habere velimus, quod hoc quoque tempore, donec auxilii atque opis externae spes aliqua affulserit, nusquam vel maiorum suorum gloriae, vel dignitati suae ac nomini deesse constituerint; quin potius extrema omnia libenter penes Majestatem nostram et Christianos populos, qui eis in subsidium venerint, libenter subiturae sint. Primo, sane fidelitatum vestrarum fortitudinem, constantiam et virtutem in sequendis vestigiis maiorum suorum, qui per multa saecula in Regno Vngariae semper pro fide et religione Christiana continua bella cum hostibus gerere, seque cunctis populis ac gentibus Christianis, tanquam propugnaculum quoddam validissimum ad-

uersus Turcas exhibere non dubitarunt, maiorem in modum commendamus, debitisque laudibus extollimus.

Deinde vero easdem haud latere volumus, quod nos, vt antea semper nihil aliud magis elaborauimus, quam vt afflictum Regnum illud, fidelesque subditos et Regnicolas e faucibus Turcarum eriperemus, illosque in transquilla pace et quiete tueremur et conservaremus, quemadmodum ipsaemet fidelitates vestrae id in responsione sua humiliter agnoscunt et fatentur; ita nunc quoque omni studio in hoc incumbimus et enitimur, atque adeo omnes labores, actiones, vigiliasque nostras eo dirigimus et intendimus, vt quae ad salutem, tuitionem, eliberationem et conseruationem dicti Regni nostri et fidelium subditorum nostrorum pertinent, ea omnia cum huius Regni nostri Boemiae Statibus et Ordinibus, nec non adjunctorum et incorporatorum illi Principatuum, vt est Morauia, Silesia, Lusatia inferior et superior, ac denique omnium Prouinciarum et dominiorum nostrorum, praesertim Austriae inferioris nuntiis, Commissariis et legatis, cum plenissima scilicet potestate et facultate a suis deputatis huc expeditis, tam super celeri defensiua expeditione seu resistentia, id est, vt absque omni mora, finitima loca, ciuitates, arces et fortalitia, necessariis gentium praesidiis, commeatibus atque munitionibus firmentur et prouideantur, ac pro arcendis hostium incursionibus et inuasionibus competentes equitum copiae teneantur et alantur, quam super generali eaque durabili expeditione, in praesenti Conuentu conficiamus, concludamus et in effectum primo quoque tempore perducamus. Quibus rite confectis, constitutis, ordinatis et prouisis, mox Deo duce ad conuentum Imperialem Spiram indictum proficisci decreuimus, ubi praesente Caesarea et Catholica Maiestate, aliorumque Christianorum potestatum Oratoribus et Imperii Principibus et Statibus comparentibus, eos futuros esse tractatus confidimus, qui Reipublicae Christianae pacem, concordiam, aliasque infinitas utilitates, et imprimis isti afflicto regno nostro Vngariae certam salutem sint allaturi. In qua re promouenda omne sane studium nostrum consumemus, daturi operam, vt rebus bene confectis ad regna et dominia nostra, suscipiendae contra Turcas expeditionis causa, quanto citius revertamur.

Interea vero fidelitates vestras et omnes Status atque Ordines clementer hortamur, vt et ipsi quaecunque ad rem tam salutarem conducere, et ad alendam, conseruandamque inter regnicolas quietem et charitatem, mutuamque defensionem pertinere videbuntur, sedulo curent, neque de nobis provinciarumque et dominiorum nostrorum submittendis auxiliis, vllo modo dubitent; quin potius persuasum habeant saluti et defensioni istius afflicti regni nostri et fidelium regnicolarum, Maiestati nostrae cum nihil antiquius esse, tum vero nos non commissuros, vt quisquam a nobis, vel maiorem curam, vel diligentiam ea ampliorem, quam praestare velimus, desiderare queat, nil sane neglecturos vel omissuros earum rerum omnium, quibus incolumitas regni retineri, atque adeo impendentia pericula a ceruicibus fidelitatum vestrarum, aliorumque regnicolarum averti et propulsari possint. Datum Pragae, vigesima quinta Januarii, Anno Domini Millesimo Quingentesimo. Quadragesimo quarto

(Kiadva törvényeink nyomtatásban közrebocsátott gyűjteményeiben. Így az első nagyszombati 1584-iki kiadásban, 338—341. ll. — A bécsi titkos levéltárban ezen leiratnak más alakban szerkesztett példánya találtatik, mely ekként kezdődik: „Sacra Regia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Maiestas, dominus noster clementissimus, tum articulos dominorum Prelatorum, Baronum et Nobilium, ceterorumque statuum Regni sui Hungarie, fidelium dilectorum, in conuentu Nouizoliensi congregatorum, pro festo beate Elysabeth vidue, ad mandatum eiusdem Maiestatis sue, pro defensione Regni et conseruatione libertatis eorum, unanimiter confectos et conclusos, ac per Reuerendissimum dominum. . . . " Egyébkint a tartalom teljesen azonos.)

IX.

1544. Május 7.

V. Károly császárnak a magyarországi rendekhez intézett irata, a török ellen nyújtandó segély tárgyában. [1])

Carolus etc.

Ostendit nobis Serenissimus etc., frater noster charissimus, non sine magno animi sui dolore, uehementique commiseratione, qua Serenitas et dilectio sua erga vos, caeterosque Regnorum et Dominiorum suorum obedientes ac fideles subditos, paterne afficitur, quemadmodum, quod iam ante intellexeramus, communis Christiani nominis hostis, Turcarum princeps, iam ab aliquot annis, et praesertim proxime praeterito anno, in Regnum Hungariae, non solum occupandi illius causa, uerum etiam ad deuastanda excindendaque subinde contigua finitimaque Serenitatis et Dilectionis sue regna et prouintias, totiusque Germanice nationis pomaeria, truculenter et immaniter inuasisset, quodque eius esset animi certique propositi, imo omnes conatus preparationesque suas eo iam direxisse videretur, vt uel hoc anno reliquam partem, quae in dicto regno Hungarie adhuc salua et intacta permanserat, sub crudelem tirannidem et potestatem suam penitus redigat, moxque, Hungaria cum in modum subacta, pro effrenata libidine sua, alias quoque adiacentes prouintias impetat et plane euertat; commemorando preterea idem Charissimus frater noster, vt vos, vna cum alijs Dilectionis sue regnorum et Dominiorum subditis et fidelibus, ad propulsandos et auertendos istiusmodi tam pernitiosos communis hostis conatus hactenus semper, non parcendo nimirum corporibus, sanguini et fortunis vestris, admodum fortiter gesseritis, vosque erga Serenitatem suam, vti fideles subditos decet, per omnia obedienter exhibueritis. Quod igitur ad pestiferos ipsius Turcarum tiranni progressus,

[1]) Válasz a beszterczebányai országgyűlés által Spejerbe küldött követek előterjesztésére.

formidabilesque conatus attinet, de quibus etiam longa et diserta oratione Legati uestri, quos ad nos sacrique jmperij principes atque status in hoc conuentu congregatos misistis, nos certiores fecerunt: nos sane ea re, tum pro innata pietate nostra, et ex christiano animi affectu, tum pro fraterno amore charitateque, qua dictum fratrem nostrum prosequi solemus, tum etiam pro singulari benignitate propensioneque nostra erga vos omnes, vtpote Serenitatis sue fideles et obedientes subditos, vehementer commoti sumus, atque adeo cum Dilectioni sue fraterne et amice, tum vobis clementer de presenti rerum discrimine compatimur et condolemus; sed interim tamen iucundum perque gratum nobis fuit audire id, quod tam Christiane, tam fortiter et obedienter vos hucvsque gesseritis, quo nomine vobis non solum gratiose afficimur, verum etiam propter eiusmodi laudabilem in aduersis constantiam, animorumque vestrorum in propulsandis presentibus malis fortitudinem promptitudinemque, tanto magis inclinamur in his omnibus promouendis, que ad fratris nostri Charissimi, vestramque, tanquam Dilectionis sue obedientium fidelium subditorum, salutem, tranquillitatem securitatemque idonea, vtilia, commoda et necessaria esse queant, eximium studium, singularem diligentiam, propensissimam voluntatem, opem denique fraternam et clementem declarare, ita plane, vt neque in persona nostra, neque in viribus et facultatibus nostris quidquam desyderari amplius possit, sicuti hactenus semper eo animo et consilio fuimus, omnesque adeo cogitationes et actiones nostras non alio destinauimus, quam vt vel cum persona nostra propria et pro toto posse nostro isti communi christianitatis hosti ad infringendos et jmpedieudos illius exitiosos conatus fortiter resistere possemus, cuius animi et paterne jntentionis propenseque voluntatis etiam nunc sumus, vsque adeo certe, vt nihil nobis optatius sit, nihilque euenire magis desyderemus, quam vt huiusmodi clementem et paternam voluntatem, propositumque nostrum, pro defensione et conseruatione salutifere fidei et religionis nostre Christianique nominis, nobis primo quoque tempore in effectum perducere liceat; quid autem nos hactenus jmpedierit et etiamnum impediat, quominus tam vtile, necessarium et salutare opus, ita vt iam dudum constitueramus,

perficere potuerimus, vobis ac omnibus palam constare haud dubitamus; quapropter volentes nolentesque impellimur, ineuitabili necessitate potius quam vlla culpa nostra coacti, eas iam tandem vias et rationes inire, per quas cum grauissimum illud onus, quo nunc immerito premimur et turbamur, tum objectas difficultates et jmpedimenta in propugnanda salute communis christianitatis, aduersus perpetuum et hereditarium hostem, omnipotentis auxilio, amoliri et amouere, illisque amotis postea prelibato fratri nostro, vobisque et alijs Serenitatis eius regnorum et dominiorum obedientibus ac fidelibus subditis, pro eliberatione ipsorum a presenti metu, periculisque jmpendentibus, personali presentia et assistentia nostra, necnon cum omnibus viribus nostris, auxilium suppetiasque ferre queamus; nihilominus etiam nunc, in hoc presenti conuentu jmperiali, apud communes status atque ordines sacri jmperij, attenta tali tantaque necessitate et periculorum magnitudine, de quibus nos, simul et dicti status, a prefato fratre nostro charissimo, pluribus grauissimisque sane verbis, sufficienter edocti admonitique sumus, tantum egimus, eoque rem ipsam perduximus, vt dicti status atque ordines pro hoc anno subsidium defensiuum, et pro anno proxime futuro validissima auxilia ad expeditionem generalem offensiui belli, contra sepedictum Christianitatis hereditarium hostem Turcam, sese prestare, vnanimi consensu et voluntate obedienter obtulerint et receperint; nos uero vicissim obtulimus atque adeo promisimus, nos tali expeditioni belloque offensiuo aduersus communem hostem personaliter et cum potentia presse curaturos, eamque, cum adiutorio et clementi gratia omnipotentis dei, pro prelibati fratris nostri Charissimi, vestraque omnium, nec non totius nationis germanice et communis Christianitatis securitate et pacificatione, ad salutarem exitum, speratumque finem perducere elaboraturos fore; neque extra spem sumus, nos fauentibus superis fortassis adducturos eos, qui horum malorum sunt authores, et nos ab auxilijs ante dandis impediuerunt, ad rectam rationem, vt nos in restituenda vestra prouintia suis auxilijs ipsi adiuuent. Que quidem omnia vobis impresentiarum idcirco clementer et paterne significare voluimus, tum vt inde certam spem et consolationem caperetis, tum vt scireretis vos in pre-

senti metu et periculis, in quibus versamini, haudquaquam derelictum iri, quin potius de benignitate dei inprimis confisi, nostrisque ac sacri jmperij auxilijs freti, liberationem et redemptionem vestram breui affuturam, pro certo vobis persuaderitis; quodcirca vos clementer hortamur, et requirimus etiam atque etiam, vehementer petentes, vt deinceps quoque in ea fide, obedientia et constantia, sicuti hactenus magna cum laude vestra fecistis, erga Serenissimum regem et Dominum vestrum inconcusse intrepideque permanere velitis, et presertim hoc anno circa prestationem subsidij defensiui, per communes status jmperij promissi, vna cum alijs eiusdem fratris nostri Charissimi regnorum et dominiorum subditis, Serenitati eius obedienter et fideliter auxilijs vestris adesse et assistere, vestraque adeo corpora, bona facultatesque pro defensione et conseruatione nimirum tum communis patrie, tum dignitatis vetusteque glorie nominis vestre, necnon vxorum, liberorum, fortunarumque vestrarum alacriter impendere, ne formidetis aut cessetis; quemadmodum in hoc ipsum dictus Charissimus frater noster vltro sedulo incumbit, et in hunc vsque diem, quantum in se fuit, nihil penitus desyderari passus est, quo jnmanis Turcarum tirannus tantisper, donec promissa et decreta offensiui belli auxilia et personalis presentia nostra ad futurum annum adesse et exspectari possint, ab vlteriori inuasione et progressu cohiberi, et incomparabilia illa mala atque damna, que proculdubio ex eo, si Turca hoc anno jntentum et propositum suum plene assequeretur, toti nationi germanice et communi Christianitati timenda et expectanda forent, auerti et prohiberi queant: siquidem nos omnibus modis statutum habemus dictum fratrem nostrum Charissimum, vosque et alios Serenitatis sue regnorum et dominiorum obedientes et fideles subditos, in hisce periculis imminentibus nequaquam derelinquere, de quo spem vobis indubitatum facimus, prout vicissim de vobis nihil aliud nobis pollicemur, quam quod in pristina obedientia, fide et offitio erga Charissimum fratrem nostrum perseuerantes, vos vsquequaque uere strenuos, patrieque amantes exhibebitis; jd quod praeterquam quod vobis, vt Christianis viris, et pro satisfactione debite obedientie, qua prefato fratri nostro Charissimo, tanquam Regi et naturali domino ac

principi vestro iurati et diuincti estis, apud omnes laudabile et gloriosum futurum est, ita etiam apud Deum optimum maximum singularem procul dubio remunerationem ea de causa accipietis, atque adeo vobis ipsis et omnibus vestris per hoc perpetuam pacem, quietem et tranquillitatem constituetis. Nos autem idem ipsum erga vos omnes et singulos omni gratia et clementia nostra recognoscere studebimus, ita vt manifeste appareat, nos tum gratificandi in omnibus dicto Serenissimo fratri nostro, tum benefaciendi opemque praestandi vobis ac reliquis subditis Serenitatis sue, admirabili fraterno et clementi prorsus studio teneri. Datum Spirae VII. Maij 1544.

Kívül: Reverendis, Magnificis, nobilibus, spectabilibus, egregijs et circumspectis, deuotis et syncere nobis dilectis, archiepiscopis, episcopis, proceribus, ceterisque statibus et uniuersitatibus regni Hungarici, syncere nobis dilectis.

(Eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.)

XIII.

MAGYARORSZÁGI

RÉSZLEGES GYŰLÉSEK

1544. és 1545-ben.

Magyarországi részleges gyülések 1544- és 1545-ben.

I.

1544-ben ismét meghiúsultak a magyar nemzet reményei, melyeket a császár és a német birodalom segélyígéreteihez kapcsolt. Ez alatt a török kézre jutott várak őrségei, ellenállást nem találva, terjesztették foglalásaikat. A Duna mellékén mind nagyobb tért foglalt a török uralom. [1])

A Tiszán inneni vármegyék rendei, ily körülmények között, meggyőződtek, hogy ha területük védelméről önmaguk nem gondoskodtak, a török rabságot ki nem kerülik. Ezen veszély elhárítása képezte az 1544. július 6-án *Sajó-Szent-Péteren* tartott gyűlés tanácskozásainak tárgyát.

Valószinűleg *Frater György* hívta össze a gyülést. A jelenlevők neveit csak csekély részben ismerjük. A nagyváradi püspök körül megjelentek: Balassa Imre és Zsigmond, Bebek Ferencz, Bidy Mihály, Dobó Ferencz, Drágffy Gáspár, a Homonnai testvérek egyike, wingarthi Horváth Gáspár és Serédi Gáspár. [2])

Ferdinánd király *Peregi Albert* pécsi prépostot, a pozsonyi kamara elnökét, küldötte a gyülésre. Ez bemutatta V. Károly császárnak, 1544. május 7-én a magyarországi rendekhez intézett levelét, melyben határozott ígéretet tesz, hogy a jövő évben személyesen fog hatalmas sereget Magyarország felszabadítására vezetni.

Az összegyült rendek hálájukat fejezték ki az ígéretért,

[1]) V. ö. *Horváth Mihály.* Magyarország Történelme. IV. 198. l.
[2]) Ezeket említve találjuk a gyülés végzéseiben.

és a királynak buzgalmáért, melyet a külsegély megszerzése körül kifejtett. Mivel azonban az ország ezen részét megmenteni és a török támadások ellen megoltalmazni csak rögtöni segély képes: felkérték a királyt, hogy a beszterczebányai országgyűlésen kijelölt főkapitányt haladéktalanul küldje körükbe, ki a szükséges védelmi intézkedéseket megtegye, és egy úttal a törvénytelenül elfoglalt jószágoknak visszaadását eszközölje.

Továbbá lehetővé akarván tenni, hogy Eger vára, mely az ország felső részeinek kulcsát képezi, megerősíttessék és védelmi állapotba helyeztessék: határoztatott, hogy az egri püspökség összes tizedei, bárki élvezte azokat eddigelé, jövőben a királyi tisztek által a várra fordíttassanak.

Peregi Albert, a királyi biztos, kijelentette, hogy, bár erre nézve utasítást és felhatalmazást nem nyert, reméli, miszerint a király ezen végzést jóvá fogja hagyni.

A rendek továbbá megállapították, hogy a nemesek jobbágyaikat felfegyverezve készen fogják tartani, hogy mihelyt a török számadás vagy ostrom híre érkezik, fejenként megindúlhassanak.

A királyhoz több kérelemmel fordúltak. Kívánták, találjon módot, hogy *Losonczy István* az általa elfoglalva tartott idegen jószágokat törvényes birtokosaiknak adja vissza, és szűnjék meg a szomszéd nemeseket, jobbágyokat s kereskedőket zsarolni; hogy mindazok, kik az esztergomi érsek birtokait és tizedeit bitorolják, ezeket adják vissza; végre hirdessen a Tiszán inneni s túli országrész úgy szintén Erdély rendeinek gyűlést, melyen az ország védelmeiről tanácskozhassanak és határozhassanak. [1])

Vajjon megerősítette-e Ferdinánd ezen végzéseket? arról nincs tudomásunk.

II.

Frater György nem várta be, míg a király, a sajó-szentpéteri rendek kérelmére hajolva, a tiszamelléki országrész

[1]) A gyűlés végzéseit, a Bártfa sz. k. város levéltárában levő egykorú másolatból, közli *Kovachich*. Supplementum. III. 185—190. ll. — L. **Irományok.** I. szám.

védelmére főkapitányt és haderőt küld. Miután ez késett, és a török napról napra fenyegetőbb magatartást foglalt el, a veszély elhárítására ujolag megragadta a végső eszközt: adófizetés által vásárolni a töröktől kíméletet.

1544. második felében *Debreczenben* gyűlést tartott, hol indítványára több megye — kétség kivül a Tiszán túlról — a török adót megszavazta. [1])

III.

1545. június 7-én Frater György ugyanezen czélból, a török barátság megszilárdítása végett, ismét gyűlést hirdetett *Debreczenbe*. [2])

Ferdinánd hívei, értesülvén Frater György szándékai felől, mindent megtettek, hogy a gyűlés létrejöttét meggátolják. Serédi Gáspár és Fels Lénárd főkapitányok felhívták a nemességet, hogy a kihirdetett gyűlésen ne jelenjék meg. [3]) Azonban igyekezeteik sikertelenek maradtak.

A gyűlés megtartatott. Kik jelentek meg? nem tudjuk.

A szultánnak fizetendő adó tárgyában hozott mult évi határozat megerősítettetett, és e czélra újabban minden jobbágy után egy forint, mely június 24-én fizetendő, szavaztatott meg. Határoztatott, hogy az adót, a szultánnak és a basáknak szánt ajándékokkal, követek fogják a portára vinni.

[1]) Ezen gyülésnek és érintett határozatának az 1545-ik évi debreczeni gyűlés végzéseiben találjuk nyomát. „Comitatus, qui anno superiori Congregationi Debretzinensi interfuerunt, et censum Caesari reddere polliciti sunt, nondum tamen restituerunt, ad festum Joannis Baptistae administrare teneantur.“ *Kovachich.* Supplementum. III. 191. l.

[2]) A gyűlés május 31-re volt kihirdetve. *Serédi Gáspár* 1545. május 12-én Regéczből jelenti Ferdinándnak, hogy „Thesaurarius ad octauam Penthecosses conventum Debreczenii celebrandum firmiter indixerat.“ (Eredetije a bécsi titkos levéltárban.)

[3]) Fels Lénárd levelét nem ismerjük. Említést tesz arról Serédi Felshez, 1545. május 14-én irt levelében: „Redditae sunt nobis — úgy mond — V. Sp. et. M. Dominationis literae, quas ad Comitatus scripsit, ne in Conventum particularem ingredcrentur.“ (Eredetije a bécsi titkos levéltárban.) *Serédi Gáspárnak* május 14-én Szepes megyéhez intézett levele, ezen megye levéltárában. — L. **Irományok**, II. szám.

Mindazáltal a rendek nem kívántak Ferdinándtól elszakadni; kimondották, hogy a rendes királyi jövedelmek őt illetik. Továbbá szintén egy forintot, mely karácsonykor fizetendő, ajánlottak meg, a hatalmaskodó főurak megfékezése végett kiállítandó sereg költségeinek és egyéb közszükségleteknek fedezésére. A kereskedők, kiknek házuk nincs, kötelezteték áruczikkeik értékének századrészét fizetni adó gyanánt.

Azon esetre, ha az egy forintnyi adóból kiállítandó sereg elégtelennek mutatkoznék, az urak és nemesek jobbágyaik felfegyverzésére utasíttattak.

A főkapitány és Frater György felhatalmaztattak általános vagy részleges felkelést rendelni el. Az alispánok- és szolgabíráknak pedig kötelességükké tétetett, évenkint kétszer, a megyéjük területén levő lovasokat és gyalogokat összehívni és felettük szemlét tartani; az első ily szemle szeptember nyolczadikára határoztatott.

Az ország alsó részeiben az igazság kiszolgáltatásáról a főkapitány fog gondoskodni.

A törvénytelenül bírt jószágok jogos birtokosaiknak rögtön adassanak vissza.

Perényi Péter, Török Bálint és Majláth István kiszabadítása érdekében ujabb határozat hozatott.

A kereskedők köteleztettek, hogy lőfegyvereket hozzanak be, és oly áron, a mint ők maguk vásárolják, bocsássák áruba.

Végre kimondatott, hogy senki se türjön meg birtokain *luteránusokat*; a kincstárnok és a főkapitány felhatalmaztattak, hogy biztosokat rendeljenek, kik az ország törvényei értelmében, a luteránusokat nyomozzák ki és fogják el. [1])

IV.

Ferdinánd királyt a Frater György által összehivott gyűlések méltán komoly aggodalmakkal töltötték el. Július 5-én rendeletet bocsátott a pozsonyi helytartótanácshoz, melynek

[1]) A debreczeni gyűlés végzéseit, a Bártfa város levéltárában létező egykorú másolatból, közli *Kovachich*. Supplementum. III. 191. –196. ll. — L. **Irományok.** III. szám.

kötelességévé tette, hogy jövőben a részleges gyűlések tartását akadályozza meg. [1])

Mielőtt a helytartótanács a királyi parancs végrehajtására a kellő intézkedéseket megtehette volna, 1545. július 15-én egy újabb részleges gyűlés tartatott *Sajó-Szent-Péteren*, hol tizennégy megye: *Abauj*, *Bars*, *Borsod*, *Gömör*, *Heves*, *Hont*, *Liptó*, *Nógrád*, *Nyitra*, *Sáros*, *Szepes*, *Torna és Zemplén* nemessége volt képviselve.

Bebek Ferencz zsarnoki önkénye és hatalmaskodásai által éveken át zaklatta az ország felső részeit. Most a királyi helytartó és több főúr hadaikat, Balassa Zsigmond és Menyhért vezetése alatt, Bebek ellen küldötték. Hogy ezek minél könnyebben és biztosabban járhassanak el feladatukban: a nevezett megyék nemessége gyaloghad kiállítását határozta el, e végből minden jobbágyra 50 dénár adót vetett ki, és felhívta a Dunán túli megyék rendeit, hogy ugyanezen czélra saját jobbágyaikat szintén adóztassák meg. [2])

[1]) A k. rendelet egykorú másolata a budai kamarai levéltárban. — L. **Irományok.** IV. szám.

[2]) A sajó-szent-péteri rendeknek a Dunán túli megyékhez intézett levele. Egykorú másolata a budai m. k. kamarai levéltárban. — L. **Irományok**. V. szám.

ORSZÁGGYŰLÉSI IROMÁNYOK.

I.

1544. Július 6.

A sajó-szent-péteri részleges gyűlés végzései.

Articuli in Conventu ad sextum diem Mensis Julii in Oppido Sajó-Szent-Péter, per Dominos et Nobiles illic congregatos, tractati et conclusi.

Primo agunt Regiae Maiestati, Domino nostro Clementissimo gratias immortales, contenduntque vita et sanguine eorum promereri tam piam et paternam suam benevolentiam, qua huic afflicto Regno et nobis omnibus, tum apud Caesaream Maiestatem, Dominum nostrum Clementissimum, tum vero Principes Romani Imperii auxilium et defensionem, et ad annum futurum offensionem dignata est procurare, in cuius etiam fidem solidam missis ad nos dictae Caesareae et Catholicae Maiestatis, Domini et Fratris sui Charissimi, litteris, in spem certam et consolationem animos omnium nostrum, propemodum hostili timore perculsos, clementer erexit. Non dubitantes id re ipsa et Caesarem, et Maiestatem suam, aliosque Principes Christianos praestaturos, quod benigne in litteris et legatione ad nos missis Maiestates Suae denunciare nobis et aliis fratribus nostris curarunt.

Cum autem nos et totus terrae istius tractus, in extremo jam periculo laborans, conservari et tueri adversus Turcarum excursiones nonnisi praesenti auxilio poterit; Maiestati Regiae per immortalem Deum humillime supplicamus, dignetur Dominum Capitaneum ad partes istas tuendas, in proxime praeterito Conventu Novizoliensi designatum, absque mora venire jubere, qui defensioni terrae hujus incumbat, commodoque in loco resideat, et tandem nobiscum una, si res postulabit, pro publica nostra defensione insurgere, et obviam hosti venire possit.

Idem praeterea Dominus Capitaneus, vigore Articulorum

Novizoliensium, bona Nobilium et Ecclesiarum Dei, a potentioribus violenter occupata, his quorum bona sunt, restituenda curet; infinitae enim sunt lacrimae et querelae pauperum, se bonis omnibus indebite spoliatos et exclusos esse conquerentium.

Item, quia Agria partibus istis superioribus sit quasi propugnaculum et antemurale, ea enim capta (quod Deus avertat) nil salvum et incolume in partibus istis maneret, ut ergo ne intercidat facultas illam de suis legitimis proventibus conservandi, est concordibus animis conclusum, ut, nulla obstante assignatione aut inscriptione, omnes illius proventus decimales, quocunque nomine censeantur, ab omnibus, quicunque hactenus utcunque eas Decimas perceperunt, restituant, neque manus suas immittant; sed per homines Regiae Maiestatis, Domini nostri Clementissimi, puta Egregios Mathiam Brodaryst et Ioannem Zewlessy, Aulae Regiae Maiestatis familiares, illae omnes percipiantur, et ad usum conservationemque dictae arcis Agriensis acceptae, semper a Castellanis super omnibus, quae illis daturi sunt, quietantiae dentur.

Quod vero Decimae illae, cujuscunque generis existant, ad rem tam necessariam ab omnibus restituantur, Magnifici Domini Franciscus Bebek, Emericus et Sigismundus Balassa praesentibus verbis se remissuros esse coram Caetu cunctorum Nobilium promiserunt, offerentes se contra alios omnes insurgere, et vi accipere, quicunque absque solitae arendae solutionem aliquam ex Decimis illis pro se percipere contenderent; ad hoc ipsum praestandum responsum est ab hominibus etiam Regiae Maiestatis, Domini Fratris Georgii Episcopi Waradiensis ad Thesauriorum *(sic)*, et Domini Casparis Dragffy; item Magnifici Domini Casparis Scheredy ac Michaelis Bidy, et Dominorum de Homonna, nec non Francisci Dobó, Casparis Horváth de Wingart, et aliis, qui huic Conventui interfuere.

Debent autem dicti Collectores Decimarum in arcem Agriensem se conferre, illicque omnes immunitiones et apparatus, quibus arx ipsa est instructa, et quibus adhuc egeat, coram inspicere et videre, tandem si quibus opus erit, illi melius providendum, hoc ex pretio, seu arenda Decimarum, dicti Domini Collectores ordinent, servantes super omnium bonorum et *(sic)*

expeditam rationem. Reverendus etiam Dominus Albertus Praepositus, Nuncius per Maiestatem Regiam ad Conventum istum missus, in medium nostri vocatus, dum haec praescripta, hoc nostro per nos communi voto ordinata esse pro communi bono et dictae arcis conservatione, eidem dicta essent, respondit: se bene sperare, quamvis nullam superinde habeat commissionem, Maiestatem Regiam haec, atque illa, quae ad commodum Regni fient, autoritatique et dignitati Maiestatis Suae non adversantur, eandem Maiestatem Regiam ratam habituram, cui etiam non minima cura foret conservandi arcem Agriensem.

Item, conclúsum est, ut universi Nobiles horum Comítatuum Colonos eorum, similiter etiam Nobiles unius sessionis perlustrent, ut certus illorum numerus sciri possit, jubeatque illos, ut pixidibus et lanceis, ac aliis armorum generibus, meliori quo poterunt modo, ita parati esse possint, ut ingruente necessitate mox per singula capita insurgere, et hostibus, excursionem vel oppugnationem arcium et castellorum facere volentibus, una cum Domino Capitaneo pro terrae hujus defensione parati esse, et contra hostem ire possint. Quemadmodum similiter in Articulis etiam Ordinationum Novizoliensium continetur.

Quia autem Servitores Magnifici Domini Stephani Lossonczy de Castello Banya multas pleramque injurias et damna cum vicinis Nobilibus et Ignobilibus, tum vero Negotiatoribus inferunt, unde proventibus Regiae Maiestatis non parvum detrimentum accessit; idem denique Dominus Lossonczy fidelis subditi servitoris Egregii Ladislai Parlagii bona et possessiones, statim post Conventum Cassoviensem, cui interfuit, indebite occupavit; necdum illa in hunc diem remisit, neque sui a continua despoliatione et occisione abstinent; idcirco dignetur Maiestas Sua modum aliquem invenire, ut deinceps sciat se Dominus Lossonczy, et ad eum pertinentes ab hujusmodi maleficiis continere, bonaque intercepta mox remittere.

Dignetur Maiestas Sua certum aliquem diem et locum designare, nominareque et jubere, deinde in universum omnibus Statibus hujus Regni ultra et citra Tibiscum existentibus, Transylvaniensibus etiam, quo in unum conveniant, tractaturi

tam de Regni conservatione, quam etiam impendentibus his periculis, quae in dies in nos et Regnum illud venire timemus.

Quod Decimae Domini Strigoniensis Locumtenentis Regiae Maiestatis, hactenus per alios interceptae, Dominia sua ab omnibus remittantur; quod si temeritate ducti facere aliqui recusarent, decernere dignetur Maiestas Sua, quomodo contra tales animadvertatur.

(Kiadta: *Kovachich M. Gy.* Supplementum ad Vestigia Comitiorum. III. 185—190. ll.)

II.

1545. Május 14.

Serédi Gáspár főkapitánynak Szepes megye közönségéhez intézett levele a részleges gyülések tárgyában.

Salutem et nostri Commendacionem. Egregii domini Amici honorandi. Quam adversae fuerint semper Regiae Maiestati Conventiones particulares, Dominacionibus Vestris Egregiis manifestum est. Quod ipsum magis percipere poterunt ex paribus literarum Reverendissimi Domini Locumtenentis, quas Dominationibus Vestris Egregiis misimus, qui nunc quoque id vult, quod illo tempore, quo literae suae Reverendissimae Dominationis confectae sunt, et cum eo eciam caeteri Consiliarii Maiestatis Regiae eiusdem sunt voluntatis Ad haec a Regia quoque Maiestate privatam de his inter alia habemus informacionem. Idem autem Reverendissimus Dominus Locumtenens eciam Magnifico Domino Andreae Bathory eodem tenore confectas misit literas, nobisque commisit, ut cum eodem Magnifico Domino Andrea Bathory mutua habita intelligentia particularibus convencionibus obviaremus. Cum autem in praesenciarum Convencionem denuo particularem Debreczenii celebrandam indictam esse intelligamus, Dominationesque Vestras Egregias requisitas esse, ut eidem conventioni interessent, aut electos quosdam viros in personis earundem mitterent; admonere Dominationes Vestras Egregias stutuimus, et eciam requirimus ex authoritate Regiae Maiestatis Domini nostri Clementissimi in hac parte nobis concessa, ne quis Vestrum particulari Conventioni praedictae intersit. Quid enim

aliud commodi, aut quem fructum alium secum ferunt particulares istae conventiones absque consensu Regiae celsitudinis factae, nisi perniciem et exicium Regni? Quod ipsum eciam exempla docent. Nam si in memoriam revocaverint Dominationes Vestrae Egregiae transacta tempora, invenient rarissimas fuisse tales conventiones, et eas eciam non alium finem habuisse, quam interitum Regni. Tempore enim Ludovici Regis celebrari ceptae erant conventiones istae particulares, quarum exitus nihil aliud peperit, quam extremum Regni excidium, eumque miserrimum. At vero aliae sunt convenciones, quae utilitatem Regno afferunt. Nimirum, quae a Locumtenente, aliisque Regni primoribus universis, idque ex consensu Regiae Maiestatis, generaliter et ritu legittimo celebrantur. Particulares autem convenciones istae fortasse locum habere possent, si duo Coronati Reges essent, ut nuper Joannes Rex et Ferdinandus Dominus noster Clementissimus. Sed cum unicum iam legittimum et coronatum habeamus Regem, non plures, non possunt non istae conventiones sine voluntate Regia, Scituque et Consensu Magnatum atque procerum Regni, sed tantum ex arbitrio nonnullorum institutae, non adversae et contrariae esse Regie Maiestati. Nam et alias, temporibus divorum Regum, particularium Convencionum authores pro reis Crimine lesae maiestatis semper habiti sunt. De quibus non solum, quae temporibus Sigismundi Caesaris factae sunt, recordari possunt Dominationes Vestrae Egregiae, sed eciam plurimorum aliorum Regum. Imo pocius in hoc omnes simus: omissis his particularibus conventionibus, ut sub his induciis, quas Regia Maiestas Dominus noster Clementissimus cum Turcis hoc tempore pro bono nostro habet, non particulariter, sed universae reliquiae Hungarorum conveniamus, habendo mutuam intelligentiam cum Reverendissimo Domino Locumtenente et caeteris Consiliariis Regiae Maiestatis ac Baronibus et proceribus, universisque Nobilibus cis et ultra Ticiam, in partibus superioribus manentibus. Sed et hoc cum voluntate et consensu Regiae Maiestatis Domini nostri Clementissimi. Praeterea rogamus eciam, atque si opus est eciam assecuramus omnes, eciam Reverendissimum Dominum Tesaurarium, ut personaliter intersit huiusmodi Generali Conventioni, et eciam

inducat Status Transilvanienses et caeteros Dominos et Nobiles in illis partibus habitantes, ut intersint. Et tum tandem queramus aliquod medium oportunum, ut non solum Regia Maiestas Dominus noster Clementissimus, sed eciam ipsa Catholica Caesarea Maiestas et Status omnium Christianorum principium intelligant, Nos ab eius Maiestatibus et Christi fide nec defecisse, nec deficere velle, Sed eciam nunc paratos esse pro fide Christiana omnia extrema pati et perferre. Praeterea intelligimus eciam esse aliquos, qui hos rumores in vulgus spargunt, quod Regia Maiestas Dominus noster Clementissimus Germanis tantum inducias et pacem cum Turcis fecisset, non simul et Ungaris. Quicunque ergo illi sunt, mentiuntur tanquam latrones et proditores. Nunquam enim sua Maiestas ullas fecit inducias aut aliquam pacem cum Turcis, ex qua Ungarorum Gentem exclusisset. Quare Dominationes Vestrae Egregiae illis ne credant, tanquam vanissimis mendacibus, quibus nos quicunque tandem illi fuerint, qui hos rumores seminant, coram in oculos obiicere audemus, eos proditores esse non solum Regiae Maiestatis, verum eciam tocius Regni. Quod superest Dominationes Vestras Egregias valere optamus. Ex Regecz 14. die Maii, Anno Domini 1545.

Caspar de Sered parcium superiorum
Regni Hungariae Capitaneus etc.

Kivül: Egregiis et Nobilibus Dominis Vice-comiti ac Judlium et Universitati Nobilium Comitatus de Scepes etc. Amicis nobis honorandis.

(Eredetije Szepes megye levéltárában.)

III.

1545. Június 7.

A debreczeni részleges gyűlés végzései.

Articuli Dominorum Baronum et Nobilium in Comitiis Debretzinensibus, ad Dominicam proximam post festum Corporis Christi, anno 1545.

1. Inprimis constitutum est, ut census Imperatori Turcarum reddatur.

2. Item, Comitatus, qui anno superiori Congregationi Debretzinensi interfuerunt, et censum Caesari reddere polliciti sunt, nondum tamen restituerunt, ad festum Beati Joannis Baptistae administrare teneantur, et qui reddere recusaverint, per omnia opportuna remedia administrare cogantur.

3. Item, ad censum et ordinationem munerum Caesaris et Passarum contributio unius floreni ad festum Joannis Baptistae administrari debeat.

4. Item, pro conservatione Gentium contra potentiores et impetitores bonorum, et ad diversas Regni necessitates, contributio alterius unius floreni ad festum Nativitatis Domini solvatur; si vero necessitas postulaverit, etiam ante tempus praefixium exigi debeat.

5. Item, certi et soliti proventus regii, cum postulati fuerint, more solito, ut antea, etiam deinceps Maiestati Regiae restituantur.

6. Item, Jobbagyiones sive incolae res sex florenorum non habentes non dicentur.

7. Item, Curia nobilitaris non dicetur.

8. Item, incolae novas domos aedificantes infra spatium unius anni integri non dicentur.

9. Item, in Curia nobilitari habitantes non dicentur, qui vero extra sessionem Nobilitarem residentias habent, res in valore florenorum sex habentes, dicentur.

10. Item, pro decem Jobbagyionibus secundum consuetudinem antiquam relaxentur. (?)

11. Item, Servitores, Mercenarii, Libertini, Allodiatores non dicentur.

12. Item, in Curia nobilitari, ubi Nobiles residentiam non faciunt, unus pro hospite relaxetur, caeteri sex florenorum res habentes dicentur.

13. Item, Libertini, qui Dominis neque Nonas solvunt, neque aliquam solutionem faciunt, ad juramentum Judicum relaxentur.

14. Item, Mercatores, Negotiatores, Institores, et quicunque mercionalibus rebus hoc in Regno quaestum faciunt, ac domibus careŭt, de rebus centum florenos valentibus, unum florenum solvere teneantur.

15. Item, si conservatio Gentium insufficiens fuerit, constitutum est, ut Coloni quoque tam Dominorum, quam Nobilium modo infrascripto instrui debeant.

16. Item, Nobiles unius sessionis res in valore centum florenorum habentes, equitem unum lorica, galea, hasta, clypeo bene armatum tenere debeant.

17. Item, Nobiles res in valore florenorum viginti habentes, pixidem cum pulvere et globulis habeant.

18. Item, Nobiles res in valore decem florenorum habentes lanceam, clypeum et gladium habeant.

19. Item, quilibet Dominorum, Magnatum et Nobilium a singulis viginti Colonis unum equitem armis bene instructum teneant.

20. Item, Coloni tam Dominorum Magnatum, quam Nobilium proprium aratrum habentes, pixidem manuariam cum pulvere et globulis in promtu habeant.

21. Item, Coloni Dominorum et Nobilium dimidium aratrum habentes, arcum, clypeum et gladium habeant.

22. Item, cum litteris Reverendissimi Domini Thesaurarii requisiti fuerint, vel Domini Capitanei, juxta tenorem litterarum, vel per partes, vel omnes insurgere teneantur.

23. Item, Vice-Comites et Judices Nobilium cuiuslibet Comitatus singulis annis, intra dies festos Beati Georgii Martyris et Pentecostes, item intra festum Sancti Andreae Apostoli et Beati Martini Episcopi, equites et pedites tam Dominorum quam Nobilium in aliquem locum convocare et perlustrare debeant, si vero in locis diversis perlustrationem facere voluerint, uno tantum die ac simul id fieri debeat.

24. Item, cum necessarium sit pro ratione temporis paratos esse, constitutum est, ut pro nostris ad festum Nativitatis Mariae in singulis Comitatibus per Vice-Comites et Judices Nobilium, coloni equites et pedites Magnatum revideantur. Si quis Colonorum propter temporis brevitatem ad tempus proximae perlustrationis pixidem ordinare non posset, nihilominus lanceam, gladium et clypeum habeat: ad festum autem Beati Martini Episcopi extra omnem excusationem pixidem ordinare teneatur.

25. Item, de administratione judiciorum in partibus inferioribus Dominus Capitaneus curam habebit.

26. Item, nullus in bonis suis Lutheranos retineat; et cui Reverendissimus Dominus Thesaurarius vel Dominus Capitaneus concesserit, liberum sit, juxta Regni Decretum tales Lutheranos ubique persequi et comprehendere.

27. Item, decretum est, ut bona Nobilium tam per Dominos Magnates, quam etiam alios potentiarios suis veris et legitimis possessoribus relaxentur.

28. Item, pro eliberatione Dominorum Petri Pereny, Valentini Therek et Stephani Maylath intercedendum est.

29. Ad Imperatorem Turcarum idonei Nuncii cum muneribus mittantur.

30. Negotiatoribus impositum est, ut cum mercibus suis pixides adducant, nec majoris divendant, quam ipsi emerint.

31. Monetae omnes, exceptis adulterinis et corruptis, sine discrimine recipiantur; proventus Regii more alias solito reddantur. Anno Domini 1545.

(Kiadta *Kovachich M. Gy.* Supplementum ad Vestigia Comitiorum. III. 191—195. ll.)

IV.

1545. Július 5.

Ferdinánd királynak a pozsonyi helytartótanácshoz intézett rendelete, melyben a részleges gyűlések tartását eltiltja.

Ferdinandus diuina fauente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Rex semper Augustus etc.

Reuerendissime in Christo pater, Reuerendi, Magnifici et Egregij, fideles nobis sincere dilecti. Litteras vestras et hisdem inclusos articulos in Conuentu debreczinensi editos accepimus et intelleximus; vestrum in descripcione huiusmodi negociorum studium et diligenciam scitote nobis esse valde gratum, vosque hortamur, ut et de cetero si quid simile vel eciam diuersum exorietur, nobis pari fide et diligencia significetis. Mandauimus generaliter sub grauissime nostre indignacionis pena uniuer-

sis fidelibus subditis istius Regni nostri Hungarie, ut deinceps huiusmodi facciosa particulariaque conuenticula, que nostro edicto non celebrarentur, vitare debeant, Taxamque duorum florenorum, vniuersis colonis impositam, Cesari Thurcarum exigendam, administrare non audeant. Commisimus deinde alijs literis nostris fideli quoque nostro Magnifico Andree Bathory etc., ut ipse ab huiusmodi conuenticulis sibi caueat, et alios eciam fideles subditos nostros ab accesu prohibeat, ac nec taxam ipsam duorum florenorum ex dicione nostra administrari permittat, nec ad aliquod officium ab alia faccione oblatum, se intromittat. Quos tametsi nostro mandato parituros non dubitamus, nichilominus date modis omnibus operam, ne dictam taxam administrare, aut noua conuenticula, absque speciali nostro edicto, celebrare possint. Nos quoque, confectis hic cum Cesarea Maiestate domino et fratre nostro charissimo, ceterisque Principibus christianis, negocijs, breui, ut speramus, ad vos reuertemur, prouisuri omni studio et diligencia hijs et alijs rebus, que ad salutem fidelium subditorum nostrorum, tociusque Regni nostri Hungarie quietem et conseruacionem pertinebunt. Secus non facturi.

Datum Wormacie quinta Julij, Anno domini 1545.

Ferdinandus. Nicolaus Olahus.

Kivül: Exemplum Literarum Regiarum ad d. Locumtenentem et ceteros Sue Maiestatis Consiliarios datarum. Vormacie.

(Egykorú másolata a budai m. k. kamarai levéltárban.)

V.

1545. Július 15.

A sajó-szent-péteri gyülésnek a Dunán túli megyékhez intézett irata, melyben ezeket felhivja, hogy a gyülésen megajánlott adót szintén ajánlják meg és hajtsák be.

Magnifici, Egregij, Nobiles domini et Amici nobis obseruandi. Salutem et nostri commendationem. Non ignorant, putamus, dominationes vestre, quemadmodum pro nostra libertate restituenda, ad destruendam rebellionem domini Francisci

Bebek, qui a multis iam annis dura nos seruitute, oppressione, damnis, occasionibus ineffabilibus etiam alijs nos malis affecit, ex decreto Regni, domini Sigismundus et Mechior Balassa, cum gentibus Reuerendissimi domini Locumtenentis Regie Maiestatis et aliorum dominorum sunt expediti, et iam magna pro nostra libertate egerunt, speramusque, deo duce, auxilio dominationum vestrarum, breui ad finem deduci, et jugum intollerabile oppressorum deponere posse; utque ista commodius fiant, ordinauimus pari consensu de medio nostri, a singulis Colonis nostris, ad conducendos pedites, denarios quinquaginta dari. Quare oramus et supplicamus dominationibus vestris, velint nobiscum pati, et hanc nostram ordinationem acceptare, et juuare nos de medio eorundem simili contributione, ut alter alterius onera juuando et portando, executio decreti Regni debito modo perficiatur, immo dominationes vestras, juxta vestre fidei obligationem mutuam, juxta Decretum Regni ad hoc faciendum hortamur et admonemus. Nos etiam in omnibus earum necessitatibus, que comunia nobiscum sunt, potius nostras esse judicamus *(sic)*, astare, adherere, et omnia semper facere parati sumus etc. A dominationibus vestris Egregijs super his relationem citissime expectamus in literis vestris, ut sciamus in vestra dominatione contidere, et vobiscum adesse infuturum, cum nos eedem aliquando requirere nituntur, qui unus alterum non relinquens, tales potentes euadere possimus, *(sic)* valereque easdem felicissime uniuersos optamus. Datum in oppido et Conuentu Saiozenthpether, 15. Julij 1545.

Vniuersitas Nobilium Comitatuum
Heves, Borsodiensis, Gemeriensis,
Thornensis, Honthensis, Newgradiensis,
Barsiensis, Zoliensis, Saros, Liptho,
Scepusiensis, Nittriensis, Zempliniensis,
Abawywariensis.

Kivül: Exemplum literarum Comitatuum Superiorum ad Comitatus Trans Danubium.

(Egykorú másolata a budai m. kir. kamarai levéltárban.

XIV.

A NAGYSZOMBATI

ORSZÁGGYŰLÉS.

1545. Februárban.

A nagyszombati országgyülés 1545. Februárban.

V. Károly császárnak, 1544. május 7-én a magyarországi rendekhez intézett levelében foglalt határozott ígérete, hogy a következő év tavaszán saját és a német birodalom haderejét személyesen fogja Magyarország felszabadítására vezetni, [1]) új reményt és vigaszt nyújtott a csüggedő lelkeknek.

E reményt nagy mértékben emelte azon körülmény, hogy a császár, 1544. szeptember 18-án, I. Ferencz franczia királylyal békét kötött, s így a főakadály, a mely miatt eddig testvérének a török elleni háborúkban megfelelő segélyt nem nyújthatott, el vala hárítva.

Ferdinánd úgy hitte, hogy ily körülmények között aggodalom nélkül jelenhetik meg a magyar rendek előtt, és hogy a nagy hadjárat biztos kilátása a nemzet megingatott bizalmát személye iránt, és hanyatló áldozatkészségét újra fel fogja éleszteni.

E miatt 1544. november 24-én, a következő év (1545) február 2-ára *Nagyszombatba*, országgyülést hirdetett, ígérvén, hogy azt személyesen fogja megnyitni és vezetni.

Meghívólevelében előadta a jövő tavaszszal megvalósítandó terveket, s figyelmeztette az ország rendeit, hogy miután a török elleni hadjárat első sorban hazájuk megmentésére irányul, illő, hogy ők, kik leginkább ki vannak téve a veszélynek, bátorságuk és áldozatkészségük által újítsák meg őseik fényes példáját, kik nem is hazájuk védelme, hanem határainak kiterjesztése és a kereszténység biztonsága érdekében,

[1]) A császári irat közölve van feljebb az 591. lapon.

mindenkor készek voltak életüket és vagyonukat koczkára tenni. [1])

Ferdinánd több héttel előbb értesítette császári bátyját, a magyar országgyűlés összehívására vonatkozó szándékáról: és felkérte, hogy küldjön ő is Nagyszombatba követet, ki által, megújítván májusi levelében foglalt ígéretét, a jövő hadjárat tárgyában terveit előterjeszsze.

V. Károly sietett ugyan már november végén *Weltwyck Gellért* császári tanácsost, az országgyűlésre küldött követét útnak indítani; [2]) azonban a jövő évi hadjáratra nézve tett ígéreteit egyáltalán nem volt hajlandó megújítani, sőt követét utasította, hogy segély-ígéreteit általános kifejezésekbe foglalva, oly nyilatkozatoktól, melyek küldőjére határozott kötelezettségeket hárítanának, tartózkodjék. [3])

Weltwyck deczember elején érkezett Bécsbe. Utasításának tartalma Ferdinánd királyra leverő hatást gyakorolt. Ugyanis jól tudta, hogy a magyarokat csak a császár személyes vezetése alatt megindítandó hadjárathoz kapcsolt remények tartották vissza oly elhatározásoktól, melyeket a kétségbeesés sugalt: a török uralom elismerésétől. E miatt felhívta a követet, hogy „a világért se" tegyen említést arról, hogy a császár személyes megjelenése kétséges; sőt igyekezzék minden alkalmat, midőn a magyar urakkal érintkezik, felhasználni, hogy a császár személyes megjelenése tekintetében, bizalmukat megszilárdítsa.

[1]) A meghívólevél *Kovachich*-nál. Vestigia. 664. l. — L. **Irományok.** I. szám.

[2]) A Weltwyck részére Brüsselben nov. 8-án kiállított, a magyar rendekhez intézett császári megbízólevelekből több eredeti példány és fogalmazat található a bécsi titkos levéltárban. — L. **Irományok.** III. szám.

[3]) A bécsi titkos levéltárban Weltwyck részére kiállított *két* császári utasítás fogalmazata találtatik. Az egyik azt tartalmazza, mily előadást kelljen a magyar országgyűlésen tartania. A másik meghagyja a követnek, hogy tekintetbe veheti ugyan Ferdinánd király észrevételeit, de oly módon, hogy utasításának lényeges tartalma ne szenvedjen módosítást, különösen pedig arra ügyeljen, „ne in hunc proximum annum promittat expeditionem offensiuam in Turchas, cui nos ipsi personaliter interfuturi simus, aut missuri exercitum." — L. **Irományok.** II. szám.

Weltwyck mentegetődzött, s kiemelte, hogy ő köteles magát utasításához tartani; azonban Ferdinánd kijelentette, hogy haladék nélkül lépéseket teend az utasítás megváltoztatásának kieszközlése végett. „Egy kétséges szó — mondá — elégséges arra, hogy a magyarok, kik az utolsó hadjárat szerencsétlen vége után szinte kétségbe estek, s most végső reményeiket a császár személyes megjelenéséhez kapcsolják, tüstént fellázadjanak, és a törökkel egyességre lépjenek."

A magyar urak is, kiket Weltwyck Bécsben talált, akként nyilatkoztak, hogy azon esetre, ha csak határozatlan biztatásokat hoz, jobb lesz nem jelennie meg az országgyűlésen. [1])

Azonban V. Károly császár nem küldötte meg az öccse által kért új utasítást, mert sem a franczia királylyal létrehozott békét nem tartotta oly szilárdnak, sem a németországi vallási viszonyokat oly megnyugtatóknak, hogy egy nagy hadjárat megindítására kötelezettséget vállalhasson; sőt Ferdinándnak is tanácsolta, hogy igyekezzék a törökkel békét kötni, s ekként a hadjáratot szükségtelenné tenni.

A király, lemondván a külsegély reményéről, nem habozott bátyjának tanácsát követni. Az 1545-ik év első napjaiban *Adurno Jeromos* egri prépostot a portára küldötte, azon titkos

[1]) Weltwyck 1544. deczember 11-én Bécsből írja V. Károlynak: „Sa maieste ayant veue le dernier article, ma prie, de ne le communiquer aueque nul de ses conseillers, ni le plus intimes, et que pour chose du monde ie ne laissase sortir de ma bouche parole dont lon puisse prendre suspecon, que votre maieste ne viendroit pas personalement; et oultre ce me requist, que en communicquations familiers ie voulsisse dire de la venue personale de votre maieste. . . . Certes la moindre parole que ie me laissasse sortir hors de bouche, que votre maieste ne viendroit en personne, suffiroit pour gaster les affaires du roy et faire revolter la Hungarie vers le Turc." És január 8-án: „Le roy ma repondu, quil attendt response de votre maieste, par laquelle a espoir, que mon instruction se changera, et queme crainct laisser aller avecque cest mienne instruction a Tarnauia, de peur, que toutes deux les parties, tant celle de moyne, que celle que est subject au roy, ne prennent quelque conseil en dommaige des affaire de son royaulme." *Horváth M.* Brüsseli Okmánytár. II. 107. és 114. ll.

megbízással, hogy a szultánt, bár adófizetés ígérete által is, béke-ajánlatainak elfogadására bírja. [1])

Ily előzmények után attól lehetett tartani, hogy a rendek csalódása és elkeseredése a nagyszombati országgyűlésen komoly zavarokat fog előidézni. A király tehát nem látta tanácsosnak ott személyesen jelenni meg. És így az országgyűlés vezetésének nehéz feladata *Várday Pál* esztergomi érsekre, mint királyi helytartóra, háromlott. [2])

A rendek késedelmesen gyülekeztek Nagyszombatba. Öt nappal a kitűzött határnap eltelte után csak néhány megyei és városi követ volt együtt. [3]) Február 8-án érkeztek meg a *császár* és a *lengyel* király követei, [4]) több főpap, főur és számos megyei követ. Az ország nagyobb része — több mint harminczhárom megye — képviselve volt. [5]) Frater György nem jelent meg, de követet küldött maga helyett. [6])

Várday Pál február 10-én nyitotta meg a gyűlést. Beszédjében előadta, hogy a király, ösztönöztetve atyai érzelmei által, melyeket Magyarország és hű alattvalói iránt táplál, elhatározá: támogatva a császár, a birodalmi fejedelmek és saját tartományainak rendei által, Magyarország felszabadítására, támadó hadjáratot indítani. Megvárja tehát a rendektől,

---

[1]) Az 1544. deczember 29-én Adurno részére kidolgozott királyi utasítás eredeti fogalmazata a bécsi titkos levéltárban.

[2]) Miután külön királyi biztosok küldetésének sehol nyomát nem találjuk, kétségtelennek tartjuk, hogy Várday képviselte a királyt.

[3]) Guglinger Farkas, Reinmann Pongráaz és Drachszler Lénárd, a bányavárosok követei, jelentik ezt február 7-én küldőiknek. (A jelentés Selmecz város levéltárában.) A részükre 1515. január 21-én kiállított utasítás Körmöcz város levéltárában. — L. **Irományok.** IV. szám. A *Soprony* város követei részére adott utasítás, ezen város levéltárában. — L. **Irományok.** V. szám.

[4]) A lengyel követ nevét nem ismerjük. A bányavárosok követei február 11-iki jelentésükben szólnak róla.

[5]) A megjelent rendek számát és neveit nem ismerjük. — A bányavárosok követeinek február 19-iki jelentésében olvassuk, hogy 33 megye követei vonakodtak az adót megszavazni.

[6]) Weltwyck február 22-én Nagyszombatból írja V. Károlynak: „Il a en icy ung commissaire dudict euesque.“ Brüsseli Okmánytár. 125. l.

hogy a hadjárat sikerének előmozdítására ők is mindent, mi hatalmukban áll, megteendenek, minélfogva felhívja őket, hogy ezen ügyet beható tanácskozás alá vegyék. [1])

A portára küldött követségről nem tett említést; a király nem akarta a rendek tudomására hozni, míg egyúttal a békealkudozások sikeres befejezését nem jelentheti.

Azonban, bár az udvar szoros titokban tartotta Adurno küldetését, az országgyűlés megnyitásának napján Budáról és Wormsból érkezett levelek meghozták annak hírét. Már azon körülmény, hogy a király nem jelent meg személyesen az országgyűlésen, élénk elégületlenséget szült. Most azonban, tetőpontját érte el a felháborodás. Szenvedélyes szózatok emelkedtek. A császár -- mondották — mindekkoráig rútul rászedte az országot, a most szintén esze ágában sincs megtartani azt, mit Weltwyck által ígér; és nincs más czélja, mint lehetővé tenni, hogy a király ismét némi pénzösszeget csikarjon ki a rendektől. Mások Frater Györgyöt magasztalták, s őt „nagy embernek" nevezték.[2]) Sőt némely túlzók nyiltan javasolták, hogy legjobb lesz meghódolni a töröknek, végleg szakítani a németekkel, s a Nagyszombatban levő németeket és cseheket legyilkolni. [3])

---

[1]) A megnyitóbeszéd szövege nem ismeretes; röviden resumálja a törvénykönyv előszava.

[2]) *Weltwyck* február 22-én tesz erről jelentést V. Károlynak. Említi, hogy a portai követség híre a kihallgattatását megelőző napon érkezett Nagyszombatba. A bányavárosok követeinek február 11-iki leveléből tudjuk, hogy ezen napon hallgattatott ki.

[3]) A bányavárosok követei február 11-iki levelükben csak röviden írják: „Das einer iber den andern geklagkt und gesrirn." (Selmecz város levéltárában.) Részletesebben ír *Weltwyck* február 22-iki jelentésében. „Sire, a la diette des Hungarois iay trouve la plus terrible contention, et ay entendu les plus licencieuses paroles, que oncques de ma vie, et oultrages de toutes sortes . . . tant contre vostre Majeste, que contre le roy des Romains. Disoient, que vostre Majeste auoit change la facon de faire et sa constance, et que sauoit adonne aux costumes de son frere, chose indignes, et que les aultres ambassadeurs di celle auoient eust trompe cest royaulme, et penssient, que maintenant cestycy ne fairoit aultre chose, que promettre ce que lempreur ne maintiendroit pas, pour encheminer la volunte du roy, que estoit pour tirer ung peu dargent. . . Lon par-

Ezek után Weltwyck helyzete igen kellemetlenné lett, annál inkább, mert a király magyar tanácsosai részéről sem számíthatott támogatásra. Ezek Batthyányi Ferenczet küldötték hozzá, és figyelmeztették, mily nagy különbség van a császár május 7-iki levele és a között, melyet a követ most hozott magával, [1]) mivel ez az amabban foglalt ígéreteket mintegy visszavonja. Weltwyck mentegetni igyekezett uralkodóját; hangsúlyozta, hogy a rendeknek nincs joguk azon váddal lépni fel, hogy a császár nem teljesítette igéretét; ugyanis a császár mindent megtett, hogy ígéretének teljesítése lehetővé váljék, és májusi levelében tett ígéretéhez feltétel gyanánt csatolta azt, hogy a német birodalom is megfelelő segélyt nyújtson. Egyébkint értésükre adta, hogy a császárnak nincsenek a magyar rendek irányában *tartozásai*, és hogy igen sajátszerű módja az alkudozásnak, melyet a magyarok megkísérlenek, midőn vádakkal és szemrehányásokkal halmozzák el azt, kitől segélyt akarnak kieszközölni. [2])

Más nap (február 11-én) Weltwyck megjelent az országgyűlés színe előtt és hosszú beszédben előadta küldőjének üzenetét.

Zwm dritten, das wier Inen vormals auch antzeigt und itzund wider antzaigen, das uns verner nit muglich ist die pergkwergk lenger tzwerhalten, und die mark silbers umb fl. 5 d. 25 wie bisher in die Cammer tzwgeben, denn die pergwergk sein vertieffet, und auff das wasserheben und halten gehet viel taubes gelt, alle ding und notturfft ist ibersetzet, ins land hinab durffen wier umb hendt und unsledt nit wie vor, und miessen alle ding umb floren drey gelt khauffen, und wie wier vormals in pauung der pergkwergk mit einen gulden auskhummen, miessen wier itzunder alweg fl. 3 haben. Und wellet darauff sy bitten dasz sy pay der Romisch Kkuniglich Maiestät und unserer genedigsten frawen erlangen und erhalten, damit man uns ein m. szilber umb d. 50. heher zal, werden alsdan mer als itzunder perghwergk erbauet, und die hohere betzalung reuchlich wider einbrach werden, und auch vilmer geltes im landt szein. Wue aber das nit beschieht, szo geben sy uns khain schuldt das sy pergkwergk werden zue drimmern gehen und khain muntz im landt szein wirdt. Das wier dann durch Euch alszo protestirt wollen haben.

Zwm vierden, wellen den ungerischen herrn auch zur szonderheyt antzeigen, was den armen waldburger zu verschwertzung der silber gedrungen und wie es dem landt tzw guet geschehen, dann die pergwergk szint lang tzw poden gangen, und wie besz man ins nun auflegeten. Und darauff

Ihr gnaden bitten damit Ihr gnaden wollen darob sein, das durch die Romisch Khuniglich Maiestät solliche bese auflegung abgestellet, und die notturfftige und nutzliche der silber verschwertzung vertziehen werde. Szunst wirt ein jeder sehen wie er plaibt, denn wer wil dasz Landt gewarttunt und szunst auch alszo angefochten werden.

Zwm funfften, wellet auch der Landschafft ertzelen die grossen gefahrlikayten in wellichen wier schweben und rat begeren, wie wier wns für den Thurken, pisz die Khayserlich Maiestät in landt khumet, erretten szollten, und wue die Khayserlich Maiestät nit das Jar khummen mecht, was wier arme lewt anfangen und wie wier uns erhalten sollen.

Zwm sechsten. Wue man uns wolt annerlay beschwerde auflegen szo welt die selbigen gar oder ja eins teils, wie euch dann muglich szein wirt, abwenden, denn Ihr wist das uns an das schir die seel ausgehen wil, es ist uns gar mit einem wenigen tzwhelffen das wir gar dahinfaren.

Zwm siebeten. Wue man Euch der religion halben wolt anfechten, solt Ihr antworten, das Ihr derhalben etwas zwhandlen von uns gantz und gar khainen bephel habt, wie wier Euch dann hiemit gantz und gar khainen geben wollen haben. Denn wier Euch auff der Romisch Khuniglich Maiestät bephel das jenig was tzw erhaltung desz Lands und schutz und scherm der jenigen szo darinnen wonen raichen mag, auch wie dem faindt widerstandt zwthuen neben Ihren gnaden trewlich tzwhandlen und tzwu bedenkken in diesen freyhen lantag geshichkt und abgefertiget haben. Dann hat Jemantz unserer religion halben eine beshwerde, oder sein wier derhalben durch unsere missgunner eingeben worden, so sein wier alweg fertig uns genuegsam tzuverantwortten, und unser gnedigen herrn dem herrn Erzbischoff von Gran, desz schafflein wir szein, dermassen tzubeweiszen dass sein gnad an uns und unserer religion ein guetz genuegen haben wirt.

Zwm achten, wirt von noten sein wue die Romisch Khuniglich Maiestät und herr Olahus nit im Landtag sein wirt, das einer der herren aus Euch tzu Ihrer Romisch Khuniglich Maiestät tzihen und daszelbst obenbemeldete sachen tzu ende handlen, briefft darauff nemmen, und wue uns die Landschafft

ein beschwerde hie aufgeleget dieselbige abtzuwenden. Ihr megt auch nach gelegenheyt der handlung, und der notturfft nach, den herrn Olahum durch Zwsagung einer pension zw befurderung unserer sachen, die warlich der Khuniglich Maiestät unser gnedigsten frawen sachen selbst szain, bewegen, allas das handlen, thuen, und lassen das uns nutzlich sein die notturft erfordern wirt, und wier szelbst so wier alle personlich mit Euch weren, thaten, handlnten, thuen und handlen mechten. Datzue wier Euch die Gnade desz almechtigen wunschen. Datum den 21. Januarii im 1545. Jar.

(Eredeti fogalmazata Körmöcz sz. k. város levéltárában.)

V.

1545. Január 30.

Soprony sz. k. város közönsége által, a nagyszombati országgyülésre küldött követek részére adott megbízólevél.

Nos Judex, Jurati, ceterique Cives Civitatis Soproniensis fatemur et recognoscimus per presentes, quod Sacratissime Regie Maiestatis, etc. domini nostri clementissimi, mandato, vigore cuius certi ex nobis ad Conventum, pro festo purificacionis Marie virginis, proxime venturum, Tyrnavie celebrandum, vocati sunt, ea qua decet et tenemur obedientia, obsequi volentes, prudentes et circumspectos dominos Joannem Reiss nostrum Magistrum civium et Thomam Preiss civem Juratum in nostros veros, certos et legitimos procuratores constituimus et ordinavimus, atque ut premisso Conventui interesse debeant, mittendos duximus, prout in presenciarum quoque mittimus. Ea condicione, vt ijdem nostri procuratores non solum predicte congregacioni et consultacioni ibidem habende interesse, atque in id quod actum et Conclusum fuerit, suo atque nostro omnium nomine, condescendere et consentire, verum etiam negotia nostra vniversa et singula, que in commissis habent, nec non ea, que Civitatis Soproniensis, eiusdemque reipublice causa ipsis obvenire possent, et generaliter omnia et

singula alia facere et procurare valeant, que nos ipsi constituentes facere et procurare possemus. Obligantes nos omnia rata et firma habituros, quecunque causis in premissis per predictos procuratores nostros facta et procurata fuerint, omni prorsus dolo et fraude submotis. Super quibus omnibus at singulis presens mandatum Sigilli nostri minoris, quo vtimur, appressione pro maiori fide et testimonio roboratum concedendum duximus. Datum Sopronij tricesimo die mensis Januarij. Anno domini Millessimo, Quingentessimo, quadragessimo quinto.

(Eredetije Sopron sz. k. város levéltárában. *Paúr Iván* akadémiai tag szíves közleménye.)

VI.

1545. Február 11.

Veltwyeck Gellért császári követnek a nagyszombati országgyülésen tartott beszéde.

Reuerendissimi, Reuerendi, Spectabiles, Magnifici, Nobiles, Circumspecti Viri.

Confecto Cesar bello atque pace constituta, cum in Belgicam reuersus esset, grauissimis rebus conficiendis, quas bella sequi solere pro vestra prudentia intelligitis, quadraginta omnino dies tribuit; vestre enim saluti consulj debere cum videret, in quam cogitationes suas omnes retulerat, nonnullis rebus aut omissis aut mediocriter explicatis, difficillimo annj tempore, vix egretudine depulsa, ad Vormatiensem conuentum agendum contendere instituerat. Interea literis serenissimi Romanorum Regis, fratris sui charissimi, certior factus, vestri Regni ordines sub Decembrem mensem conuenturos, mihi quam celerrimis jtineribus eo contenderem imperauit. Viennam cum peruenissem, diurnis nocturnisque jtineribus decimo die, intellexi diem dictam conuentuj vestro ad calendas Februarias. Falsus mea opinione cum otiosam illam commorationem, cui occurreram, permoleste tulj, jsta magna me spes tenebat fore, vt sub idem tempus quo vos conueniretis aliquid ab Imperij

germanicj ordinibus autoritate et sollicitudine Caesaris constitutum adferretur; ratione enim dierum habita, quibus Caesar in Belgio consisteret, qui perpaucj erant, atque sub calendas Januarias eum in comitia peruenturum judicarem, eo spatio, quod inter caesaris aduentum Vormatiensem et vestrum conuentum jntercedebat, multa presente Caesare de ijs rebus, que ad salutem Regni vestri pertinent, decernj posse judicabam; preerant enim jussu caesaris iam multis mensibus in oppido Vormatiensi explicandis rationibus, quibus commode ea que superioribus decretis caesaris sedulitate curaque promissa erant, representarentur. Hec cum in magnam spem venirem caesare presente vrgerj posse, recidit in valetudinem caesar, quam nunc depulisse videbatur, quo in casu maiorj dolore animj quam corporis morbo cesar torquebatur, qui enim perpetuo cogitationes suas in reipublice Christiane dignitatem retulit, quique maximo animo armis positis, paceque reddita populo Christiano, de summa Reipublicae communj consilio auxilioque agere liberius jnceperat, hunc suum cursum ad ea consilia maturanda grauissimo morbo jnterpellarj cum videret, magnis illum doloribus animj perturbatum nemo potest dubitare. Hec mense Decembri acta sunt, cum commoratione Viennensi nihil me rebus vestris prodesse intelligerem, cumque ad mandata mea pertineret, quod si sine incommodo facere possem, Bohemie quoque voluntatem Caesaris demonstrarem, in Regni Bohemie conuentum vna cum Rege profectus sum; neque vero ea profectione quicquam a vestris commodis alienum spectauj, quando enim illarum gentium salus ita vobiscum coniuncta est, vt idem ensis hoc latus et illa viscera fodiat, atque eisdem scutis utriusque huius regnj corpus defendendum est, hortando si quid Cesaris autoritate consequi possem, vestris rebus me consulere, et cognoscendo, quantum ille gentes auxiliorum pollicerentur, Cesaris imperio me seruire existimabam; simul quod equi dispositi alia in loca traductj essent, quo expeditius a Cesare ad serenissimum Regem, Charissimum fratrem suum nuncij commearent, citiusque vobis Cesar per me nunciare vellet, me intellecturum videbam. Pragam diu nulle cum peruenissent littere, verum vt fatear, vehementer angebar, ne egretudo ingrauescens jter germanicum diutius moraretur, sed perturbate

stationes equorum publicorum et omnibus locis propter repentinam mutationem confuse, huius tarditatis causam dederant. Cesar enim nono die Januarij plane depulsa vi morbi, etsi membrorum robur nondum recuperasset, literis suis datis decimo Gandauo, iterum alteris decimo octauo Bruxellis, me ad vestrum conuentum quam citissime conferre jussit. Earum literarum summa est: nunc dei benignitate leuatum morbi grauedine, paucis postea diebus in Germaniam jter habere, atque de ijs rebus studiose atque sollicite acturum cum Imperij ordinibus, que ad summam belli Turcici pertineant: mandare mihi, vt causis propositis, que jtineri suo moram iniecerint, mandata mea exponerem, se nihil omissurum, quo studium et cupiditatem suam Reipublice Christiane, presertim in hac parte juuande, vobis probet. Cum he Cesaris litere perlate essent pridie calendas Februarias, qua potui celeritate accessi ad hunc preclarissimum conuentum. De mandatis meis, quod hoc tempus et rerum vestrarum conditio postulat, quam potero paucissimis agam. Grauissimam fuisse Cesari conditionem Regni vestri, quod cum et domesticis opibus et militum virtute orbis Christiani, Imperij Germanici, sue auite et paterne domus Austrie, propugnaculum firmissimum antiquitus fuisset, nunc afflictum extremo jn discrimine versaretur: agitare sese animo, atque ob oculos pene proponere, jn quam calamitatem res Germanice, atque adeo ipse orbis Christianus venirent, si quid grauius huic Regno accideret. Audiuisse se hostium crudelitatem maxima cum perturbatione, a qua neque etas neque sexus, non diuina non humana essent libera; hec quum per se grauissima fuerint, tum eo sibi plus attulisse doloris, quod opem suam non eo conuertere hactenus potuerit, quo et sua singularis cupiditas Reipublice Christiane gerende, vestre istius virtutis studium, fraterna jn Regem Romanorum pietas, Cesaris officium, animum eius concitauerant; se in magnis contentionibus versatum, quas nullo suo merito suscipere coactus fuisset, quum rebus vestris laborantibus extremum remedium adferre non posset, quum alias a Thurcis et Sarracenis, alias a Christianis hostibus in sua Regna arma inferrentur, quo potuerit studio causam huius Regni juuisse, non intermisisse vllam diligentiam, quin vna cum serenissimo fratre suo

Rege Romanorum etc., cum aqud Imperij Germanici ordines, tum apud alios orbis Christiani principes, ea ageret, que ad salutem huius prestantissimi Regni conuenirent; qua in cura et si nunquam sibi satisfecerit, vestre dignitatis et tranquillitatis semel constituende cupidissimo, tamen in maximis suis et grauissimis occupationibus illustribus signis suam jllam bene merendi de vobis voluntatem demonstrauisse; hoc studio adductum omnes cogitationes suas, omnio vota eo retulisse, vt dei optimi maximi benignitate hunc et Cesareum et paternum animum in defendenda Religione nostra re atque opere declarare posset. Itaque quum coactus esset eis impedimentis, que tam vtilia consilia interpellauerant, se liberate jd egisse, vt quam citissime de salute communis Reipublice tuenda, si qua equitate jd impetrari possit, constitueretur; jecisse se superioribus comitijs Spirensibus fundamenta istius salutis, sese et serenissimum fratrem suum operam dedisse, vt Imperij ordines pericula circumspicerent, atque preteriti annj auxilia, ad tuendam vestram salutem, in hunc annum justa manu ad inferendum bellum decernerent; se vicissim obtulisse in eo bello non solum presentem cum Imperij viribus suas vires coniuncturum, atque exercitus Christianj ducem futurum, sed etiam in magnam spem venisse, dej benignitate, se in societatem belli adducturum eos, qui tum consilijs suis obstare videbantur; non esse sese hac spe deceptum, positis enim armis, paceque constituta inter se et Christianissimum Francie Regem, affinem et fratrem suum charissimum, sese Reipublice consuluisse, adductum Regem Francie, vt communj ope, cum caeteris reipublice difficultatibus tum huius Regni causa, subsidium ferret pollicitum ad bellum jnferendum legibus pacis manum militum ad millia decem, ex ijs gentibus, quas Cesar elegerit, equites bis mille CCCC grauis armature. Hanc pacem non dubitare intelligj a vobis ad salutem vestram pertinere, maximam omnium rerum muationem factam, magna remota jmpedimenta, magnam exclusam tarditatem auxiliorum, quam hactenus metuebatis. Sese quidem, cum eam pacem propter jncolumitatem orbis christianj semper optauerit, nullum tempus jntermittere, nullam valetudinis rerumque suarum curam habere potiorem, quin ad comitia Imperij Wormatie jndicta

properet. Hactenus se suos cum mandatis habuisse, qui multis mensibus de racionibus pecunie cogende egerint, sese maturare jter, omnj studio acturum cum Imperij ordinibus, vt que studiose promiserunt, cupide prestent; suscepisse sese sollicitandos pontificem, omnesque principes Christianos, omnique diligentia curaturum, vt de remedijs, que ad salutem huius regni pertinent, quam citissime constituatur: de suo studio et cesareo et paterno neminem vestrum dubitare debere; in hanc se cogitationem incumbere; nihil pretermissurum officij quo desyderium suum reipublice Christiane juuande vobis probet. Hec sunt cesaris ad vos mandata, ex quibus si prolixa vtar oratione confirmandj apud eos, qui grauissima fortuna perfuncti sunt, inepte fecerim; statum enim rerum vestrarum optime cognitum habetis, virtutem vestram omnes gentes exploratissimam habent. Enimuero acciderunt jncommoda a temporibus difficillimis atque diuturna orbis christianj dissensione, que afflixerunt animos vestros, vigorem illum extinguere non potuerunt, que etsi ad calamitatem pene regni pertinuerunt, illud tamen attulerunt commodi, quod, magna parte gentis vestre incolumj, consilia hostium, mores, vires perspecta atque comperta habuistis. Est sane, vt mihi quidem videtur, atque omnes viros fortes existimare puto, omnj virtutj coniuncta sapientia, vt vir fortis nihil temere audere, nihil timide agredi possit, magnarum rerum cupiditate incitetur, ferat, que pacienda sunt discrimina, magnis rebus ferendis, gerendisque, metu omnj reiecto, contendat ad gloriam, quam nemo nisi sapiens desiderat. Commixta tamen est ita huic jncitationj prudentia, vt cum ab impetu vehementer commoueantur viri prestantes, ferantur ad depellendas jndignitates, conentur prerumpere, vrgeant occasiones semper: tamen in conspectu habeant suam, liberorum, patrie incolumitatem; jidem fortes, cum diuturnis incommodis pressi sunt, agunt acrius, quod detrimentis acceptis intellexerunt, quarum rerum inopia superati sunt; magnam habet spem, qui lapsam fortunam excitare molitur, magnam industriam, nullum relinquit locum, ex quo victor ledi possit, quem non perscrutetur; neque enim pericula torpere sinunt, neque quicquam acerbius accidere potest, ea conditione, quam ferre serui coguntur; exturbato otio, magna parte earum rerum

liberamur, quibus virtus animj relanguescit; consilium melius, quod qui habet, coniunctum cum virtute animj, prestantissimum et locupletissimum habet apparatum ad dignitatem recuperandam. Nunquam ad magnam foelicitatem nisi ex periculis peruentum est. Romanj a Carthaginensibus oppressi in summe potentie spem venire, atque hij Turce exagitati fortunam reperire potuerunt. Relinquo eas gentes, que imperia constituerunt magna, quarum nulla in otio regnandi cupiditate commota est, omnes in aduersis suis rebus, seruitute reiecta, ad Imperium comparandum se confirmauerunt. De vestra virtute paucis explicare etsi alienum sit, primam tamen illam laudem, quam equidem ex annalibus jntellexi, cum hac patrum vestrorum gloria connexam, nunquam vero maiores illi vestri dominatum Augusti labefecissent, perruptis Italie faucibus atque Illirico occupato, nunquam ab vrbe Tyberium trepidantem, cum omnj et Italia et vrbana juuentute, extraxissent, nunquam illam vocem metuentj Augusto expressissent, qua hostem fortissimum intra quartum decimum diem armatum in capitolium venire posse fatebatur: nisi acerbitates ille indlgne contra Romanam tyrrannidem tentandum esse aliquid hortate fuissent, cui tamen, vt media secula preteream, nescio an illa concesserit gloria, qua patrum vestrorum et vestra etiam memoria vehementissimis hostibus depulsis, vltro etiam inuasis, magnam vestre virtutis admirationem, cum orbj terrarum, tum posteris omnibus excitastis. Quare cum longa periculorum experientia virtutem animorum atque prudentiam confirmastis, non est mihi dubium, quin quam accuratissime, fortissime, prudentissime de vestra salute confirmanda cogitabitis. Cesarem habetis studiosissimum in vestram salutem incumbentem, signa illustria studij hac pace liberalissime conflata, Cesar egretudine depulsa, quod durissima hyeme facturus *(non)* fuisset, nunc ad Imperium properat, eoque vt racionem in eo dudum peruenit, (?) eam suscepit sollicitudinem, quam ipse magnis laboribus suscipere cogereminj, vt superioris annj promissa germanj perficiant; studia sua, beneuolentiam, cupiditatem pristinam conseruat, huc omnes cogitationes suas conuertit; neque tantopere metuit eam egretudinem, qua paucis ante diebus decubuit, vt non vestre salutis cura illi antiquior sit;

studia sua prestare vobis potest, valetudinem non habuit in potestate. Conspirant duo summj principes orbis Christiani, quorum authoritatem potentiamque reliquos sequuturos pro vestra prudentia potestis judicare. Promissum bellum ab Imperio Germanico, adductus ad hoc bellum Rex potentissimus. Hec propter vos instituta sunt, hec nos votis vestri causa, vos precibus adeo petiuistis, vt dissensione posita vires Europe, tam diu inter se conflictate, vna in castra conducerentur. Cogitate, quam multi, superiore anno, cum Cesaris litere ad vos perferrentur, que de Rege Gallorum ad vestrarum rerum curam adiungendo significarentur, eam rem magis optauerint quam sperauerint. Neque ego hic vobis proponam, confirmandorum animorum causa, metum esse apud hostem hac concordia intellecta, neque de sedicionis domestice suspicionibus quicquam plenius proferam, que sola tantum in Regnorum inclinationibus habere momenti solet, vt in nostram rempublicam maxima detrimenta a dissensione illata et hostes et nos quoque fateamur. In deo optimo maximo spem vos summam ponere jubet Cesar, jn cuius ille fide atque benignitate semper fiduciam collocauit; deinde quod ab humanis consilijs viribusque auxilij petendum est, siquidem neminem vult deus torpere, jn hac coniunctione animorum, que Cesaris studio consequuta est et Cesaris contentione; secundo magnam etiam in vestra virtute, quam hostibus terribilem esse omnibus literis nuncijsque exploratissimum est. Vos jgitur fortissimi viri, per salutem vestram rogati, in consilio capiendo jnprimis Religionem dei optimi maximi et fidem Christi domini nostri, cuius sanguine ad immortalitatem consequendam purgati estis, sequamini, deinde vires Europe, studium Cesaris, vestram experientiam atque virtutem, seruitutem Regionum vicinarum, perfidiam hostium sedulo cogitate, et paucis diebus de summa rerum vestrarum certa confirmataque, Cesare vrgente atque instante, ex Imperio expectate; ita et domesticis jncitamentis et hostili odio imbuti, nullam vestra prudentia atque fortitudine jndignam cogitationem suscipietis.

Az irat élén: Ad Status Hungariae Gerardus Weltwyck.

(Egykorú másolata a bécsi titkos levéltárban.)

VII.

1545. Február.

A nagyszombati országgyűlés válasza V. Károly császár követének előadására.

Responsio Praelatorum, Baronum, Nobilium, aliorumque Statuum regni Hungariae, in Comitiis generalibus pro festo Purificationis Beatissimae Virginis Mariae Tyrnaviae celebratis, congregatorum, ad legationem Sacratissimae Caesareae et Catholicae Majestatis facta.

Singularem clementiam, paternam benignitatem ac piam exhortationem Sacrae Caesareae et Catholicae Majestatis, Praelati, Barones, Nobiles et Status regni Hungariae, ex Generoso et Magnifico Domino Gerardo Welwyk, Consiliario et Oratore Majestatis Suae Caesareae, ejusque luculenta oratione in hoc Conventu habita, intellexerunt, fatenturque ingenue, perspicuum esse omnibus hominibus Majestatem Suam Caesaream ab eo toto tempore, quo Dei O. M. munere ad tanti imperii fastigium et gubernationem evecta est, omnes curas, omnes cogitationes et conatus suos in commodum et defensionem Reipublicae ac religionis christianae direxisse, neque ullis laboribus, ullis sumtibus aut periculis adeundis, non denique personae suae pepercisse, quo rem christianam, cum a caeteris incommodis, tum vel maxime a Turcica rabie et tyrannide eriperet, tueretur ac defenderet. Quae quidem tam pia ac sancta cogitatio, quod studium, eam apud omnium mortalium animos opinionem et judicium peperit, ut Majestas Sua Caesarea unicum Reipublicae christianae columen et propugnaculum, secundum Deum, in terris habeatur, et nulli praecedentium imperatorum secundus, digna jam nunc censeatur aeterna immortalis nominis gloria.

Huic omnium nationum de Maiestate Sua Caesarea recto judicio Ordines et Status Hungariae facile jam pridem consentiunt; non solum propterea, quod Majestas Sua, missis ad se saepenumero tum literis tum oratoribus a natione Hungarica,

deest apertissimis periculis et calamitatibus hujus nationis vehementer commoveri; verum propterea maxime pro superiori anno 1543. christianis (?) et quod studium suum, de quo Ordines et Status Hungariae occultis cum responsis fuerant edocti, Majestas Sua Caesarea testatum volens, cum magnis viribus instructum Turcarum Tyrannum, in perniciem Hungariae et vicinarum provinciarum advenientem cognovisset, suis et sacri imperii, Sacraeque Regiae Majestatis Domini nostri clementissimi copiis contractis Viennam, ipsam defendere non dubitavit, coegitque Turcam omni re infecta, nec sine clade retrocedere. Qui si tum, quod de Vienna capienda sibi proposuerat, et voti compos fuisset, dubium non erat, quin in reditu suo totam Hungariam ditioni suae subiiceret; ut merito incolumitatem suam Status Hungariae Majestati Suae Caesareae ab illo tempore acceptam se ferre testentur, omnemque salutis spem, post Deum O. M., in Majestate Sua Caesarea collocatam habeant, nec unquam vivente Sua Caesarea Majestate de incolumitate ipsorum sibi existiment esse dubitandum.

Testantur etiam Status et Ordines Hungariae benignissimum erga illos Majestatis Caesareae animum de inde quoque apparuisse, cum Turca rursus Hungariam infestans, urgente Principes ac Status Imperii, (?) non copias solum defensionis, verum etiam pecuniam in subsidium, auctoritate atque opera imprimis Suae Caesareae Majestatis ducti, proximis annis decernerent ac darent; quod si tum, per consilia et conatus quorumcunque, pulcherrimo instituto Suae Caesareae Majestatis obsistentium, licuisset, certissime sibi persuadent Status et Ordines Hungariae, Majestatis suae Caesareae opera jam pridem vires immanissimi hujus Turcae ita fuisse fractas atque imminutas, ut non Hungari solum, verum et pleraeque aliae nationes jam olim a corpore Reipublicae christianae avulsae, reddita salute et libertate fruerentur, caetera vero regna et provinciae tranquillitate.

Porro satis superque declaravit omnibus Majestas Sua Caesarea quanto liberandae Hungariae studio atque ardore teneatur, quod cum superiori hoc anno per Oratores Hungarorum cognovisset, non solum Budam sedem Regiam et metropolim, verum etiam Strigonium, Albam Regiam et pleraque

insigniora loca et munimenta Regni per hostes occupata, ereptaque esse, tametsi Majestas Sua Caesarea bellum et magnos conatus in Galliam pararet, nulla tamen ancipitis in rebus gerendis eventus habita ratione, per literas suas, ad Status atque Ordines Regni Hungariae fuse satis et benigne perscriptas, ac per Oratores ipsius apertissime significavit: se in hunc annum liberationi nationis hujus non defuturum, ut scilicet perpetuae illae et salutares cogitationes et studia Suae Majestatis in christianis tuendis clarius etiam orbi terrae innotescerent; indeque procul dubio factum omnes agnoscunt, ut Deus O. M. conatibus Suae Majestatis Caesareae in eo bello Gallico felices et prosperos successus daret, flecteretque mentem Suae Caesareae Majestatis ad pacem cum christiano Rege Gallorum conciliandam, quo videlicet sanctissimis illis de tuenda christiana Republica conceptis consiliis et conatibus, commodius ac liberius ab illo non solum amplius non perturbata et distracta, verum etiam non vulgaribus praesidiis ad hanc expeditionem adiuta satisfaceret; ea pace, aliorumque reconciliationibus audita, in magnam profecto spem sunt omnium animi erecti. Nec aliter iudicant Status et Ordines Hungariae, quam ut jam audiri, ea quoque fuissent ordine, debiteque per Principes et Status Imperii praestita, quae magno omnium ordinum consensu superioribus Comitiis Spirensibus decreta fuerant et conclusa, nisi properantem cursum cogitationum Suae Majestatis Caesareae adversa corporis valetudo fuisset remorata. Missus tamen ad hunc Conventum Generosus ac Magnificus Dominus Gerardus, Majestatis Suae Consiliarius et Orator hanc omnium de Majestate Suae Caesarea spem mirifice confirmavit; qui tametsi Majestatem Suam significaret adversa valetudine, atque adeo periculosa, fuisse praepeditam, quo minus ad promovendam Hungariae defensionem ita mature, ut vellet, ad Imperii Principes et Status perveniret, idem tamen subjunxit, Dei benignitate jam depulsa aegritudine, pristinam esse sanitatem restitutam, Majestatemque Suam ad Conventum Imperii Wormaciam properare, neque quidquam intermittere studii et diligentiae in his, quae salutem et conservationem hujus Regni respiciunt.

Quare, cum de sanctissimis Majestatis conatibus Status

Hungariae nihil dubitent, supplicant Majestati Suae Caesareae humiliter, ne tam pios, et Catholico Principe dignos conatus differat, sed primo quoque tempore aggrediatur cum suis et Principum ac Statuum Sacri Imperii viribus, quos, certum est, invicto, et rebus christianis tuendis nato Imperatori nihil denegaturos; studeatque Majestas Sua advenientem hostem celeritate praevenire, maximum momentum in celeritate positum esse, pro suo gravissimo judicio facile intelligens; potestque Majestas Sua sibi persvadere, non solum regna et provincias Regiae Majestatis, Domini nostri clementissimi, verum etiam caeteros Principes ac Potentatus orbis christiani ad hoc bellum sacratum juvandum auxilia cupide certatimque collaturos, ubi Majestatem Suam institutae provinciae insistentem cognoverint.

Hungarica natio, quae cum immanissimo hoc hoste aliquot annos ita certavit, ut insignem virtutem et fortitudinis famam apud omnes nationes facile videretur mereri, illud sane praestitit, ut arma Turcica non solum remoraretur, ne perpetuo quodam cursu in Germaniam, Italiam, caeterasque regiones longo jam tempore penetrarent; verum etiam ita nonnunquam fregit, ut cogeretur hostis accepta clade ad Thraciam ac Graeciae extrema se recipere, solique Hungari propriis duntaxat viribus freti, aliquot seculis hostiles impetus sustinuerunt, et veluti propugnaculum firmissimum exstiterunt totius Reipublicae christianae, pro qua quidem, et fide Christi, telis se hostibus objicere, et sanguinem fundere praeclarissimum sibi semper duxerunt. Verum quum vicinae nationes devictae jugum et leges hostis accipere coactae sunt, ipse quoque Tyrannus Syriae, Aegyptique et aliarum provinciarum opibus in immensum auctus, Hungariam assidue premeret, et Hungari continuis bellis sensim attriti ac debilitati, frustra subinde christianorum Principum auxilia implorarent, coacta est demum virtus tantae rerum moli, ceu ponderi cuidam cedere, et amissis confiniis admittere hostem inter viscera; qui tametsi validus sit, et toti christiano orbi metuendus, nondum tamen efficere potuit, ut totam Hungariam occuparet, quo jam saepius totas Asiae et ditionis suae Europae vires concitavit, secumque traxit. Haec, inquam, natio Hungarica, tametsi tot bellis vehementer afflicta,

et innumerabilibus cladibus sit attrita, hostemque habeat intra viscera ita collocatum, ut parum jam se in ullam partem torquere posse videatur, ita tamen se in hoc bello sacro gesturam offert, ea indicia pristinae et avitae virtutis edet penes Suam Caesaream Majestatem, ut facile ipsa probatura sit coram, Hungarorum contra nominis christiani hostes audaciam, amorem in patriam, et in rebus bellicis, adeundisque periculis invictum prope animum; dummodo Majestatem Suam in praesidium salutis eorum mature advenire, et quibus ipsa offert, stipatam copiis videant. Quodsi hostis citius adsit, et cunctante ab aliquid impedire, (?) tum Majestas Sua Caesarea has Hungaricae nationis reliquias sub jugum mittat, suamque militiam viribus bellicosae istius nationis augeat verum deest, ne sero tandem de recuperanda Hungaria agatur, et Respublica christiana vulnus vix unquam curabile accipiat. Quamquam Hungari ita sunt animati, ut malint extrema quaeque perpeti citius, quam impiissimi hostis jugum subire, modo Majestas Sua Caesarea auxilio suo mature ipsis adesse dignetur, quo duce nihil non sperandum, nihil non audendum ducunt.

Erit Majestati Suae Caesareae pro tam piis et sanctis conatibus suis, pro Republica christiana conservata et aucta, apud Deum O. M. aeternae beatitudinis praemium repositum, apud homines immortalis gloria, et quam nulla queat oblivio (?) memoria sempiterna; Status autem Hungariae recuperatas penates, salutem et incolumitatem ejus Majestati Caesareae in omne tempus acceptam ferent, et perpetuis servitiis illi ac suis posteris sese tantorum beneficiorum haudquaquam immemores testabuntur.

(Hibáktól hemzsegő másolata *Kovachich* M. Gy. „Auctarium ad Vestigia Comitiorum Regni Hungariae" czimű, a Nemzeti Múzeum könyvtárában őrzött, kéziratában.)

VIII.

1545. Február 20.

A nagyszombati országgyűlésnek V. Károly császárhoz intézett válaszirata.

Sacra Caesarea et Catholica Maiestas, domine, domine clementissime.

Humillimam nostri et fidelium servitiorum nostrorum in gratiam Maiestatis vestrae commendationem. Reddidit nobis literas vestrae Caesareae Maiestatis magnificus Gerardus, consiliarius et orator eiusdem ad hunc conventum delectus, ex quibus literis, simul et ex ipsius domini oratoris verbis ac luculenta oratione intelleximus: Maiestatem vestram, pro sua in rempublicam christianam et imprimis erga afflictum hoc regnum pietate ac studio, nihil usquam maiori nunc sollicitudine curare, quam ut nationi hungaricae de christiana republica bene meritae mature subveniat, atque eam e faucibus saevissimi hostis eripiat; idque ut commodius ac liberius praestare possit, pacem cum christianissimo Gallorum rege fecisse, neque ullis vel laboribus, vel sumptibus parcere decrevisse: adeo ut necdum firmata sanitate Wormatiam versus longo se itineri commiserit, ubi apud principes et status imperii summa ope perficere conaretur, ut quae superioribus mensibus magno omnium ordinum consensu in liberationem nostram, de movenda in Thurcam generali expeditione constituta, fuerunt, primo quoque tempore praestentur.

His igitur voluntatis et studii in nos vestrae Caesareae Maiestatis claris, certioribusque argumentis denuo confirmati, cum nihil nobis gratius, nihil optabilius contingere potuisset, Maiestati vestrae sacratissimae de tam piis, tam sanctis cogitationibus suis, deque isto eximio et paterno in nos studio immortales, et quas pro tempore possumus, humillime gratias agimus, neque desinimus orare indefesse Deum optimum maximum, pro felicitate et incolumitate vestrae Caesareae Maie-

statis, et pro tantorum conatuum, salutarisque instituti secundo successu.

Etsi autem nobis dubium iam esse non potest, quin Maiestas vestra institutam expeditionem ea maturitate et celeritate inchoet, ut quod animo concepit, divina benignitate imminens iugum a cervicibus Hungarorum excutiat; quod tamen de adventu hostis valida et forti manu certo ubique rumore circumfertur, et nos periculis ac cladibus praeteritis iure propemodum cogimur iam omnia pertimescere; facere non possumus, quin, quod proximis mensibus fecimus, aliis litteris ad Maiestatem vestram Vienna datis, eidem humillime supplicemus, dignetur conatus istos suos et institutam provinciam mature suscipere, atque explicare, hostemque longo intervallo studeat in hoc Regnum praevenire; sic enim nationem nostram longe ante secula cum hoc hoste strenue decertantem secum Maiestas vestra habitura est alacrem, expeditamque ad omnia munia, et reliqua demum omnia obtinebit faciliora; quod contra eveniet, si hostem priorem contingat in regnum perrumpere, quemadmodum Maiestas vestra pro sua sapientia, iudicioque gravissimo facile intelligit. Quod ad commeatum attinet, caeterosque bellicos apparatus, ad quos Maiestas vestra, nos clementer hortare dignatur, dubitare non debet Maiestas vestra, quin etiam supra vires nostrates omnes, omnibus, quibus poterunt, modis ac rationibus in tam extremis rebus expeditionem Maiestatis vestrae iuvent, et virtutem eorum avitam, pristinumque animi robur et singulare studium in patriam et religionem christianam, quod eius fieri poterit, cunctis suspiciendum praebeant. Caetera Maiestas vestra ex domino oratore suo cognoscet; quam Deus altissimus servet diu foelicem et incolumem pro salute christianitatis. Datum Tyrnaviae XX. die februarii, anno Domini MDXLV.

Praelati, barones, nobiles, caeterique ordines et status Regni Hungariae Tyrnaviae congregati.

(A brüsseli állami levéltárban őrzött eredeti példányból közli *Horváth M.* Brüsseli Okmánytár. II. 117—119. ll.)

IX.

1545. Február.

A nagyszombati országgyűlésen alkotott törvényczikkek.

Constitutiones Conventus Tirnaviensis, pro festo Purificationis Beatissimae Virginis Mariae, anno Domini M. D. XLV., celebrati.

Articulus I.

Cum Maiestas Regia, Dominus noster clementissimus, pro paterna sua et singulari erga Regnum hoc et vniuersos fideles et subditos subditos suos benignitate, significanit sacratissimam Caesaream et Catholicam Maiestatem, Principes et Status sacri Imperij, una cum Maiestate sua Regia et Regnorum Prouinciarumque Majestatis suae viribus, in defensionem et liberationem huius Regni in hunc annum expeditionem instituisse. proptereaque Status huius Regni sui gratiose hortari dignata est, vt de ijs, quae per ipsos quoque Status ad promouendam, inuandamque expeditionem huiusmodi et propriam salutem tuendam, finesque interea praesidio firmandos praestari possent, diligenter et sedulo tractarent inter se ac concluderent. Idcirco Domini et Status huc congregati pro tam pia cura et admonitione suae Maiestatis gratias habent quam maximas, studebuntque fidelissimis servitijs perpetuo promereri. Quemadmodum autem salutis patriae amatores decet, sedulo inter se habitis tractatibus, cum viderent Status omnia flagella, quae afflicto huic Regno acciderunt, peccatis hominum ita exigentibus inflicta esse, a Numine imprimis placando, et mutua charitate ac vnione colenda, initium facere decreuerunt, quo caepti conatus et consilia omnia, Deo propitio, successum haberent felicem et fortunam.

Articulus II.

Proinde, vt mutuae dissensiones et odia, quae ex alienis usurpatis, aut iniuste retentis hucusque durauerunt, prorsus tollantur, conclusum est: quod uniuersi Domini et Nobiles,

arces, oppida, villas, decimas Ecclesiarum et prouentus quorumlibet, nec non syluas, prata, promontoria, metas alienas, quomodocunque per haec disturbia, citra iuris processum, priuata authoritate violenter occupata et ablata, secundum constitutionem priorem Nouizoliensem, illis, quibus adempta sunt et ad quos legitime pertinerent, sub poena ibidem specificata, vsque diem Dominicam Oculi proxime venturam restituant: et ante omnes Domini supremi Capitanei teneantur aliena bona omnia, si quae forsitan haberent, dominis bonorum restituere, aliósque ad restituendum indebite usurpata compellere, sub eo vinculo et obligamine, quo ad exercendum rite officium sunt astricti.

Articulus III.

Si vero quipiam bona semel restituta, rursum priuata violentia reoccupassent, vel reoccuparent, tales scita prius superinde ab uniuersitate Nobilium rei veritate, per Capitaneos vel Comites, nec non Vicecomites et Judices Nobilium, ubi talis reoccupatio facta est, illa poena, quae in priori Conuentu Nouizoliensi superinde conscripta est, in bonis, rebusque et personis suis eo facto puniantur, et spoliati bonis suis et prouentibus in integrum restituantur.

Articulus IV.

Liceat praeterea tam Dominis, quam Nobilibus bona eorum male occupata, vel a Regia Maiestate iusto titulo impetrata et iure obtenta, ab illis, qui contra publicam constitutionem, nec non contra iuris processum, et sententias Judicum Regni ordinariorum usque ad executionem brachii secularis exinde extradatas, temere retinerent, etiam priuata manu, si id fieri poterit, omnibus modis ac per detentionem etiam personarum recuperare, et si qui etiam hactenus propria bona et haereditaria ipsis male ablata recuperare potuerunt, nulli poenae seu oneri subiaceant.

Articulus V.

Quod autem ad futurum expeditionis generalis apparatum attinet, decretum est: quod uniuersi Domini Praelati, Barones,

Proceres, Nobiles et alii possessionati teneantur personaliter penes personam sacratissimae Caesareae et Regiae Maiestatis in generali expeditione interesse, sub nota infidelitatis. Et quod de singulis decem colonis suis, iuxta communerationem portarum, quae proxime futura est, in qua nullus penitus libertinus vel alius quispiam, praeter inquilinos, exemptus habebitur, vnum equitem armis bene instructum penes suas personas in eadem generali expeditione secum habere debebunt.

Articulus VI.

Si quis Nobilium decem integras sessiones Jobagionales populosas non habuerit, is cum altero Nobile conferat et componat, vt semper is numerus compleatur, et eques unus in expeditione sine defectu statuatur.

Articulus VII.

Quod si quis in expeditione penes personam Caesaream vel Regiae Maiestatis non constitueretur, vel equites ratione decem sessionum Jobagionalium integre non seruaret, talis bona, quoad eius portionem cedentia, conferat Maiestas Regia illis, qui in expeditione strenue et fideliter inseruierint.

Articulus VIII.

Si quis in exercitu vel expeditione generali, tempore lustrationis, equitem alienum statuerit, tam is, qui alienum equitem statuet, quam etiam is, qui illum alteri conferet, habito probabili documento, capite plectatur.

Articulus IX.

Si in exercitu seruus cuiuspiam tacite discesserit, et inibi repertus fuerit, domino suo per Capitaneum restituatur, apud quemcunque invenietur. Si vero in exercitu non reperietur, dominus serui talis loco eius, petito ad id competenti termino a Capitaneis, alium statuat, et tandem vbicunque post solutam expeditionem talis fugitiuus reperietur, poena capitis puniatur.

Si quis vero requisitus restituere nollet, homagium persoluat domino illius servi.

Articulus X.

Si in exercitu seruus vel morietur, vel aegrotabit, significetur et ostendatur Capitaneis, ne fraus aliqua fieri possit.

Articulus XI.

Si quis in stipendio alieno militauerit, aut ab aliquibus Dominis et Proceribus in castris seu castellis et fortalitiis, loco Castellani et officialis relictus fuerit, talis pro persona sua unum equitem, et ex decem Jobagionibus similiter unum equitem in expeditione ea, sine defectu, sub poena praemissa, habeat in medio Comitatus.

Articulus XII.

Domini autem et Proceres, quot personas pro custodia domus et honestate familiae domi relinquere debeant, servetur modus in articulo prioris Conuentus Nouizoliensis conscriptus.

Articulus XIII.

Mulieres relictae et pueri, senes et imbecilles possessionati, qui ad bellum habiles non sunt, tam pro personis, quam ratione decem colonorum, similiter, ut supra, equites suos mittant.

Articulus XIV.

Si quis in diuersis Comitatibus bona habuerit, de omnibus illis equites suos secum in exercitu eius Comitatus, vbi personaliter residentiam facit, habeat; tempore tamen lustrationis specifice significet et ostendat equites ratione bonorum suorum in unoquoque Comitatu existentium, Vicecomiti talis Comitatus.

Articulus XV.

Quod de prouentibus Regiis ac Cameris salium et aliis Tricesimis, apud manus alienas etiam pignori, vel aliter habitis, is qui illos habet, sub amissione talium, teneat, iuxta quan-

titatem prouentuum huiusmodi, ratione singulorum centum florenorum, equites quinque.

Articulus XVI.

Quod Reginalis Maiestas, ratione bonorum et prouentuum suorum in Vngaria habitorum Banderium suum habeat.

Articulus XVII.

Quod Praelati et personae Ecclesiasticae decimas habentes, super equites, quos de decem Jobagionibus eorum, modo praescripto, habere debebunt, etiam de decimis eorum, quantum nunc percipiunt, equites suos teneant: de singulis centum florenis equites quinque.

Articulus XVIII.

Quod qui per Turcas de bonis suis expulsi sunt, etiam [1]) nulla bona habent, nec postea consequuti sunt, tales denique sua persona teneantur expeditioni interesse, vnusquisque pro honestate sua et facultate, prout potest.

Articulus XIX.

Quod ex fratribus indiuisis, vno pane, simulque in vna domo manentibus, vnus illorum ad expeditionem proficiscatur; qui autem in victu, habitationeque diuisi sunt, illi viritim eant.

Articulus XX.

In singulis Comitatibus Vicecomes, si idoneus fuerit, vel alter Capitaneus eligatur, qui omnium praemissorum rationem et prouisionem habeat.

Articulus XXI.

Nobiles viri vnius sessionis de integra curia seu sessione viritim eant; viduae tamen mulieres vnius sessionis, qui filios idoneos ad bellum non habent, maneant domi, et Deum orent.

Articulus XXII.

Personae Capitulares et beneficiatae, equites ratione capi-

[1]) Ki van hagyva „si“.

tum suorum teneant iuxta constitutionem Nouizoliensem priorem, vltra eos, qui ratione decimarum et colonorum suorum tenent.

Articulus XXIII.

Ex plebanis villanis et rectoribus altarium, decem personae teneant vnum equitem, ita vt inter sese facta collatione is, qui et rebus et prouentu potior fuerit, ad intertentionem equitis plus soluat.

Articulus XXIV.

Ciuitates liberae et montanae in generali expeditione subeant onus, prout Maiestati Regiae, iuxta illarum possibilitatem, videbitur. De colonis tamen, de quibus in medium Comitatus soluere hactenus consueuerunt, equites suos, sicuti et Nobiles, teneant.

Articulus XXV.

Plebani liberarum et montanarum Ciuitatum ac Beregszaz, Szölös, Saros-Patak et aliorum potiorum locorum, vel patroni earundem, qui plebanias eiusmodi possident, teneant iuxta prouentus eorum, ex singulis centum florenis equites duos, sub amissione beneficiorum et rerum suarum.

Articulus XXVI.

Quod tempore lustrationis tam domini, quam Nobiles specificent numerum gentium suarum, ratione bonorum suorum in quibuscunque Comitatibus habitorum distinctim, et fiat regestum omnium gentium, cuius regesti copia detur per Magistros lustrationum. sub sigillis eorum, ad manus Vicecomitum singulorum Comitatuum, vel Capitaneorum Regni, vt et ipsi cognoscant, si domini et Nobiles gentes suas de uno quoque Comitatu integre habent, ne defectus et fraus committatur. Si domini voluerint, et ipsi copiam huiusmodi regesti lustrationis habere possunt, ne postea, si bona alicuius per Maiestatem Regiam ob gentium suarum defectum personae benemeritae conferrentur, possit oriri difficultas, et se quisque asserat constitutioni publicae satisfecisse.

Articulus XXVII.

Quod supremi Capitanei Regni gentes Comitatuum et Nobilium in suos exercitus non distrahant. In excubiis quoque tuendis tam Regiae Maiestatis, quam dominorum et Nobilium militum par ratio habeatur, ne Nobiles ipsi magis quam alii possint aggrauari.

Articulus XXVIII.

In vniuersis Comitatibus publicetur, vt victualia omnis generis ad castra Caesareae et Regiae Maiestatum suo tempore ducantur, vectores in eundo et redeundo ab omni solutione Tricesimae et tributi seu Telonii tam a mercibus, quam a comeatu liberi sint; si Telonia quis exegerit, Telonium amittat; si quis in itinere vel castris violenter diripuerit, capite plectatur.

Articulus XXIX.

Quod in singulis Comitatibus Vicecomes, cum duobus vel tribus Nobilibus ad id eligendis, faciat limitationem omnium victualium iuxta numerum colonorum, quantum in quacunque villa praestari poterit, et si quis victualia, vel temere, vel ex negligentia ad castra deferre neglexerit, puniatur amissione talium victualium. Si quis cum huiusmodi mercibus seu victualibus non ad castra, sed alio profectus fuerit, ubique et Tricesimam et Telonium persoluat; aliter, si fraudulenter quicquam in his per quoscunque commissum esse repertum fuerit, rebus priuetur, ubicunque reperiri poterit.

Articulus XXX.

Domini vtriusque ordinis et Nobiles victualia propria in castra ad vendendum inducere faciant; de victualibus tamen colonorum eorundem dominorum Vicecomes cum Nobilibus ad id electis limitationem praemissam faciant.

Articulus XXXI.

Si cuius equus in castris noctu vel die solutus aufugerit, quicunque talem equum repererit et apprehenderit, teneatur

statim ad manus Capitanei dare, vt apud illum reperiatur. Si quis id non fecerit, sed equum occultauerit, poenam capitis subeat, et insuper res talis occultatoris illi, qui talem reperierit, conferantur.

Articulus XXXII.

Si per dominos Capitaneos, ad aliquam bonorum restitutionem, vel etiam executionem faciendam, domini seu Nobiles Comitatuum viciniores, et etiam remotiores, iuxta rei magnitudinem requisiti fuerint, teneantur iuxta constitutionem Nouizoliensem, cum omnibus gentibus suis, et hi, qui ad id idonei fuerint, etiam personaliter, penes dominum Capitaneum insurgere. In contrarium facientes domini Capitanei habeant potestatem animadvertendi in bonis et personis.

Articulus XXXIII.

Quod Capitanei, nec non Comites vel Vicecomites non obseruent literas Regiae Maiestatis et domini Locumtenentis, si quas in reddendis et remittendis bonis, a Maiestate Regia constitutioni publicae Nouizoliensi, et aliis constitutionibus postea factis, et etiam praesenti derogantes, impetrauerint, sed non obstantibus in his, quae ad officium eorum ex praemissis constitutionibus pertinebunt, sine fraude exequutionem faciant, sub poena obligaminis eorum.

Articulus XXXIV.

Ea causarum genera, quae ex constitutione priori Nouizoliensi iudicari decreta fuerunt, dum tempus patietur, in duobus terminis per annum iudicentur, vt termini eiusmodi omnibus Regnicolis palam fiant, ne eorum ignorantia in aliqua onera incurratur. Et quilibet terminus duret diebus quadraginta; ita tamen, vt iudices Regni ordinarii in integro numero suos habeant Magistros Protonotarios et vicesgerentes. Ex Nobilibus etiam semper adminus quatuor Assessores iurisperiti penes illos in iudicio sint. Primus terminus festum Georgii Martyris, secundus festum Diui Martini. Dominus Locumtenens semper ante viginti dies ad singulos Comitatus huiusmodi iudiciorum celebrationem significet

Articulus XXXV.

Dominus autem Locumtenens etiam extra istos terminos causas transmissionis, ac quinque casuum, nec non nouas violentias et bonorum occupationes, a tempore suae Locumtenentiae patratas, qualescunque fuerint, cum his, cum quibus sufficere visum fuerit, adiudicet semper.

Articulus XXXVI.

Quod fratres eiusdem generationis foeminei sexus iura sua, portionem, vel quartalitium de bonis paternis vel auitis, a fratribus eorum masculini sexus, in praescriptis duobus terminis, iuridice requirere possint et valeant.

Articulus XXXVII.

Quod bona plurium fratrum, uno eorum sine liberis decedente, in reliquos fratres aequaliter condescensa, et per vnum ex illis fratribus ab obitu Ludouici Regis occupata, similiter iudicentur in eisdem terminis.

Articulus XXXVIII.

Praeterea, quia plurimae literae et literalia instrumenta, tam dominorum, quam Nobilium de bonis eorum tam prae manibus habitis, quam iure postea acquisitis, per haec disturbia, vel etiam antea deperdita sunt. Ne igitur quispiam hoc defectu iuribus suis priuetur, statutum est: vt quicunque super talibus literis et literalibus instrumentis et causarum processibus testimonio legitimo et sufficienti per tales, quibus desuper manifesta rei veritas constat, documentum facere poterunt, iustis eorum iuribus et causis non frustrentur.

Articulus XXXIX.

Magistri Protonotarii sententias ante decimum diem primi diei proclamationis cuiusque causae extradare non debeant, vt interim causantes venire et sententias onere consueto prohi-

bere, et causas suas prosequi valeant; elapsis tamen decem diebus mox extradare debeant.

Articulus XL.

Quantum autem attinet ad subsidium vsque generalem expeditionem, ad munienda castra finitima, et gentium ibidem conseruationem, decretum est: quod ex nunc offeratur ad continuam defensionem florenus vnus, ad cuius perceptionem eligantur duo, vnus ex dominis, alter ex Nobilitate, qui nunc iurent coram Regnicolis, quod ex illo subsidio vnius floreni, neque ad aliqua seruitia seu salaria quorumpiam dominorum, neque in alios vsus, sed solummodo ad confiniorum munitionem et prouisionem, gentiumque, quae in eisdem confiniis seruierint, stipendia solutionem facient; et quod in futura expeditione, seu si congregatio indicetur, coram Regnicolis, ijdem electi, sub eodem iuramento praesentent Regestum rationis super introitu et exitu eiusdem subsidij, ut cognoscatur, si quis dominorum vel Nobilium priuata manu subsidium hoc vel retinuerit, vel abripuerit; et tales, cuiuscunque sint conditionis, Maiestas Regia in bonis, et etiam per detentionem personarum punire possit, non obstante Nobilitari priuilegio, vt etiam aliis pro perpetuo exemplo habeantur. Nihilominus statutum est, vt lucrum Camerae (viginti denarii) iuxta connumerationem huius dicae Maiestati Regiae ad Cameram suam fideliter de omnium bonis persoluatur, sub poena et obligamine super exactione praescripti vnius floreni decreta, administretur.

Articulus XLI.

Ex subsidio autem vnius floreni nemini alteri, quam illi, qui vel ex Capitaneis, vel ex aliis dominis et personis militaribus non domi torpebit, sed in locis confiniorum militabit, solutio fiat. Si qui vero Dominorum et Nobilium manus suas in hoc subsidium intromiserint, tales ad requisitionem dictorum duorum electorum per Capitaneum, qui in confiniis seruierit, per occupationem bonorum, ac alijs omnibus modis, quibus possunt, puniantur, et ad id domini praesentes literis suis nunc dandis sese obligent.

Articulus XLII.

Verum, quia istud subsidium ad locorum finitimorum munitionem, et gentium in eis intertenendarum solutionem minus sufficiet, statutum est, vt vniuersi prouentus Regii, ex cusione monetarum, ac Tricesimis in Vngaria et Sclauonia vbique habitis, et etiam apud manus serenissimae dominae Mariae Reginae et aliorum existentibus, in hunc vsum conuertantur: nec ijdem prouentus Regni extra Regnum deferantur, sed ad necessitates confiniorum et solutionem gentium, aliasque Regiae Maiestatis et Regni huius Vngariae et Sclauoniae necessitates occurrentes exponantur, in ijsque administrandis non officiales seu personae alterius nationis, sed de medio Vngarorum vnus Thesaurarius, persona idonea et fidelis, quae etiam bonis et authoritate valeat, habeatque pignus satisfaciendi (si male dispensauerit), eligatur.

Articulus XLIII.

Quod Maiestas Regia, nec de hoc subsidio, nec de alijs prouentibus suis Regiis, illis dominis seu personis aliis, qui rapinis et pauperum oppressionibus vtuntur, aliquam solutionem et ordinem faciat.

Articulus XLIV.

Si quis, nulla Dei et hominum habita ratione, in flagranti crimine, rapinis, spolijs atque furtis et oppressionibus pauperum compertus fuerit, comperta rei veritate, iuxta delicti magnitudinem et qualitatem, per Capitaneos et Comites, morte, vel alia poena, quam iure meruerint, puniantur. [1])

Articulus XLV.

Si quis violentorum contra Capitaneos in executione iustitiae, aut subsidiorum administratione, alijsque malis, pro debito officiorum suorum auertendis et puniendis, in quacunque causa insurgere, seque temere opponere praesumerent, talium violentorum seruitores, si Nobiles fuerint, sub poena

[1]) Hibásan e helyett: „meruerit, puniatur“.

amissionis et confiscationis bonorum suorum propriorum, teneantur in hoc casu a dominis eorum talibus discedere et eos deserere, ac Capitaneis assistere; si vero ignobiles fuerint, vbicunque capi poterunt, rebus omnibus priventur, et etiam in persona iuxta meritum delicti eorum, puniantur per Capitaneos Regni.

Articulus XLVI.

Quod Maiestas Reginalis castra Wighles, Dobroniua et Lipche, prout in omnibus Conuentibus prioribus conclusum est, iam tandem illis, ad quos pertinent, restituat: ne et alij eiusdem Maiestatis exemplo, bona aliorum retinere praesumant. Nec conseruet ea praetextu bonorum, quae apud manus alienas habentur, cum ea non per dominos vel Nobiles alijs sunt data et inscripta.

Articulus XLVII.

Et quia domini de Podmanin iam in gratiam Regiam redierunt: ob hoc ijdem ex illa nota infidelitatis, qua in Conuentu Posoniensi proscripti erant, exnunc absoluuntur. Ijdem autem infra quintum decimum diem praesentis diei uniuersa bona dominorum et Nobilium et aliorum occupata, semota omni conditione, restituere, et Castellani [1]) quoque Szerdahel infra eundem diem sine omni conditione manibus Domini Reuerendissimi Locumtenentis assignare, alijsque omnibus tractatibus et articulis transactionis Regiae cum ipsis factae satisfacere, et omnia onera in defensionem Regni instar aliorum fidelium subditorum Maiestatis Regiae gerere debebunt, et subditos quoque fideles et pauperes Regnicolas iniurijs et oppressionibus non afficiant. Comitatum Trinchiniensem hactenus per eos in duas partes scissum in vnionem remittant, et in locum sedis eiusdem Comitatus tam ad iudicia, quam alia onera subeunda libere congregari permittant.

Articulus XLVIII.

Quod Comitatus Zempliniensis et Vngh in plures partes distracti, vniantur, et singulum Comitem habeant.

[1]) Hibásan e helyett: „Castellum".

Articulus XLIX.

Quod liberae Ciuitates Regiae, simul et Montanae, in eorum libertatibus, tam in teloniis, quam alijs conseruentur.

Articulus L.

Conclusum est etiam, cum pretium omnium rerum in Regno, quod in compendium redactum est, auctum sit, et fodinae profundiores factae, et aqua in eisdem auctior de die in diem reddatur, omnesque expensae et labores in Montanis triplicati sint, vt singulae Marcae argenti ex Camera Regia sex florenis soluantur, minus orthone; Maiestas quoque Regia committat Camerarijs Cremniciensibus et Commissarijs Reginae Mariae, ut huic conclusioni defacto satisfaciant. Nam nisi hoc fieret, ruinae Montanarum, atque huius Regni Thesauri Regnicolae occurrere cogerentur, et cultores Montanarum obligationi illi, qua Camerae Cremniciensi sunt obligati, amplius obstrictos esse nollent. Nemo enim ad impossibilia cogi debet, et propter priuatum commodum Respublica et totum Regnum perdendum non est.

Articulus LI.

Quod cusores falsarum monetarum, quae in plerisque locis cudi dicuntur, vbicunque reperiri poserunt, in personis et bonis, iuxta contenta Decreti, puniantur.

Articulus LII.

Comites Comitatuum, qui nondum iuramenta deposuerunt, iurent nunc, alioquin priuentur officiis.

Articulus LIII.

Prouentus et decimae Episcopatus Agriensis de manibus Dominorum per suam Maiestatem eliberentur, et ad conseruationem arcis Agriensis conferantur.

Articulus LIV.

Quod Maiestas sua castrum Zarwaskő demoliri iubeat, et bona eiusdem castri ad conseruationem arcis Agriensis conuertantur et occupentur, quod castrum semper ad Agriam pertinuit.

Articulus LV.

Quod Maiestas Regia dominum Petrum Pereny, post multas supplicationes fidelium suorum, iam tandem gratiose liberum dimittat. Etenim oblationes eiusdem Petri Pereny, quas Maiestati suae facere offert, sufficientes esse videntur; et alioqui omnes Regnicolae de fide et constantia eiusdem Petri Pereny se fideiussores offerunt. Nec vident, quod atrocius dominus Pereny deliquisset illis Capitaneis Hispanis, qui tantae ruinae Regni materiam praebuerunt, sunt tamen impune dimissi, et forte etiam remunerati.

Articulus LVI.

Quod Maiestas Regia arcem Likawa Magnifici Ludouici Pekri, nunc prae manibus suae Maiestatis habitam, eidem remittere dignetur, qui se Maiestati suae perpetuo fidelem et obedientem subditum, et modo illi aliquod seruitium in Curia designetur, continuo in eiusmodi seruitio in aula Maiestatis suae versaturum offert.

Articulus LVII.

Sunt praeterea nonnullae supplicationes dominorum Nobilium, et quorundam aliorum, quae pro certiori responso ad Maiestatem Regiam missae sunt, quibus Maiestas sua benigne respondere dignetur.

(Decreta, Constitutiones et Articuli Regum inclyti Regni Ungariae. Nagyszombat. 1584. 441—450. ll.)

X.

1545. Április 30.

Ferdinánd király leirata, melyben a nagyszombati országgyűlésen alkotott törvényeket megerősíti.

Responsum Sacrae Regiae Maiestatis ad Articulos Dominorum Praelatorum, Baronum, Nobilium, aliorumque Ordinum et Statuum Regni Hungarie, qui in generalibus Comitijs Tirnauiae pro festo Purificationis Beatissimae Virginis Mariae proxime practerito, jussu Suae Maiestatis celebratis, congregati fuerant, aeditos.

Sacra Regia Maiestas, Dominus et Princeps noster clementissimus, intellexit ex Articulis fidelium suorum Dominorum Prelatorum, Baronum, Nobilium, aliorumque ordinum et Statuum Regni sui Hungariae, in proximo Conuentu Tirnauiensi congregatorum, constitutiones et decreta per eosdem ordines isthic facta, simulque fidem, obseruantiam et subiectionem per eos suae Maiestati liberaliter oblatam, nec non curam, studium et propensam eorum uoluntatem ad promouendam, beneque obeundam generalem expeditionem contra Thuream, atque etiam conatus tuende salutis, quietis et conseruationis publice. Quae omnia sua Sacra Maiestas, tanquam Rex pius, chatholicus, ac Christiane Reipublice, praesertim fidelium subditorum suorum defensionis, salutis, quietisque cupidissimus, paterno amore ac clementia singulari accepit; pro quibus sua Maiestas sacra nonnisi ingentes fidelibus suis subditis habet gratias, Articulosque ipsos ad suam Maiestatem missos, ratos et acceptos habendo approbat, paucis duntaxat mutatis, quae in aliquot eorum punctis, pro dignitate sue Maiestatis, proque libertate ipsorum fidelium suorum immutanda, lucidiusque declaranda, ac in formam infrascriptam redigenda esse censuit. Nihil dubitans ipsos quoque fideles subditos suos bona fide ea prestaturos, quecunque in Articulis ipsis se facturos obtulerunt, et que ad quietem, salutemque et defensionem

ipsorum quam maxime pertinere videbuntur; quemadmodum etiam sua sacra Regia Maiestas nihil earum est pretermissura.

Quantum ad primum[1]) articulum, in cuius contextu fideles Status et ordines Regni suae Maiestatis permisserunt, licere tam Dominis, quam Nobilibus bona sua hereditaria, vel a sua Maiestate Regia impetrata ac iure obtenta, ab illis, qui contra publicam constitutionem et iuris processum, sententiasque Judicum Regni ordinariorum retinerent, etiam priuata manu, omnibus modis ac per detentionem etiam persone occupantis recuperare. Respondet sua Maiestas sese iam antea admisisse et approbasse decreta priorum Conuentuum vtrorumque Nouizoliensis et Posoniensis, maxime vero de remittendis, recuperandisque alienis bonis, et nunc quoque necessarium esse iudicat, tam huiusmodi occupatorum, quam aliorum, iuxta leges Regni iuridice obtentorum bonorum rectificationem et remissionem per Capitaneos suos, adhibitis ubique remediis opportunis fiendam. Verum non conuenire sua sacra Maiestas putat, quempiam suorum subditorum, contra personam alterius, priuata manu et potentia uti; id enim nihil aliud, quam magne cuiusdam licentiae, dissensionis, distractionis, perturbationisque publice tranquillitatis preberet causam, fomitem et initium, quodque maiorem perniciem in Rempublicam esset inuecturum, quam vt a quopiam cogitari aut credi posset. Nec preterea posse id fieri absque Regiae dignitatis diminutione. Quam quidem dignitatem et authoritatem ex Dei Optimi clementia ei datam, sua Maiestas pro seipsa seruandam et nemini hac ratione permittendam uult et statuit. Nam alioqui et Dei ordinationi, et suae Maiestatis authoritati non parum

[1]) A jelen királyi leirat törvényeink nyomtatásban kiadott gyűjteményébe is fel van véve. Azonban az 1584-iki nagyszombati kiadás szerkesztői több változtatást engedtek meg maguknak a k. leirat szövegében. A nélkül hogy ezen eljárásról itéletet akarnánk mondani, jelezni fogjuk a jelentékenyebb változtatásokat. Így, miután az 1545-ik évi törvénykönyv czikkeinek folyószáma meg nem egyezett azzal, melyet a királyi leirat hivatkozásaiban használ; nem haboztak ezeket felcserélni. A k. leirat az I., XXVIII., XXXIX., XLVII., XLVIII. és LI. czikkekről szól; a szerkesztők ezek helyébe a IV., XXXIII., XLII., L., LIII. és LV. czikkeket tették.

derogaretur, et publica salus ueniret in perturbationem et excidium. His itaque ex causis propria Authoritate, priuataque manu inposterum audere uel permitti quempiam aliquid aggredi, aut personae alicuius vim intentare, videtur suae Sacrae Maiestati ab aequitate, dignitateque suae Maiestatis prorsus alienum et indignum, et id sine scitu et consensu Maiestatis suae, Locumtenentisque et Capitaneorum suorum, nequaquam esse audendum et admittendum.

Vigesimo octauo articulo Status et ordines statuerunt Capitaneos, Comitesque uel Vicecomites non debere obseruare literas Regiae Maiestatis, uel domini Locumtenentis etc. Respondet ad hunc sua Sacra Maiestas articulum: se in expeditione ex Cancellaria sua literarum publicarum ordinem eum semper obseruari curasse, et nunc quoque curare, qui ex Decreto Regni, dignitateque Regia ab antiquo obseruatus fuit, contra quem si quis grauatur, recursum habet ad decreta, leges et consuetudinem Regni. In aliis etiam mandatis priuatis et suae Maiestatis literis emanandis, pro temporis et negotiorum conditione, is obseruabitur a sua Maiestate modus et ratio, ut neque licitum, neque honestum sit illas non obseruari, et ut fideles subditi authoritatem Principis et Domini sui abrogent ac mandata contemnant. Foret enim id in diminutionem dignitatis Regalis et omnis boni ordinis, tociusque Reipublice bene administrande confusionem. Vult itaque sua Maiestas, ut mandatis suis et Locumtenentis sui ab omnibus fidelibus suis subditis obediatur. Nihil enim sua Regia Maiestas indignum suae aequitati, aut contra Decretum et libertatem ac ordinationem Regni, Statuumque et Ordinum publicam, praeter aequum et honestum, atque rationem et conditionem temporis, cuiquam aut literis, aut verbo est mandatura.

Quantum ad articulum Tricesimum nonum attinet, in quo fidelibus ordinibus et Statibus Regni suae Sacrae Maiestatis placuit, vt vniuersi prouentus Regij ex cusione monetarum ac Tricesimis in Hungaria et Sclauonia habitis, apud manus quoque Serenissimae Dominae Mariae Reginae et aliorum existentibus, in conseruationem locorum finitimorum, gentiumque in eis alendarum conuertantur, nec ijdem prouentus extra Regnum auferantur, ad eosque administrandos non extere natio-

nis personae, sed de medio Hungarorum praeficiatur Thesaurarius idoneus et fidelis etc. Videtur suae Sacrae Maiestati communis aequitatis, uti decet, rationem esse habendam, et ne minimo quidem subditorum suae Maiestatis in bonis et redditibus suis iniuriam aut uim aliquam inferendam esse, nedum Serenissimae Principi Dominae Mariae Reginae, Sorori Caesareae et suae Maiestatis charissime, potissimum ex eo, quod Serenitas sua ex redditibus Camere Cremniciensis, ratione vrburarum ex lucro redemptionis Argenti pro dote sua debet percipere certos prouentus, qui eidem pro ipsa dote sua a Serenissimo primum [1]) quondam Domino Wladislao Rege, ac deinde eius herede et successore quondam Ludovico Rege bonae memoriae, ipsius Dominae Mariae Reginae Domino et Marito, qui in defensione Regni Hungariae et Christianitatis, ac pro salute publica mortem oppetere non recusauit, fuerint inscripti, postremo etiam per suam Maiestatem confirmati. Quod sine iniuria aequitatis publice uiolare, aut contra jura Serenissimae Reginae Mariae eripere, nec honestum est, nec iusticiae Regie Maiestatis, quae omnes, a minimo ad maximum, in suis iuribus conseruare tenetur, omnium juditio satis conuenire uidetur. Meminerint etiam Domini Praelati, Barones, Nobiles, Statusque et ordines: suam Maiestatem pro salute ipsorum, conseruandaque quiete, et tuenda publica tranquillitate ex bonis suis haereditarijs et prouentibus aliorum Regnorum, prouinciarumque ac exterorum fidelium quoque suorum, id quod sua Maiestas et modo facit, ab initio Regiminis sui Hungarici innumerabilem Thesaurum et opes expendisse, cum maximo suo damno et incommodo. Cum enim Regni sui Hungariae prouentus hoc toto disturbiorum tempore paucos admodum et pene nullos esse uideret, ad tantam bellorum et tumultuum molem sustinendam, non parcens suis proprijs hereditatibus et bonis, non externorum Regnorum, prouintiarumque suarum redditibus, opibus et facultatibus, ea omnia in salutem, defensionemque Regni sui Hungariae, ac fidelium subditorum a Tyrannide hostium liberationem, liberalissime

[1]) Az 1584-iki nagyszombati kiadásban tévesen áll e helyett „Principe.“

profudit, non sui ipsius, aut spe futurae alicuius priuatae magis vtilitatis causa, quam Dei, Reipublicae Christianae et salutis subditorum suorum, quos Deus ei gubernandos, defendendosque commisit, cupiditate atque amore. Preterea sua Maiestas, vt id omnibus apertum est, ex paterna erga status et ordines pietate, dignata est ipsorum testimonio, non solum exteras nationes magnis stipendijs collectas, in defensionem eorum, annis fere singulis ducere, verum plerisque, ex ipsis quoque Statibus et ordinibus (prout in praesentia facit) ex prouentibus suis priuatis, et aliorum Regnorum suorum stipendia pendere, eosque subsidijs et alia munificentia iuuare; nunc quoque suam Maiestatem Regiam, hac sola de causa, confectis magnis et laboriosis itineribus, huc uenisse, et una cum Sacra Caesarea Maiestate, Domino et fratre suo charissimo, ceterisque Christianis Principibus, id maxime curare, vt presidio et uiribus omnibus, quibus fieri poterit, Hungaria a Tyrrannide seuissimi hostis erepta, pristinae quamprimum libertati restituatur. Quibus externis redditibus ad salutem et defensionem Hungariae expositis, si prouentus suae Maiestatis Sacrae [1]) Hungarici conferantur, proculdubio ij, omnium iudicio, quam minima pars illorum externorum erit. Nihilominus non sit dubitandum fidelibus suae Maiestatis, ac statibus et ordinibus, quod Sacra Regia Maiestas prouentus suos Hungaricos, si quos paucos perceperit, sua sponte eo sit conuersura et erogatura, quo defensio Regni et Arcium prouisiones finitimarum exposcent. Erit etiam Maiestatis suae Sacrae non minima cura, ut Tricesimas quoque ipsas, quarum prouentus nonnullos Maiestas sua, grauissimis in dies urgentibus Regni sui Hungariae rebus, ad tempus alijs inscribere fuerit coacta, et quos tametsi sepe optauit, tamen hactenus citra offensam dignitatis suae, libertatisque fidelium eliberare non potuit, maxime quum Maiestas sua confidat, Diuino numine, Sacratissimeque Caesareae Maiestatis auxilio, sese ex his malis Hungariam propediem eripere posse, de manibus alienis eliberet, easque una cum cusionis monetarum et aliorum reddituum suorum prouentibus, de

[1]) Az 1584-iki kiadásban tévesen áll „Sacrae" helyett „Caesareae", mi az értelmet lényegesen módosítja.

manibus ali orum eliberatis, ad defensionem et conseruationem Regni, communisque salutis Reipublice applicabit. Commonefaciet etiam Serenissimam Reginam sororem suam, subsidij non uulgaris in premissos usus ex proventibus Hungaricis suis ferendi; dubiumque non erit, quin sua Serenitas, vt est salutis et liberationis Hungariae auida, pro sua pietate, plus forte sua sponte ad Hungariae defensionem collatura sit, quam ipsi Status et ordines a sua Serenitate desiderant. Videtur itaque Sacrae Regie Maiestati, prouentibus aut suis Regijs aut Reginalibus non conueniens, neque opus esse publico Decreto preficiendum Thesaurarium, aut Serenissimae Reginae in reditibus suis preter eius uoluntatem usurpandis, iniuriam esse faciendam; quum ut alius quispiam, ita ambe Maiestates merum jus et potestatem suorum redituum et officialium super eis constituendorum, habere uelint et debeant, et alioqui sua Maiestas Sacra de suo aliorumque Regnorum suorum, vt premissum est, prouentibus, ad defensionem Hungariae longe plus sit prestatura, quam prouentus sui in Regno Hungariae facerent, aut ab ipsis ordinibus et Statibus existimari posset. Quod ipsum Serenissimam etiam sororem suam non dubitat facturam.

Ad articulum Quadragesimum septimum, in quo Status et ordines statuerunt, ut propter profunditatem minerarum, seu fodinarum Auri et Argenti, aquarumque in eis crescentium ac triplicatas expensas et labores montanarum, pro Marca qualibet Argenti de Camera, sex floreni cum defectu viginti quinque denariorum, solvantur, Maiestas Regia respondet: Culturam et augmentum, statumque florentem Montanarum imprimis sibi cure esse, ipsiusque et non alterius offitio incumbere, illarum abusus aut necessitatis reformare, pro suo et Regni decore atque ornamento; cum in alijs etiam Regnis suis habeat mineras, siue fodinas Argenti, ex earumque cultura satis abunde sit docta, quibus potissimum curis, prouisionibusque indigeant. Et propterea simul atque hinc regredietur, quod Diuino fauore sperat breui futurum, se modis omnibus prouisuram, ut culture montanarum bene et sine detrimento suo et Regni prospiciatur, ac communicato cum Serenissima sorore sua consilio, ipsis quoque vrburarijs et cultoribus, secundum

fodinarum ipsarum conditionem et statum, ac vniuscuiusque labores et opera, subsidium aliquod licitum impendatur, ne quid montanis ipsis decedat, et ne iuste possint hac de re fieri querele.

Ad articulum Quadragesimum octauum, vbi ab ordinibus et Statibus actum est, vt decime Episcopatus Agriensis de manibus Secularium personarum, per Maiestatem Regiam eripiantur, et ad conseruationem Castri Agriensis conuertantur, respondet sua Maiestas: non postremam sibi hactenus quoque fuisse curam, Decimas ipsas de manibus secularium personarum excipiendi, et Ecclesiae ipsi Agriensi restituendi, tum ad eiusdem Arcis defensionem, tum ad Ecclesiam istic reparandam, eiusque ministeria ad honorem Dei Optimi Maximi continuanda. In causa tamen huius rei hactenus dilate hoc fuisse, quod Arcem ipsam et Ecclesiam, cui Regia Maiestas Sacra Prelatum et Episcopum iampridem alioqui prefecisset, Petrus Perenÿ, praeter honestum et aequum ui tenuisset, nec hactenus Castrum ipsum, sepius a Maiestate sua admonitus, reddendum curasset. Quare cum primum arcem ipsam e manibus Petri Perenÿ exceperit, quod breui futurum credit, Maiestas sua Sacra prouidebit mox, tum de idoneo et sufficienti eius Ecclesiae Episcopo, tum etiam, ut decime ad eandem Ecclesiam [1]) administrentur et applicentur. Arxque ipsa praesidio sufficienti et rebus alijs necessarijs ita prouideatur, ne quid, auxilio Dei, timendum illi sit periculi.

Ad articulum Quinquagesimum primum Sacra Regia Maiestas respondet: quod ipsa Arce Agriensi ad manus suas Regias prius restituta, dum Dei munere hinc redierit, supplicationis fidelium suorum pro Petro Perenÿ facte non erit immemor, sed eius rationem condignam et aequam est habitura.

Ad penultimum Articulum, quo Status et ordines Arcem Lykawa Ludouico Pekrÿ reddi precantur, respondet sua Maiestas: supplicationis huius quoque se memorem similiter futuram, cum, fauore numinis, confectis hic rebus et negociis uenture expeditionis, reuertetur.

---

[1]) Az 1584-iki kiadásban „Ecclesiam“ helyett tévesen áll „arcem.“

Postremo Regia Maiestas, Dominus noster Clementissimus, paterno amore et clementia sua monet, hortatur et suadet fideles suos Status et ordines dicti Regni sui Hungariae, firmo et constanti esse animo, sperareque de se omnia ea, quae ad quietem, salutem et defensionem tum ipsorum et Regni Hungariae, tum etiam conservationem Reipublicae Christianae facere videbuntur. Sacratissimam etiam Caesaream Maiestatem, Dominum et fratrem suum charissimum, recuperata iam pristina sua optima ualetudine, et resumptis uiribus, his diebus ex Brabantia itineri se commisisse, rectaque huc uenire omnes sciant. Qua adueniente, una cum caeteris Principibus Christianis, curare Maiestatem Regiam omni studio, cura et diligentia, vt collatis consilijs et viribus, Diuino auxilio, ex quo omnia pendent mortalium negocia, fidelium subditorum suorum et tocius Hungariae, parciumque illi subiectarum, liberationj, saluti, quieti et defensioni, primo quoque tempore prouideatur, ad quam rem tam piam, salutarem et necessariam, vt ipsi quoque fideles subditi sui viritim quisque paratus sit, subueniat et accurrat, non magis alterius rei, quam priuate cuiusque salutis, coniugum et liberorum causa, Sacra Maiestas Regia iterum atque iterum paterne et clementer fideles subditos, Statusque et ordines Regni sui Hungariae hortatur. Datum Vormatiae, vltima mensis Aprilis, Anno Domini Milesimo Quingentesimo Quadragesimo quinto.

Ferdinandus.

Nicolaus Olahus,
Episcopus Zagrabiensis.

(Eredetije, mely a kisebb királyi pecséttel van ellátva, a m. k. kamarai levéltárban.)

TARTALOM.

Lap.

I. A´pozsonyi országgyűlés 1537. Januárban 1
Történeti bevezetés 3
1536. Deczember 11. Ferdinánd király meghívólevele 9
1537. Január. A pozsonyi országgyűlésen alkotott törvényczikkek 10
II. A nyitrai részleges gyűlés 1537. Novemberben . . . 17
Történeti bevezetés 19
1537. November. A nyitrai részleges gyűlésen alkotott végzések 29
1537. November 30. A nyitrai részleges gyűlés megbízólevele Ferdinánd királyhoz küldött követei részére 33
1537. Deczember 10. Thurzó Elek jelentése a nyitrai gyűlésről 34
1537. Deczember 16. A magyar tanácsosok felterjesztése Ferdinánd királyhoz, a nyitrai gyűlés végzései tárgyában . . 37
1537. Deczember 17. Várday Pál felterjesztése ugyanezen tárgyban 39
1537. Deczember 21. Thurzó Elek felterjesztése ugyanezen tárgyban 40
1537. Deczember 23. Thurzó Elek Ferdinánd királyhoz intézett ajánlólevele, a nyitrai gyűlés követei részére 44
1538. Január. A nyitrai gyűlés követeinek emlékirata 45
1537. November. A nyitrai gyűlés utasítása Ferdinánd királyhoz küldött követei részére 46
1538. Január. Ferdinánd király válasza a nyitrai gyűlés végzései tárgyában 50
III. A pozsonyi országgyűlés 1538. Júniusban 53
Történeti bevezetés 55
1538. Május 16. Ferdinánd király meghívólevele 69
1538. Június 26. Peregi Albert pécsi prépost jelentése a pozsonyi országgyűlésről 70
1538. Június. Gerendi Miklós erdélyi püspök jelentése a pozsonyi országgyűlés végzéseiről 71
1538. Június 26. A pozsonyi országgyűlésnek Ferdinánd királyhoz küldött követei részére adott megbízólevele . . . 72

Lap.

1538. Június 26. A pozsonyi országgyűlésnek Ferdinánd királyhoz küldött követei részére adott utasítása 73
1538. Június 26. A pozsonyi országgyűlés felterjesztése Ferdinándhoz 83
1538. Július. A pozsonyi országgyűlés küldötteinek felterjesztése 84
1538. Július. Ferdinánd király válasza a pozsonyi országgyűlés küldötteinek felterjesztésére . . . . . »
IV. A sellyei részleges gyűlés 1538. Augusztusban . . . 95
Történeti bevezetés 97
1538. Augusztus 23. Herberstein Zs. királyi biztosnak jelentése a sellyei gyűlésről 102
1538. Augusztus. A sellyei gyűlésnek Ferdinánd királyhoz intézett felirata 108
1538. Szeptember 1. Ferdinánd királynak a sellyei gyűlés felterjesztése tárgyában Thurzó Elekhez intézett irata . . 110
V. A pozsonyi országgyűlés 1539. Szeptemberben . . . 113
Történeti bevezetés 115
1539. Szeptember. A pozsonyi országgyűlésnek Ferdinánd királyhoz intézett felterjesztése 124
1539. Október. Ferdinánd király válasza a pozsonyi országgyűlés felterjesztésére 131
1539. Október. A pozsonyi országgyűlés követeinek felterjesztése 137
1539. Október. Ferdinánd király válasza a pozsonyi országgyűlés követeinek felterjesztésére 139
VI. Erdélyi gyűlések 1537—1540. 141
Történeti bevezetés 143
I. Erdélyi gyűlés 1537. tavaszán . . . . . »
II. A kolozsvári gyűlés 1538. nyarán . . . . . »
III. A kolozsvári gyűlés 1538. Szeptember 18-án 147
IV. A nagyváradi gyűlés 1539. Deczember 16-án 149
V. A marosvásárhelyi gyűlés 1540. Márczius 9-én . . . . . »
VI. A tordai gyűlés 1540. Április 24-én 151
1538. Szeptember 16. János király rendelete a kolozsvári gyűlés végzései tárgyában 153
1538. Szeptember 18. A kolozsvári gyűlésen alkotott törvényczikkek 154
1540. Majláth Istvánnak és a magyar helytartótanácsnak Ferdinánd királyhoz intézett jelentése a marosvásárhelyi és tordai gyűlések tárgyában 156
1540. Április 24. A tordai gyűlésen alkotott törvényczikkek . 161
VII. Horvát- és tótországi gyűlések. 1537—1540. . . . 169
Történeti bevezetés . . . . . »
I. A kőrösi gyűlés 1537. Április 15-én . . . . . »
II. A kőrösi gyűlés 1537. Június 17-én 173
III. A dombrói gyűlés 1537. November 5-én 176

Lap.
IV. A kőrösi gyűlés 1538. Január 6-án 183
V. A zágrábi gyűlés 1538. Májusban 187
VI. A dombrói gyűlés 1539. Május 8-án 188
VII. A zágrábi gyűlés 1540. őszén 189
1537. Apríl 15. A kőrösi gyűlésen alkotott törvényczikkek . . 190
1537. Apríl 15. A kőrösi gyűlésnek Ferdinánd királyhoz intézett felirata 193
1537. Május 2. Ferdinánd király leirata a kőrösi gyűlés törvényczikkei tárgyában 195
1537. Június 17. Katzianer Jánosnak a kőrösi gyüléshez intézett irata 197
1537. Június. Ferdinánd királynak a kőrösi gyüléshez intézett leirata 200
1537. Június 23. A kőrösi gyűlésen alkotott törvényczikkek . 201
1537. Június 17. A kőrösi gyűlésnek Ferdinánd királyhoz intézett felirata 207
1537. Október 27. Ferdinánd király utasítása a dombrói gyülésre küldött biztosai részére 208
1537. November 7. A királyi biztosok jelentése a dombrói gyülésről 220
1537. November Ferdinánd királynak a tótországi követekhez intézett előterjesztése 222
1537. November 7. A tótországi követek válasza 226
„ „ Ferdinánd király leirata a tótországi követek válaszára 235
1537. November. 7. A tótországi követek felterjesztése . . . 238
„ „ A tótországi követek második felterjesztése . 239
„ „ Ferdinánd király válasza a tótországi követek második felterjesztésére 240
1537. Deczember 9. Ferdinánd királynak a tótországi rendekhez intézett leirata 240
1537. Deczember 9. Királyi meghívólevél a kőrösi gyülésre . . 242
1537. Deczember 18. Ferdinánd király utasítása a kőrösi gyülésre küldött biztosai részére 243
1538. Január 6. A kőrösi gyülésen alkotott törvényczikkek . . 253
1538. Május 21. Keglevich Péter jelentése a kőrösi gyülésről . 262
1539. Márczius 28. Ferdinánd király utasítása a dombrói gyülésre küldött biztosai részére 264
1539. Apríl 14. Ferdinánd király utasítása a dombrói gyülésre küldött biztosai részére 266
1539. Apríl 14. Ferdinánd király megbízólevele a dombrói gyülésre küldött biztosai részére 271
1539. Apríl 14. Ferdinánd királynak Batthyányi Ferenczhez, a dombrói gyülésre küldött biztosához intézett rendelete . „
1539. Május 8. A dombrói gyülésen alkotott törvényczikkek . 272

Lap.

VIII. Magyarországi részleges gyülések 1540- és 1541-ben 277

Történeti bevezetés 279

I. A rákosi gyűlés 1540. September végén . . . . . „

II. Az eperjesi gyűlés 1541. Augusztus 28-án 280

III. A tokaji tanácskozmány és a gönczi gyűlés 1541. Szeptemberben 281

IV. A debreczeni gyűlés 1541. Október 18-án 282

V. A sajó-szent-péteri gyűlés 1541. Deczember 6-án . . . . „

VI. Az eperjesi gyűlés 1541. Deczember 18-án. 283

VII. A miskolczi gyűlés 1541. Deczember 21-én 284

1541. Szeptember 13. Meghívólevél a gönczi gyűlésre 287

1541. Szeptember 28. Meghívólevél a debreczeni gyűlésre . . 288

1541. Deczember 20. Verner György jelentése a sajó-szent-péteri és miskolczi gyűlésekről. 289

1541. Deczember 18. Az eperjesi gyűlésnek a miskolczi gyűléshez intézett irata 292

1541. Deczember 27. Lőcse, Eperjes, Bártfa és Kis-Szeben városoknak Ferdinánd királyhoz intézett felirata 294

1542. Január 15. Ferdinánd király válaszirata a miskolczi gyűlés felterjesztésére 296

IX. A pozsonyi és beszterczebányai országgyülések 1541. Márczius- és 1542. Februárban 301

Történeti bevezetés 303

I. A pozsonyi országgyűlés 1541. Márcziusban . . . . . „

II. A beszterczebányai országgyűlés 1542. Februárban . . . 304

1542. Január 6. Királyi meghívólevél a beszterczebányai országgyűlésre 323

1542. Január 23. Ferdinánd király megbízólevele a beszterczebányai országgyűlésre küldött biztosai részére 324

1542. Január 23. Ferdinánd király utasítása biztosai részére . 326

1542. Január 23. Ferdinánd király pót-utasítása 339

1542. Márczius 3. A beszterczebányai országgyülésen egybegyűlt főrendeknek Ferdinánd királyhoz intézett felirata . . . 342

1542. Márczius 5. Thurzó Elek jelentése a beszterczebányai országgyűlésről 343

1542. Márczius 6. A beszterczebányai országgyűlés felirata . . 346

1542. Márczius. A beszterczebányai országgyűlés válasza a királyi biztosok előterjesztésére 349

1542. Márczius 7. A beszterczebányai országgyülésen egybegyűlt alsó nemesség felirata 353

1542. Márczius 8. A beszterczebányai országgyülésen egybegyűlt városi követek felirata 354

1542. Márczius 9. A királyi biztosok jelentése a beszterczebányai országgyűlésről 355

Lap.

1542. Márczius 7. A beszterczebányai országgyűlésen alkotott törvényczikkek 359
1542. Márczius. A beszterczebányai országgyűlésen egybegyűlt főrendeknek Ferdinánd király elé terjesztett kívánatai . 375
1542. Márczius. A beszterczebányai országgyűlésen egybegyűlt alsó nemesség Ferdinánd királyhoz küldött követének felirata 379
1542. Apríl 14. Thurzó Eleknek, a beszterczebányai országgyűlés törvényczikkei tárgyában Ferdinánd királyhoz intézett irata 386
1542. Apríl 30. Ferdinánd király válasza a beszterczebányai országgyűlés végzéseire és felterjesztett kívánataira . . 395
X. A pozsonyi országgyűlés 1542. Novemberben 401
Történeti bevezetés 403
1542. Október 8. Királyi meghívólevél a pozsonyi országgyűlésre 421
1542. Október 21. Ferdinánd király biztositólevele a pozsonyi országgyűlésen megjelenő rendek részére 423
1542. November. Ferdinánd király megnyitóbeszéde 424
„ „ Ferdinánd királynak a pozsonyi országgyűléshez intézett előterjesztése 426
1542. November 9. A pozsonyi országgyűlésen alkotott törvényczikkek 436
1542. November. A pozsonyi országgyűlésnek Ferdinánd királyhoz intézett felirata 455
1542. Apríl 20. A nürnbergi birodalmi gyülésnek válasza a pozsonyi országgyűlés levelére 458
1542. Apríl 10. V. Károly császár válasza a pozsonyi országgyűlés levelére 460
XI. Magyarországi részleges gyülések 1542- és 1543-ban . 463
Történeti bevezetés 465
I. Az ónodi és egri gyülések 1542. május 18-án és június 4-én . „
II. A nagyváradi gyülés 1543. augusztus közepén 466
III. A nagyváradi gyülés 1542. november 8-án . . . . . „
IV. A nagyváradi gyülés 1543. január 7-én 467
V. A gyulai gyülés 1543. február 11-én 470
VI. A debreczeni gyülés 1543. apríl 8-án 472
VII. A debreczeni gyülés 1543. június 29-én . . . . . „
VIII. A derecskei gyülés 1543. augusztus 1-én 474
IX. A pozsonyi gyülés 1543. október elején 477
1542. Május 9. Meghívólevél az ónodi gyülésre 482
1542. Május 21. Meghívólevél az egri gyülésre 483
1542. Május végén. Szepes megye megbízólevele az egri gyülésre küldött követei részére 484
1542. Augusztus 16. A nagyváradi gyülésnek megbízólevele Ferdinándhoz küldött követe részére . . . . . „

Lap.

1542. November 9. Frater Györgynek Ferdinánd királyhoz intézett levele a nagyváradi gyűlés tárgyában 485
1542. November 29. Ferdinánd király válasza 488
1543. Január 10. A nagyváradi gyűlésnek utasítása Ferdinándhoz küldött követe részére 490
1543. Január 10. A nagyváradi gyűlésnek megbízólevele Ferdinándhoz küldött követe részére 494
1543. A nagyváradi gyűlés követének Ferdinánd királyhoz intézett felterjesatése 495
1543. Apríl 3. Ferdinánd király válasza a nagyváradi gyülés felterjesztésére 496
1543. Február 11. A gyulai gyűlés végzései 499
1543. Június 2. Ferdinánd királynak Frater Györgyhez intézett rendelete a debreczeni gyűlés tárgyában 502
1543. Június 12. A magyar helytartótanácsnak felterjesztése a debreczeni gyűlés tárgyában 504
1543. Július. A debreczeni gyülésnek utasítása Ferdinánd királyhoz küldött követei részére 507
1543. Július Ferdinánd király válasza a debreczeni gyűlés felterjesztésére 509
1543. Augusztus 1. A derecskei gyűlésen egybegyűlt főrendek utasítása Ferdinándhoz küldött követük részére . . . 510
1543. Augusztus 1. A derecskei gyűlésen létrejött szövetség oklevele 513
1542. A derecskei gyűlésen egybegyűlt főrendeknek üzenete Szulejmánhoz 514
1543. Augusztus. Werner György jelentése a derecskei gyűlésről 516
1543. Október 4. A Pozsonyban egybegyűlt főrendek válasza Ferdinánd király előterjesztésére 519
1543. Október 4. A pozsonyban egybegyűlt főrendeknek Ferdinánd királyhoz intézett felterjesztése 525
1543. Október 6. Ferdinánd király válasza a Pozsonyban egybegyűlt rendek felterjesztésére 529
1543. Október. A Pozsonyban egybegyűlt főrendeknek Ferdinánd királyhoz intézett második felterjesztése 534
XII. A beszterczebányai országgyűlés 1543. Novemberben 539
Történeti bevezetés 541
1543. Október 24. Ferdinánd király meghívólevele 552
1543. November. A beszterczebányai országgyűlésen alkotott törvényczikkek 553
1543. November. A beszterczebányai országgyűlésen egybegyűlt rendeknek Ferdinánd királyhoz felterjesztett kívánatai 563
1543. November. A beszterczebányai országgyűlésnek válasza a királyi előterjesztésre 568

Lap.

1543. Deczember 2. A beszterczebányai országgyűlésnek Ferdinánd királyhoz és a prágai országgyülésre küldött követei részére, adott megbízólevele 572
1543. Deczember 2. A beszterczebányai országgyülésnek, a spejeri birodalmi gyülésre küldött követei részére szerkesztett utasítása 573
1544. Január 12. Ferdinánd király válasza a beszterczebányai országgyülés által előterjesztett kívánatokra 579
1544. Január 25. Ferdinánd király leirata, melyben a beszterczebányai országgyülésen alkotott törvényeket megerősíti 585
1544. Május 7. V. Károly császárnak a magyarországi rendekhez intézett irata, a török ellen nyújtandó segély tárgyában 590
XIII. Magyarországi részleges gyülések 1544- és 1545-ben 595
Történeti bevezetés . . . . . „
1544. Július 6. A sajó-szent-péteri gyülés végzései 602
1545. Május 14. Serédi Gáspárnak Szepes megyéhez intézett levele a részleges gyülések tárgyában 605
1545. Június 7. A debreczeni gyülés végzései 607
1545. Július 5. Ferdinánd királynak rendelete, melyben a részleges gyülések tartását eltiltja 610
1545. Július 15. A sajó-szent-péteri gyülésnek a Dunán túli megyékhez intézett irata, adó megajánlása tárgyában . 611
XIV. A nagyszombati országgyülés 1545. Februárban . . 613
Történeti bevezetés . . . . . „
1544. November 24. Ferdinánd király meghívólevele 631
1544. November 8. V. Károly császár utasítása az országgyülésre küldött követe részére 633
1544. November 8. V. Károly császár megbízólevelei 641
1545. Január 21. A hét bányaváros utasítása országgyülési követei részére 642
1545. Január 30. Soprony városának utasítása 645
1545. Február 11. A császári követnek az országgyülésen tartott beszéde 646
1545. Február. Az országgyülés válasza a császári követ előadására 653
1545. Február 20. Az országgyülésnek V. Károly császárhoz intézett válaszirata 658
1545. Február. Az országgyülésen alkotott törvényczikkek . . 660
1545 Apríl 30. Ferdinánd király megerősítő-irata 674

DATE DUE

GAYLORD

PRINTED IN U.S.A.

GTU Library
2400 Ridge Road
Berkeley, CA 94709
For renewals call (510) 649-2500

All items are subject to recall.